TABERISTANENSIS

ID EST

ABV DSCHAFERI MOHAMMED BEN DSCHERIR ETTABERI

ANNALES

REGVM ATQVE LEGATORVM DEI

EX CODICE MANV SCRIPTO BEROLINENSI

ARABICE EDIDIT

ET IN LATINVM TRANSTVLIT

JOANNES GODOFREDVS LVDOVICVS KOSEGARTEN

S. S. THEOL. DOCT. EJVSDEMQVE ET LITTERARVM ORIENTAL.

IN ACADEMIA GRYPHISVALDENSI PROF. PVBL. ORDINAR.

SOCIETATVM PARISIENSIS ASIATICAE REGIAE BRITANNICAE ASIATICAE REGIAE SCIENT. BORVSSICAE

POMERANAE ATQVE THVRINGICAE

ANTIQVITATVM PATRIARVM SCRVTATORVM SODALIS.

VOLVMEN PRIMVM.





GRYPHISVALDIAE.

SVMTV ERNESTI MAVRITII BIBLIOPOLAE.

TYPIS ACADEMICIS.

MDCCCXXXI.

PRAEFATIO.

Abu dschafer mohammed ben dscherir ben jesid, quem Ettaberi, id est Taberistanensem, vulgo adpellant, rerum arabicarum scriptor antiquus atque claritate nominis insigni praeditus, anno p. H. ducentesimo viceesimo quarto natus est, regnante El motassemo chalifa Abbassida. Solum natale habuit Persiam; ortus enim est in urbe Amol, in provincia Taberistanensi sita, unde Taberistanensis cognomen traxit. Quum acuto ingenio et flagranti studio excelleret, quasi a puero doctus exstitit. Ad studium theologiae imprimis, et juris sacri et civilis, litterarumque historicarum toto pectore se contulit, multisque claris magistris, iisque maximam partem Persis, operam multos annos dedit, Achmedo ben mani Bagschûrensi, Mohammedi ben homeid Reiensi, Jakubo ben ibrahim Daurakensi, aliisque. Omnibus artibus, quibus eruditum Moslemum imbutum esse oportebat, abunde institutus Bagdâdi consedit, scholasque ibi aperuit, ad quas frequens juventus undique concurrit. Quum non modo in libro sacro, verum etiam in Haditho et Sunna, id est traditione dictorum latoris legis, et in civilibus quaestionibus omnium versatissimus esset, totiusque antiquitatis moslemicae peritissimus, consilia ejus a judicibus exquirebantur, ejusque responsa pro legibus habebantur. Colore fuit fusco, oculis amplis, statura gracili et procera, lingua facunda. Mox etiam in libros componendos tantum laboris impendit, ut per quadraginta annos quotidie quadraginta fere folia scribendo implevisse dicatur. Primo commentarium ingens in Korânum composuit triginta foliorum millibus complexum; quod, quum amici vitae prius, quam tantae lectionis finem futurum esse dicerent, in epitomen coegit, in qua tria foliorum millia continebantur; sed vel sic imminutus inter sui generis volumina liber ille principalem dignitatem obtinuit. Deinde de principiis juris et civilibus quaestionibus plures libros conscripsit. Denique copiosos illos annales confecit, quibus nomen ejus apud nos quoque inclaruit; quos et ipsos primo prolixiores quidem congesserat, postea vero, amicis suadentibus, contractiores edidit. Diem supremum obiit Bagdâdi anno p. H. trecentesimo decimo, ibique in aedibus suis sepultus est, regnante El moktedir billa chalifa Abbassida. Funebribus carminibus eum plorarunt Ebn ol arâbi, Ebn doreid, aliique. Quae de Taberistanensis vita scriptisque memoriae prodiderunt Arabes, in lucem emisit Hamakerus, specim. catalog. codic. manuscriptor. oriental. bibl. acad. Lugdun. Batav. Lugduni. 1820. pag. 19—33.

Annales Taberistanensis inscripti sunt تَارِيخُ ٱلْمُلُوكِ وَأَعْمَارِهِمْ وَمَوَالِيدِ ٱلرُّسُلِ وَأَنْبَآئِهِمْ وَٱلْكَائِنِ ٱلَّذِى كَانَ فِي زَمَنِ كُلِّ وَاحِدٍ مِنْهُمْ i. e. annales regum eorumque vitarum, et natalium legatorum Dei eorumque historiarum, atque rerum quae singulorum temporibus evenerunt. Integrum hoc opus, arabica lingua conscriptum, Taberistanensis viginti circiter partibus complexus esse videtur, quarum, quantum scio, nonnisi quinque in bibliothecis Occidentis adhuc repertae sunt, tertia, quinta, decima, undecima, duodecima. Partes *prima* et *secunda*, ut ex epitomis Persica et Turcica, quas ipse inspexi, satis adparet, antiquitates Persarum, Hebraeorum et Arabum ex fabulosis, quas Orientales receperunt, narrationibus haustas curiose exponunt. Quas res quo ordine Orientales Moslemi digerere soleant, ut breviter patefaciam, argumenta a Taberistanensi tractata adponam. Primo de mundo condito exponit, primisque prophetis, Adamo, Setho, et Idriso, id est Enocho. Deinde Persarum, Hebraeorum et Arabum res ex synchronistico ordine edisserit. Exponit de antiquissimis Persiae regibus, Kejumerth, Huschenk, Tahmureth, Dschemschid, de Noacho propheta Hebraeo, Dahhâk tyranno, Afridûn rege Persa, Hûd propheta Arabe, Ssâlech propheta Arabe, Abrahamo propheta Hebraeo, Nemrûdo, Ismaile et Hagar, Lotho, Isaako, de templo Mekkano ab Abrahamo et Ismaile exstructo, de Esavo عيصو et Jakobo, Josepho, Jobo Dei legato, Schoaibo propheta, id est Jethrone, Menutschehr rege Persa, Pharaono el walid ben mosab مصعب et Mose latore legis et propheta, Chidr خضر propheta, id est, ut nonnulli perhibent, Pinchaso, de Josua, Bileamo, Kârûno homine divite, Tahmasp et Keikobâd regibus Persis, Chirkil dsul kifl خرقيل ذو الكفل propheta, Elia, Elisa, Samuele et Tâlût, id est Saulo, Davide propheta, Lokmâno sapiente, Salomone rege, Bolûkija بلوقيا principe aegyptio ejusque amico Affân, Keichosru ben sijawusch rege Persa, de regibus Judaeis, Jesaia propheta, Lohrasp rege Persa, Uscir عزير propheta, id est Esra, Guschtasp et Behmen ben isfendiar regibus Persis, de regibus antiquissimis Jemenensibus, de Dariis regibus, Alexandro dsul karnein, de regibus post defunctum Alexandrum constitutis, de Maria, Joanne baptista, Jesu Christo Dei legato, ejusque in coelum reditu, de regibus Babyloniis, et Dschedsima el abrasch جَذِيمَةُ ٱلْأَبْرَشُ rege Arabe. Vetustas igitur Persarum narrationes Taberistanensis multo ante Firdûsium, celeberrimum poëtam Persam, tradidit, qui anno p. H. 411. mortem obiit, quemque primum vetustatis persicae monimenta instaurasse vulgo putant. Pars *tertia*, quae Lugduni Batavorum in bibliotheca academica asservatur, primo de septem dormientibus

أَصْحَابُ ٱلْكَهْفِ, de Jona propheta, de Simsone, et de Dschirdschiso جرجيس id est sancto Georgio exponit. Quibus narrationibus fabulosis absolutis, Taberistanensis ad ea procedit, quae potiore jure historica dici possunt. Disserit de iis, quae gessit Ardeschir ben babek, de regibus Sassanidis, et regibus Jemenensibus, atque denique de epochis et computatione temporis, quod ex Judaeorum, Christianorum et Magorum sententiis inter Adamum et Mohammedem interfuit. Ex qua parte tertia locos nonnullos edidit Schultensius, et quidem eo in libro, qui de historia eversi regni Homeritici inscriptus est. Vide Hamakeri specim. catalog. pag. 19. 20. Pars *quarta* historiam Mohammedis, latoris legis moslemicae, enarrat, et de islamismo ab Arabibus recepto disserit. Pars *quinta*, quae in bibliotheca regia Berolinensi asservatur, cujusque tomum primum hoc libro edito jam publici juris facio, primo bella exponit, quae post exstinctum Mohammedem ab Abu bekro contra apostatas Arabes gesta sunt, deinde primas Moslemorum expeditiones in Irâkam, Syriam et Persiam susceptas, proelia ad Jermukam et Kadesiam commissa, id est eas res, quae ab anno p. H. undecimo ad quintum decimum actae sunt. Partes *sexta*, *septima*, *octava*, *nona*, quae desiderantur, eas res exponunt, quae ab Omaro, Othmâno, Alio, primisque chalifis Omajjidis ab anno quinto decimo ad septuagesimum gesta sunt. Pars *decima*, quae in bibliotheca Berolinensi exstat, et historiam Abd el meliki ben merwân, El walidi ben abd el melik, et Soleimâni ben abd el melik, chalifarum Omajjidarum, tradit, ab anno 71. ad annum 99. procedit. Pars *undecima*, quae itidem in bibliotheca Berolinensi asservatur, reliquorum chalifarum Omajjidarum historiam enarrat, ab anno 100. ad annum 130. pergens. Pars *duodecima*, quae in bibliotheca Berolinensi exstat, de primis chalifis Abbassidis, Abul abbâsso esseffâch, Abu dschafero el manssûr, et El mahdio disserit, eas res complectens, quae ab anno 131. ad annum 159. gestae sunt. *Reliquis* partibus, quae adhuc desiderantur, chalifarum Abbassidarum historiam ab anno 159. ad annum 302. pertexuit. Abulfeda enim, edit. Adler. tom. 2. pag. 344. de Taberistanensi prodidit haec: وله التاريخ المشهور ابتدى فيه من اول الزمان الى اخر سنة اثنين وثلثماية

i. e. „atque confecit celebres illos annales, in quibus a primo tempore exorsus ad annum trecentesimum secundum progressus est.“ Quam ob rem totum opus viginti circiter partibus cum absolvisse, probabile sane videtur. In singulis partibus, quae Berolini asservantur, ducenta circiter folia majoris formae insunt.

Modus narrandi a Taberistanensi adhibitus is est, quo antiquiores omnes fere historici Arabes utuntur, id est quae de singulis rebus a singulis magistris prodita accepit, ea distincte et articulatim exponit, chronologico ordine procedens; unde hoc fit, ut nonnunquam de eadem re bis vel ter disserat, et diversas paulo ejusdem rei traditiones adponat. Receptum hoc quoque fuit antiquioribus Arabibus, ut magistrorum, a quibus quae ipsi tradebant aut audiendo aut

legendo acceperant, nomina adcurato adponerent; quo facto, quae fides narrationi habenda sit, melius intellecturos esse lectores existimabant. Inde fit, ut etiam apud Taberistanensem quacunque fere pagina haec legantur: „haec nobis tradidit Essurri, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui tradita fuerant a Seif, qui ea compererat ex Sahl, cui ab El kässem tradita fuerant.“ Quam nominum magistrorum enumerationem Arabes vocant ٱلْإِسْنَادُ et in plurali ٱلْأَسَانِيدُ. Quod vocabulum proprie fulcra significat, id est ea quae narrationis fidem fulciunt, vel quae traduntur ad eos homines referunt, a quibus tradita sunt. Magistri vero illi, quorum nomina in fulcris enumerantur, maximam partem non obscuri homines sunt, sed narratores مُحَدِّثُونَ aut plus, aut minus clari, quorum vitas peculiaribus libris consignarunt Arabes, ex quibus libris quo quisque tempore vixerit, et quam auctoritatem habeat cognosci potest. In tradendis fulcris a recentioribus magistris paulatim ascendunt ad antiquiores, et quidem, quoties hoc fieri potest, ad eos, qui tempore instituti islamismi vixerunt; quod apud Taberistanensem saepissime fieri, facile intelligent lectores. Fulcra, quum multorum magistrorum nomina enumerentur, haud raro satis longa exhibentur, quamvis brevissima sint quae iis fulciantur. Singula fere verba interdum reperiuntur longissimis fulcris fulta; quod maxime in traditione dictorum Mohammedis, quam El hadith adpellant, lectores deprehendent. Scriptoribus occidentalibus fulcrorum expositio in usu non est, ideoque ea etiam lectoribus occidentalibus insolita plane et molesta videbitur; sed quicunque de hac re attentius cogitaverit, ab historiae dignitate absonam eam non esse intelliget. Antiquorum poëtarum versiculos, quibus quae modo tradidit celebrantur et confirmantur, haud raro adponit Taberistanensis; quod ex more Arabum factum est, neque inutile, neque illepidum censendum; hoc tantum dolet, versus illos partim discerptos, partim a rudibus scribis mendose consignatos, intellectu perquam difficiles esse. Grammaticorum scholia, quae, sicut inter omnes hujus rei peritos constat, ad explicanda antiqua Arabum carmina multum, quin plurimum, faciunt, a versiculis, quos narrationi intexuit Taberistanensis, absunt. Stilo Taberistanensis utitur simplici et incomto, sermone paulo antiquiore, et ob famosam Arabum breviloquentiam nonnunquam subobscuro. Fidem Taberistanensis accuratamque ejus diligentiam magnis laudibus efferunt Orientales fere omnes; ex quibus unum Hamsam Isfahanensem nominasse hoc loco satis erit. Qui Hamsa in eo libro, qui annales gentium تَارِيخُ ٱلْأُمَمِ inscriptus est, de natali die, de migratione, et de obitu Mohammedis dissertarus, sic scripsit, Rasmussen histor. praecipuor. Arab. regnor. Havniae. 1817. pag. 137:

وَعُنِيَ محمد بن جرير ٱلطَّبَرِيُّ بذلك فى كتابه ٱلْمُسَمَّى بالكتاب ٱلْمُذَيَّلِ فَكَفَى غَيْرَهُ مُعَانَاةَ ٱلتَّعَبِ فى جمعه فَنَقَلْتُ من كتابه ما حكاه فى ذلك تَارِكًا لِلْأَسَانِيدِ فيه اذ كان الرجل مَعْرُوفًا

بالثقة وكان كتابه مشهورا قد سار فى البلدان i. e. „exposuit has res Mohammed ben dscherir Taberistanensis in eo libro, quem El kitâb el modsejjel inscripsit, subiitque ita pro aliis molestum earum congerendarum munus. Quamobrem quae de his rebus exposuit ex ejus libro transscripsi, sed omissis fulcris; nam fides illius viri cognita est, celeberque ejus liber in his terris satis divulgatus est.“ Annales Taberistanensis quanti fecerint Orientales, etiam ex translationibus illius operis et epitomis colligi potest, quas linguis persica, turcica, dschagataïca et arabica conscriptas ediderunt. Quae epitomae in bibliothecis quum Orientis, tum Occidentis, frequentes reperiuntur; sed ipsorum annalium arabice conscriptorum exemplaria rarissima sunt.

Exemplar Berolinense, hoc libro typis exscriptum, cujus, quemadmodum supra demonstravi, quattuor partes supersunt in bibliotheca regia asservatae, majoris formae est, satisque splendidum. Fuit olim ex bibliotheca principis cujusdam orientalis, Togrulbegi, Atabegorum Mosulensium prosapia orti. Quod singularum partium prima folia testantur, quibus singulis haec verba litteris inter se implexis inscripta sunt:

لخزانة مولانا الملك المنصور العالم العادل المجاهد المرابط المويد المظفر الرحيم قطب الدنيا والدين غياث الاسلام والمسلمين عماد الملوك والسلاطين محيى العدل فى العالم منصف المظلوم من الظالم ملك امراء الشرق والغرب طغرلبك بن اتابك ابى المظفر محمد بن زنكى بن مودود بن زنكى بن اق سنقر ناصر امير المومنين اعز الله نصره

i. e.

„ex bibliotheca domini nostri, regis victoriosi, sapientis, justi, militantis, fines protegentis, a Deo adjuti, hostes superantis, misericordis, mundi atque religionis poli, islamismi ac moslemorum praesidii, regum atque imperatorum columinis, justitiam per mundum instaurantis, oppressum ab oppressore vindicantis, regis principum Orientis et Occidentis, Togrulbegi, filii Atâbegi Abul modaffer mohammed, filii Sengi, filii Maudûdi, filii Sengi, filii Ak sunkuri, adjutoris principis fidelium, cui firmum auxilium ferat Deus.“

Utrum vero طغرلبك بن اتابك Togrulbegi filii Atâbegi, an pro eo طغرلبك اتابك Togrulbegi Atâbegi, ponendum sit, ex scriptura Berolinensi non satis distincte adparere mihi videtur. Sed Fraehnius, vir celeberrimus, in recensione numorum Muhammedanorum acad. imp. scient. Petropolitan. Petropoli 1825. pag. 614. numum argenteum indicavit, qui ejusdem principis esse videtur. Inscripta quidem ei sunt haec: الملك العادل العالم ملك امرا الشرق والغرب طغرلبك بن اتابك i. e. rex justus, sapiens, rex principum orientis et occidentis, Togrulbeg filius Atâbegi, et مودود بن زنكى Maudûd ben sengi. Cusus est anno p. H. 557. Verba quae posui امير المومنين decurtata quasi in codicibus Berolinensibus comparent; sed aliter ea legenda esse non existimo.

Efficitur igitur ex ea codicum inscriptione, antiquum esse exemplar Berolinense, quippe quod circa annum p. H. 557. ex libris Togrulbegi Atâbegi fuisse videatur. Quod idem confirmat litterarum, quibus illi codices exarati sunt, genus; grandiores enim sunt, et antiquitatis speciem prae se ferunt. Scriptura arabica codicum Berolinensium in universum aestimanti satis bona et emendata videbitur; at vero librariorum lapsibus immunis tamen non est. Singula vocabula nonnullis locis reperiuntur aut depravata, aut negligentius scripta; ex quo genere sunt pag. 48. lin. 22. الى الجوف pro إِلَى ٱلْجُرْفِ; pag. 82. lin. 12. et 15. ناشب et يناشب pro تَنَاشَبَ et يَتَنَاشَبُ; pag. 90. lin. 18. لعرفجة وعرثمة pro لِعَرْفَجَةَ بْنِ هَرْثَمَةَ; pag. 140. lin. 3. فتح ما اتيا pro قُبِحَ مَا أَتَيَا. Quas maculas, ubi correctio in promtu esse videbatur, tollere studui, aliis libris arabicis, et prae caeteris quidem Firûsâbâdensis lexico, consultis; nomina propria praesertim, quum hominum, tum locorum, quae in codice depravata sunt, ex Firûsâbâdensi restitui quoad potui emendatiora. Aliis codicis locis aliquot verba excidisse videntur; aliis eadem verba ex calami lapsu bis scripta exstant. Nonnunquam correctioni aliquid subsidii tulerunt epitome Persica et Turcica; ex quibus in hac re etiam majorem utilitatem habuissem, si citius eas evolvere potuissem. Sed eas non accepi, nisi libro meo paene absoluto. Multo plura emendare potuissem, si, dum librum meum conscribebam, bibliothecam quandam codicibus arabicis manu scriptis refertam tractare potuissem, librosque eos evolvere mihi licuisset, qui de urbibus et regionibus disserunt, Jakûti مُعْجَمُ ٱلْبُلْدَانِ Jakûti مَرَاصِدُ ٱلْاِطِّلَاعِ عَلَى أَسْمَاءِ ٱلْأَمْكِنَةِ وَٱلْبِقَاعِ et El usjûti ٱلْمُشْتَرِكُ وَضْعًا وَٱلْمُخْتَلِفُ صُقْعًا eosque, qui de nominibus virorum recte scribendis exponunt, Essemâni كِتَابُ ٱللُّبَابِ فِي تَهْذِيبِ ٱلْأَنْسَابِ Abul fadli mohammed ben taher Hierosolymitani كِتَابُ ٱلْأَنْسَابِ ٱلْمُتَّفِقَةِ فِي ٱلْخَطِّ ٱلْمُتَمَاثِلَةِ فِي ٱلنَّقْطِ وَٱلضَّبْطِ atque eos, qui Mohammedis sociorum vitas enarrant, Ebn koteibae كِتَابُ ٱلْمَعَارِفِ et librum تَارِيخُ ٱلْكَوَاكِبِ ٱلْمُنْتَشِرَةِ فِي فَضَائِلِ ٱلْعَشَرَةِ ٱلصَّحَابَةِ aliosque hujus generis permultos. Sed quibus carui, iis uti non potui. Graviores locos, quos correctiores, quam in codice scripti exstant, edere conatus sum, qui quidem rari sunt, in adnotationibus uberioribus indicabo; nonnullos in iis jam tetigi, quas huic volumini adjeci.

Quod ad translationem latinam a me additam adtinet, id quidem operam dedi, ut accuratam eam conficerem, et verbum quasi pro verbo redderem. Sed in locos multos, quos aut corrupta scriptura, aut inscitia mea impeditus, non satis bene explicasse mihi videar, me incidisse plane non dissimulo. De quibus locis quae edocebor rectiora, vel peritissimorum virorum consilio adjutus,

vel industria mea, ea in adnotationibus uberioribus exponam. Atque in iis etiam, quae huic volumini adjectae sunt, nonnullos translationis locos emendavi; quam ob causam ut adnotationes eas inspiciant, benevolos lectores enixe rogo. Versus inprimis, a Taberistanensi adpositos, intellectu difficiliores esse, supra dixi; quorum interpretationi hoc quoque officit, quod maxime in versibus consignandis scripturam corrumpere solent librarii Arabes rudiores. Epitomae annalium Taberistanensis persica et turcica, quarum evolvendarum copia mihi facta est duumvirorum clarissimorum humanitate, Moelleri, bibliothecarii Gothani, et Goettlingii, bibliothecarii Jenensis, scripturae arabicae multum quidem lucis affundunt; at multum tamen abest, ut omnia ea illustrent, quae in Taberistanensi arabico deprehenduntur obscuriora. Quin ipsa difficiliora, ut versiculos arabicos, et alia quae minus aperta sunt, epitomatores illi plerumque omittunt; unde fit, ut ad ea enodanda nihil adjumenti adferant. In adnotationibus brevioribus, quas huic volumini subjunxi, locos nonnullos ex epitomis sumtos, qui ad illustranda arabica faciunt, adscripsi, atque hujus generis plura adposuissem, si fines libro constituti ea tulissent. Neque a re alienum fuisset, nomina et tempora vitasque eorum magistrorum, quos in exponendis fulcris Taberistanensis commemorat, accuratius inquirere; quod vero laborem diuturnum requirit, neque plene effici potest, nisi ab eo, qui larga codicum arabicorum manu scriptorum copia instructus est. Frequentius Ebn homeidum quendam اِبْنُ حُمَيْدٍ laudat Taberistanensis; qui fortasse est Mohammed ben homeid Rejensis, quem inter praeceptores Taberistanensis nominat Ebn challekan; Hamaker specim. catal. pag. 25. Deinde Essohrium quendam اَلزُّهْرِى multis locis citat Taberistanensis, quem pag. 14. Obeid allam ben saad adpellat. Ebn challekân vitam Essohrii cujusdam exposuit, hominis historici, anno p. H. 230. exstincti, quem adpellat ابو عبد الله محمد بن سعد الزهرى البصرىّ كاتب الواقدىّ صنف كتابا كبيرا فى طبقات الصحابة والتابعين والخلفاء الى وقته; Tydemani specimen philolog. pag. 223. Hamakerus de Essohriis sciscitanti mihi respondit, multos hujus nominis homines literatos a scriptoribus arabicis commemorari, quorum clarissimus sit Abu bekr mohammed ben moslem ben schehâb, qui anno p. H. 124. mortem obierit. Porro Essurrium اَلسُّرِّى narrationis auctorem saepissime laudat Taberistanensis, id est hominem ortum in urbe Essur اَلسُّر, quae in provincia Rejensi sita erat; Essurrium autem Firûsâbâdensis ed. Calcutt. pag. 519. fuisse tradit Sijâdum ben ali. Quem avunculum liberorum Mohammedis ben moslem Essohrii fuisse, mihi significavit Hamakerus. Ebn ishâk vel Mohammed ben ishâk, qui et ipse a Taberistanensi frequentissime laudatur, esse videtur ابو بكر وقيل ابو عبد الله محمد بن اسحق صاحب المغازى وَالسِّيَر qui diem supremum obiit anno p. H. 151; Tydeman specim. philolog. pag. 218.

Reliquum est, ut de epitomis annalium Taberistanensis persica, turcica, tschagataïca et arabica breviter disseram, quarum duae, id est persica et turcica, in bibliothecis quum Orientis, tum Occidentis, satis multis asservatae exstant; rariores vero reperiuntur tschagataïca et arabica. Quas epitomas vulgo quidem translationes scripturae arabicae esse putarunt; quod vero non satis recte putatum esse mihi videtur.

1. De epitome persica.

Codicem Gothanum inspexi, in urbe Isfahan anno p. H. 713. exaratum, qui integram hanc epitomen exhibet, sed passim contractiorem, vel brevius expositam. Codicis Parisiensis particulam, qua Toleichae historia traditur, meum in usum transscriptam humanissime mihi transmisit Silvester de Sacy. Quattuor codicum Petropolitanorum particulas accepi, quas suadente Fraehnio meum in usum transscripserunt viri amicissimi, Dornius, professor Charkoviensis, et Charmoyius, professor Petropolitanus. Qui codices Petropolitani, atque etiam Parisiensis, pleniorem epitomes persicae editionem exhibent.

Epitomen persicam circa annum p. H. 352. confecit Abu ali mohammed ben mohammed ben abd alla el belami vel Belamensis أَبُو عَلِيّ مُحَمَّدُ بْنُ مُحَمَّدِ بْنِ عَبْدِ ٱللّٰهِ ٱلْبَلْعَمِيُّ, consiliarius Abu sâlechi manssûr ben nûeh ben nasr ben achmed, principis Samanidae, qui Chorassânae imperium tenuit annis p. H. 350-365. Qui Belamensis igitur ex antiquissimis scriptoribus Persis moslemis fuit. Omisit in epitome sua fulcra illa a Tabaristanensi eurate adposita, versiculos arabicos fere omnes, totamque narrationem ita contraxit, ut viginti volumina illa arabica in tria circiter persica cogeret. Nonnulla passim adjecit, quae in scriptura arabica non exstant. Ab anno p. H. 302. quo descripto desierat Taberistanensis, epitomes persicae codex Gothanus narrationem ad annum p. H. 487. producit, sed res gestas nonnisi strictim adtingens.

Exordium codicis Gothani arabicum est. Quo primum, ex pio Moslemorum more, Deus optimus, maximus, laudibus celebratur:

بِسْمِ ٱللّٰهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ   رَبِّ سَهِّلْ بِلُطْفِكَ يَا لَطِيفُ

قَالَ مُحَمَّدُ بْنُ جَرِيرٍ ٱلطَّبَرِيُّ فِي خُطْبَةِ ٱلْكِتَابِ

ٱلْحَمْدُ لِلّٰهِ ٱلْعَلِيِّ ٱلْأَعْلَى ٱلْوَلِيِّ ٱلْأَوْلَى ٱلْوَفِيِّ ٱلْأَوْفَى ذِي ٱلْأَسْمَآءِ ٱلْحُسْنَى بَعْدَ فَنَآءٍ وَقُرْبٍ وَدُنُوٍّ عَلَى ٱلْعَرْشِ ٱسْتَوَى وَمَلَكَ ٱلْآخِرَةَ وَٱلْأُولَى إِلَى قَرَارِ ٱلْأَرْضِ ٱلسُّفْلَى وَمَا دُونَهُمَا وَمَا تَحْتَ ٱلثَّرَى يَعْلَمُ مَا جَهَرَ وَمَا أَخْفَى وَفِي ظُلْمَةِ ٱللَّيْلِ لَا يَسْبِقُهُ مَنْ عَنَا وَلَا يُعْجِزُهُ مَنْ عَتَا وَلَا يَقْرَبُهُ

مَنْ طَغَى وَلاَ يَضِلُّ مَنْ هَدَى وَلاَ يَتْبَعُ مَنْ كَفَى مَنْ أَعْطَاهُ ٱهْتَدَى وَمَنْ خَالَفَ أَمْرَهُ غَوَى وَمَنِ ٱعْتَصَمَ بِهِ نَجَا وَمَنْ تَوَلَّى عَنْهُ هَوَى الخ

„Nomine Dei, misericordis, miseratoris! Domine, adjuva me gratia tua, o gratiose!
Dicit Mohammed ben decherir Taberistanensis in prooemio libri:

Laude celebratur Deus, excelsus, excelsissimus, amicus, amicissimus, fidus, fidissimus, pulchris nominibus conspicuus, qui post inanitatem ac propinquitatem et adpropinquationem in solio consedit, continuitque extrema atque prima, ad mansionem infimae telluris usque, et quae praeter illa exstant, et quae subter terram posita sunt, quique scit quae aperta sunt et quae occulta, inter ipsas noctis tenebras; quem non antevertit ullus diligens, neque superat ullus praepotens, cujus gratiam non init ullus impius. Neque errat is, quem ille ducit, neque vilescit cui ille prospicit; quicunque illi obtemperat, recte procedit, et quicunque illius mandatis adversatur, labitur; qui ad illum confugit, salvus praestatur, qui vero ab eo desciscit, perdatur; rel."

Deinde Abu sâlech mansûr ben nûch, princeps Samanida, quo jubente epitome persica confecta est, arabicis his verbis laudatur, et qua ratione epitome condita sit, exponitur:

ستايش ابى صالح منصور بن نوح

وقد كان الله تعالى جعل الامير السيد الملك المظفر ابا صالح منصور بن احمد بن اسمعيل بن سامان بن ساسل بن بهرام الشوسه الرازى الاصفهبد المرزبان رضى الله عنهم اجمعين اماما على ادمان النظر فى هذا الكتاب وثابر على الاستفادة منه حتى اجتمعت له الماضى المجتمعة فيه وخرج امره العالى لا زالت كذالك على لسان امينه وصاحبه ابى الحسن فايق الخاصة التى فى سنة اثنتين وخمسين وثلثماية بترجمة هذا الكتاب المنسوب الى محمد بن جرير الطبرى صاحب التفسير الكبير المنعوت بكتاب التاريخ المشتمل من علم الاولين واخبار الماضين بالاقتصار فيه على سوق الاخبار دون الاسانيد وتهذيبها عما فى هذا الكتاب من الاعادات والتطويل فى سياقة قصة كل نبيّ وملك وخبر كل حين على وجهه ورسمه وبعد ذلك فقد تَرْجَمْتُهُ بِلُغَةِ ٱلْفَارِسِيَّةِ ٱلدَّرِيَّةِ ليشترك فى قراءته ومعرفته علم الرعيّة والسلطان ويسهل على من ينظر فيه وقال الله عَزَّ وَجَلَّ وما ارسلنا من رسول الا بلسان قومه لجعل لكل قوم من رسولهم بلسانهم وعلى لغتهم وَأَنَا أُتَرْجِمُ هذا الكتاب واقابله بالتفسير الكبير واقدّم واوخّر من القصص ما يجب تقديمه وتاخيره حتى اسوق كل قصّة على وجهها واسور كل خبر على سبيله واقرن كل شى بشكله واجمعه الى نوعه ومثله وابوّب الكتاب باخبار الانبياء والملوك واورّخه باسماء الازمنة والاوقات وقابلت كتابى هذا مع آيات القران واخبار الرسول عليه السلم وحذفت الاسانيد الطويلة عنها وسالت الله

(b*)

تعالى التوفيق فى تاليفه وجمعه والفراغ منه فى كل ذلك بالتوفيق من الله تعالى فى كل حين استعين به واتوكل عليه واستشهد به واسترشده واعانتى الله تعالى عليها والله المعين والموفق

Quibus absolutis ipsam epitomen persica lingua consignare incipit, his verbis usus:

القول فيما خلق الله الخلق لاجله

اما بعد ایزد سبحانه وتعالی مر این خلق را بیافرید نی آنک مر اورا بآفریدن حاجت بود از بهر آن آفرید شان تا بیازماید وپرستش فرماید شان تا کیست که مر اورا پرستند وکیست که نه پرستند الخ

i. e.

„Exponitur quam ob causam Deus animantes condidit.
Deinde scias hoc. Venerandus adorandusque Deus hos animantes procreavit, etsi ei opus non erat, ut crearet. Sed cum in finem illos condidit, ut eos institueret suique cultum iis praeciperet; unde factum est, ut sint qui ipsum colant, sintque alii, qui ipsum non colant rel.“

Codicibus Petropolitanis primo et secundo exordium aliud est, et quidem lingua persica consignatum. Cujus introitus hoc est:

سپاس وآفرین مر خدای کامکار وکامران را وآفریننده زمین وزمان را آنکس که نه همتا ونه انباز ونه دستور ونه همراز ونه زن ونه فرزند ونه شریک ونه مانند همیشه بوده وهمیشه باشد وبر هستی او نشانهای آفرینش او پیداست آسمان وزمین وشب وروز وآنچه بدو اندر است وچون بخود نگاه کنی بدانی که آفرینش او گواهست وسپاس وی بر همه بندگان پیداست ونعمتهای او بر بندگان گستریده است سپاس داریم اورا برین نیکویها که بر بندگان خویش کرم کرده است ودرود باد بر محمد علیه السلام که بهترین پیغمبران وگزین جهانیان ونازش همه فرزندان آدم وشفاعت خواه بندگان در روز بزرگ درود ایزدی بروی وخاندان وی باد از گزیدگان وپسندیدگان اما بعد بدانک این تاریخ نامهء بزرک است که گرد آورده ابو جعفر بن محمد بن جریر بن یزید الطبری رحمة الله علیه که در شهر خراسان ابو صالح منصور بن نوح فرمان داد دستوری خویش را ابو علی محمد بن محمد البلعمی را که این نامهء تاریخ پسر جریر را که عربیست پارسی گرداند هر چند که هست نیکوتر چنانکه دروی نقصان نیفتد پس گوید که چون دروی

نگاه کردم علمها دیدم وبسیار حجتها وایتهای قران واشعار نیکو وامثال خوب وسرگذشتهای پیغمبران وملوک ماضی ودروی فواید بسیار دیدم پس رنج بردم وجد وستم بر خود نهادم وفارسی گردانیدم الخ

Codex Petropolitanus tertius exordium arabicum exhibet, sed brevissimum, his verbis conceptum:

الحمد لله لاوّل قبل كلّ اوّل والآخر بعد كلّ آخر والدايم بلا زوال والقايم على كلّ شى بلا انتقال وخالق خلقه من غير اصل ولا مثال احمده على آلايه ونشكره على نعمايه واشهد ان لا اله الا الله وحده ولا شريك له وان محمدا عبده الامين ورسوله المكين قام بالرسالة الى المومنين ودعا خلقه اجمعين وعنده حتى .... وصلى الله عليه وعلى آله الطيبين الطاهرين وسلم عليهم اجمعين

وقول فى خلق الله الخلق فى ابتدايه

خدا وربّنا تبارك وتعالى اين خلق را بيافريد نى انكه اورا بآفريدن ايشان حاجت بود اما بدان آفريد تا بيازمايد شان وپرستش فرمايد شان تا كيست ازيشان كه بپادشاهى وقدرت او بگرود وكيست كه منكر شود الخ

Jam ut scripturam persicam cum arabica conferre possint lectores, specimen quoddam epitomes persicae adponam, et quidem illius capitis initium, quo expeditio a Moslemis ad debellandum Moseilemam suscepta exponitur. Cujus loci scriptura arabica in libro meo edita reperitur pag. 148–156.

فصل در ذكر حرب خالد با مسيلمه الكذاب

چنين گويند كه آن وقت كه ابو بكر عكرمه بن ابى جهل را بيمامه فرستاد از مدينه بدانگاه كه يازده سپاهسالار را از مدينه بيرون فرستاده بود شرحبيل بن حسنه را از پس ايشان بفرستاد وگفت تو با عكرمه برو چون عكرمه بشنيد كه شرحبيل همى آيد نخواست كه نام حرب بر او بود پيش ازآن كو بيامد بدر يمامه شد وجنگ كرد وشكسته آمد وبهزيمت باز گشت ابو بكر مر عكرمه را ملامت كرد وگفت تو استادى را نشايى وشاگردى هم نكنى چرا نه ايستادى تا شرحبيل برسيدى نزديك تو كار به ازين بودى

اکنون اگر روی تو بینم سرت را بردارم شو سوی حذیفه رو بعمان وآنجا جنگ کن بفرمان ایشان واگر مشغول بوند وبتو حاجتشان نباشد سوی مهاجر امیه شو بیمن وحضرموت واورا یاری کن وزیر علم اوی وپس شرحبیل را نامه کرد کی با سپاه بایست تا سپاه ونامهء من بتو رسد چون شرحبیل بدر یمامه رسید مسیلمه دانست که سپاه مسلمانان روی بدو نهادند یک از پس دیگر واگر یکی بشکنند دیگری آید بحصار یمامه اندر شد وآن حصاری بود نیک استوار چون ابو بکر بشنید کی مسیلمه اندر حصار شد دانست که او از آنجا بیرون نیاید تا شرحبیل بر در حصار باشد ودانست که بلای عرب بر مسلمانان سخت‌ترست ازانکه حرب یمامه زیرا که ایشان تا در مدینه همی آمدند خالد بن الولید را با سپاه مسلمانان بحرب عرب مشغول کرد تا خالد از مرتدان بپرداخت ومالک بن نویره را بکشت ودر عرب دیگر نیز از ان مرتدان آشکارا نماند وبمدینه آمد وابو بکر را بدید وهمانگاه باز گشت ابو بکر از پس او نامه کرد کی ترا با سپاه بدر یمامه باید شد وبا مسیلمه جنگ کردن وشرحبیل خود با مسلمانان آنجا است ودیگر نیزترا سپاه فرستم وشرحبیل را نامه کرد کی چون خالد بیاید فرمان او کن ومنادی را فرمود تا بانگ کرد بمدینه اندر که هر که سلاح بر تواند گرفتن سوی خالد روید بیمامه بجنگ مسیلمه وبا دشمن جنگ کنید وخلقی بسیار از مهاجر وانصار را از مدینه بفرستاد سوی خالد ببطاح وخالد چون سپاه مدینه بدو رسید از بطاح بر گرفت وسپاه تعبیه کرد ومهاجر وانصار جدا کرد وقبایل عرب کی با او بودند تمامی سیزده هزار مرد برو عرض کرد وبر مهاجریان ابو حذیفه بن عتبه بن ربیعه را مهتر کرد بر یکی گروه وبر دیگر گروه زید بن الخطاب برادر عمر بن الخطاب را وبر یک گروه انصار ثابت بن قیس را وبر دیگر گروه البرا بن مالک را ولواء مهاجریان این دو تن را داد ولواء انصاریان آن دو تن را وبر مقدمه عبد الله بن عمر بن الخطاب را بیرون کرد ولواء خویش بایشان براند وخویشتن را بقلب اندر جای کرد وعلامت اندر پیش او ولشکر برین تعبیه همی راند تا در یمامه وشرحبیل بن حسنه تا دو منزل پیش او آمد مسیلمه دانست که سپاهای اسلام گرد آمدند همه مردمان

یمامه را وبنی حنیفه را گرد کرد ومهتر یمامه را ابن اثال الحنفی ونیز مردی بود اندر یمامه
نام او نهار الرجال سوی پیغمبر صلعم آمده بود ونوی آموخته وچون مسیلمه بیرون آمد
وپیغمبر صلعم خبر او بشنید که مردمان یمامه همه متابع او شدند این نهار الرجال را پیغام
کرد تا مردمـان را بمسلمانی خوانـد وقران بیاموزد وکار بر مسیلمه تباه کند چون او
بیمامه شد مسیلمه اورا بنواخت واورا یار خویش کرد وگفت من این دین بتو حوالت
کردم تا تو هم چه خواهی خلق را همی فرمایی اندر کار دین ومن چنین گویم که
خدای تعالی چنین فرموده است او با مسیلـمه سخن یکی کرد ومردمانرا گواهی داد که
پیغمبر صلعم به پیغمبری مسیلمه گواهی داد ومرا بفرستاد تا شمارا گواهی دهم که این پیغمبر
شما است تا بدو بگروید پس این نهار الرجال بر مسلمانی بدتر از مسیلمه بود ومردمان یمامه
هم چه او گفتی همه فرمان او کردندی پس او مسیلمه را گفت چنان خواهم که مرا نماز
فرمایی ومردمانرا بجماعت تا بانگ نماز وجماعت واقامت کننـد مر دین ترا همچنانک محمد
همی فرماید مسیلمه گفت روا است او گفت من موذنی کنم گفت بکن گفت نخست
به پیغمبری محمـد گواهی دهم پس بدان تو زیرا که نخست پیغمبری بمحمد آمد پس ترا
مسیلمه گفت روا است ونهار الرجال موذنی کرد وچنین گفت ببانگ نماز اندر أَشْهَدُ أَنَّ
مُحَمَّدًا رَسُولُ ٱللّٰهِ وَأَشْهَدُ أَنَّ مُسَيْلِمَةَ رَسُولُ رَحْمٰنِ ٱلْيَمَامَةِ پس مسیلمه مهتران یمامه را بخواند
وبا ایشـان تدبیر کرد گفتند بحصار اندر نتوان بود سپاه بسیار داری پیش خالـد رو
وحرب کن مسیلمه سپاه بیرون آورد وچهـل هزار مرد عرض کرد وبر در یمامه لشکرگاه
بزد میان باغها با دیوار شهر پیوسته ومر اورا بوستـانی بود بزرگ سخت خرم با سپرغمها
والوان میوها ومر آن بوستان را نام حدیقة الرحمن کرده بود سراپردهء آنجا بزد خویش
را وبا خاصیکان خویش آنجا فرود آمد وآنرا از پس مسیلمه حدیقـة الموت نام کردند
که مسیلمه اندر آنجا کشتند پس او بدان لشکرگاه بنشست وخالد را همی بایست که
زود سپاه ببرد وبا او جنگ کند ومهتر یمامه مجاعه بود تاختنی کرد با ششصد سوار به
بنی عامر که یک تن از خویشـان او کشته بودند وزنی بزنی کرده بود نـام او خوله

بنت جعفر ومجاعه بتاختن شد وآن کشنده را بکشت وآن زن را باز آورد وبیک منزل بیامد فرود آمد وخبر خالد نداشت کی کجا رسیده است چنان کمان برد که دورست آن شب بدان منزل اندر بخفت بشب اندر مقدمهء خالد فراز رسید الخ

Quem epitomes locum hic maxime ex codicibus Petropolitanis edidi. Nonnulla ex codice Gothano restitui, qui in universum vero multo breviorem hunc locum exhibet.

2. De epitome turcica.

Codicem Jenensem legi, qui epitomen turcicam exhibet, anno p. H. 1000. exaratum; in dua volumina dispertitus est, ad finem vero mutilus. Nomen auctoris hujus epitomes exploratum non habeo. In exordio codicis Jenensis nonnisi hoc edicitur, Achmedis Paschae cujusdem ministri jussu epitomen persicam in turcicum conversam esse. Hadschi Chalfa, ut in ephemeridibus Petropol. german. 1827. nro. 5. perhibet Fraehnius, ineunte seculo p. C. quarto decimo, i. e. circa annum p. H. 710. quo tempore Osmân, primus Turcarum Osmânicorum princeps, in Asia minori imperium turcicum condere coepisset, epitomen turcicam annalium Taberistanensis confectam esse tradit. Opus aliquanto recentius esse, crediderim; sed quae de eo exponit Hadschi Chalfa inspicere, mihimet ipsi non licuit. Epitome turcica ex arabica Taberistanensis scriptura excerpta non est, sed translatio epitomes persicae est, eamque satis presse sequitur.

Exordium codicis Jenensis hoc est:

بسم الله الرحمن الرحیم الحمد الله ربّ العالمین والصلوة علی خیر خلقه محمد وآله وصحبه اجمعین شکر ومنت اول الله اولسونکه بو مخلوقات یوغیکن وار اتدی وبو ضعیف قوللری اهل ایماندن قلوب طاعتنه یرار اتدی صلوة وسلام رسولمز سید انام اوزرنه اولسونکم حق دینی آشکار اتدی ودخی آلی واصحابی اوزرنه اولسونکم آنکه عشقنه جانی ومالی نثار اتدی بوندن صکره بو فقیر ایدر اول سرور علما ومهتر فضلا محمد بن جریر الطبری کم تفسیر کبیرک صاحبدر حق تعالی آنی رحمت دریاسنه یاندرسون ودوستی الندن شَرَابًا طَهُورًا قاندرسون تواریخ طبری دمکله مشهور اولان کتاب جمع ایلدی وبونجه لطایف وغرایب آنده درج ایلدی لکن عربی اولدوغی جهتدن اکثر کشی استفاده ادمزدی اول سببدن بر عزیز فارسیه ترجمه ایلمش کرچه آنده چق درلو منایع خرج ایلمش اما بو دیارده عرب وعجم لغتی از استعمال اولنمغین حضرت امیر معظم وکامکار مفخم امیر الامرا احمد پاشا

خدمتلری الله تعالی آنی دنیا وآخرت آرزولرینه ارکرسون شویلـه وجـه کردلر که اول کتاب فاخر ترکی دلنه ترجمه اولنه تا که عرب وعجم لغتنده عجزی اولان کمسلر دخی اول کتابک نصایحیله ومواعظیله فایدهلنلر ایله اولسه بو فقیر وضعیف اول رای جهان آرایه امتثال ایدوب الله تعالینـک فضل عنایتنه التجا ایدوب شروع ایلدم که اول کتابی ترکیه دندردم الخ.

i. e.

„Nomine Dei, misericordis, miseratoris. Laude celebretur Deus, mundorum dominus, faustaque precemur mortalium optimo, Mohammedi, ejusque propinquis sociisque omnibus. Grates gratiasque Deo illi agimus, qui haec animantia, quae non erant, procreavit, quique debiles hos servos in ordinem fidelium recepit, atque ita ad ipsum colendum idoneos eos reddidit. Fausta et felicia vero precamur legato nostro, hominum principi, qui religionem veram promulgavit, atque etiam ejus propinquis sociisque, qui illius amore ducti et animam et opes profuderunt. Deinde miser hic homo dicit haec. Princeps ille hominum eruditorum, litterarumque decus, Mohammed-ben dscherir Ettaberi, commentarii magni auctor, quem venerandus Deus in misericordiae mare immergat, cuique potum purum benefica manu porrigat, celebrem illum librum confecit, quem annales Taberistanensis adpellant, multasque res insignes et commemoratu dignas in eo consignavit. Sed quum arabice conscriptus esset liber, plerique homines nullam utilitatem ex eo capiebant; quam ob rem vir quidam eximius in persicum eum transtulit. Sed quamvis arte multiplici translationem laboravit, tamen, quum linguae arabica et persica his regionibus in usu non sint, vir excellentissimus, nobilissimus princeps, praefectus gloriosus, princeps principum, Achmed pascha, quem venerandus Deus et bonis hujus terrae, et aeternis cumulet, praeclarum illum librum in turcicum convertendum esse censuit, ut etiam quicunque linguas arabicam et persicam non callerent ex illius libri admonitionibus et praeceptis fructum percipere possent. Cui consilio illustri obtemperans miser hic homo et tenuis, implorata venerandi Dei gratia, librum illum in turcicum transferre coepit rel.“

Scriptura codicis Jenensis non ubique satis accurata esse mihi videtur. Pro دمکله مشهور اولان, in codice scriptum exstat دمکله اولان. Litteras vocales ا ی و, quas Turcae alias satis frequentes adscribere solent, codex Jenensis magnam partem omittit; unde fit, ut pro ایرکورسون et کوردیلر in eo compareant ارکرسون et کردلر, aliaque hujus generis permulta.

Capitis, quo expeditio contra Moseilemam suscepta exponitur, initium hoc est:

اولوقتکه ابو بکر ابو جهل اوغلی عکرمه یمامیه کوندردی آنک اردنجه شرحبیلی کوندردی لشکرله ایتدی وار سین عکرمیله بله اول چون عکرمه اشتدیکه شرحبیل بله کلور اندیشلندی که اد شرحبیلک اوله آندن اوّل یمامه قپوسنه واروب جنک ایلدی صندی یمه دندی ابو بکر عکرمیه ققدی نیچون توقف ایتمدک که شرحبیل ارشدیکه بونجلین هزیمت اولدی

ددی پس ایتدی حذیفدن یکا وار اکا یاردم ایت آنک علمی التنده اول ددی شرحبیل اردنجه دخی نامه یزدی ایتدی اول اراده لشکروکله در تا بنم نامم سکا ایرنجه ددی چونکه شرحبیل یمامه قپوسینه واردی مسیلمه بلدیکه مسلمان لشکری کندودن یکا یوز طوتدی بر بری اردنجه کلور حصاره کیردی محکم حصاری واریدی چون امیر المومنین اشتدیکه مسیلمه حصاره کیردی بلدیکه حصاردن طشره چیقماز مادامکه شرحبیل حصار قپوسنده در بلوردیکه عرب مرتدلرینک بلالری مسلمانلره مسیلمدن آرتوغیدی زیراکه آنلر مدینه قپوسنه دکین کلورلردی خالد لشکرله عربه ومرتدلره مشغول اولدی تا خالد اول مرتدلرله جنک ایدوب آنلری پرداخت اتدی مالک بن نویره دیلدی عرب ایچنده آشکاره مرتد قلمدی خالد مدینیه کلدی امام ابو بکری کوردی ینه دندی کتدی امام ابو بکر اردنجه نامه یزدی ایتدی مسیلمه ایله حرب ایت ددی شرحبیله دخی نامه یزدی ایتدی چون خالد انده وار تولاغک اکا طوت ندرسه ایت ددی آندن مدینده چاغردیکه هر کشنک سلاحه کوجی یتر خالددن یکا وارسون یمامده تکری دشمنی مسیلمله جنک اتسون ددی مهاجریدن وانصاردن چقلق خلق مدیندن خالده ویربیدی بطاحدن قلقدی مهاجری وانصاری بر برندن آیردی مهاجرلرک بر بلوکنه ابو حذیفه بن عتبه امیر علم دکدی وبر بلوکنه عمرک قرداشی زید بن خطابی امیر قلدی وبر بلوکنه براء بن مالکی امیر علم دکدی لشکرک مقدّمیه عبد الله بن عمری قودی کندوسی اورتاده دردی بو وجهله لشکری سوردی تا یمامه قپوسندن اکی منزل قلاجیق شرحبیل قرشولدی مسیلمه بلدیکه جمله اسلام لشکری اکا توجه ایلدی پس یمامه لشکرینی جمع ایلدی وبنی حنیفه قبیلسینی جمع ایلدی آنده بر کشی واریدی ادینه نهار الرجال دیرلریدی یمامنک اولوسیدی پیغمبردن یکا کلوب قران اوکرنمشیدی چون مسیلمه ظاهر اولوب دعوای نبوّت ایلدی پیغمبر اشتدیکه خلق اکا متابعت ایلدی پیغمبر نهار الرجال کوندردی ایتدی وار یمامه خلقنی اسلامه دعوت ایله وقران اوکرت مسیلمنک ایشنی ابطال ایله ددی چونکه یمامیه کلدی مسیلمه آنی نواخت اتدی ایتدی بن بو دیبی سنکیچون اندم تا سن هر نه دیلرسک ایدهسین وبکه نه بیوررسک ایدم دیوب اکسی اتفاق ایدوب

خلقه ایتدیلرکه محمد بو مسیلمنک پیغمبرلغنه طـانقلق ویرر اوش بی کـوندردیکه سیزه
خبر ویرم بو سزک پیغمبروکوزدر بوکا استک ددی بو نهار الرجال مسلمانلره بدتر اولدی
مسیلمدن الخ

Librarius turca, qui codicem Jenensem exaravit, hoc loco modo eas litteras vocales omisit, quae adponi solent, modo eas adposuit, quae omitti solent; scripsit quippe اکسی uterque, pro ایکیسی, et چیقماز non egreditur, pro چقمز.

3. De epitome tschagataïca.

Codicis Petropolitani particulas, a Dornio, professore Charkoviensi, et Charmoyio, professore Petropolitano, viris humanissimis, meum in usum transscriptas mihi transmisit Fraehnius. Lingua tschagataïca, quae est turcica orientalis, id est turkestanica vel usbekica, universa indole turcicam osmanicam quidem refert; at tam multa tamen vocabula, tamque multas grammaticas vocabulorum formas sibi peculiares habet, ut quicunque nonnisi linguam osmanicam calleat, tschagataïca scripta satis intelligere non queat. Sic tschagataïcae linguae etiam cum tatarica kasanica similitudo magna est. Epitome annalium Taberistanensis tschagataïca epitomes persicae a Belamensi conscriptae translatio est, quam imperante Kutschkundschi châno Usbekida کوجکونجی خان Transoxaniae principe, in usum ejus filii, Abdullatif sultâni, anno p. H. 928. confecit Wachedi Balchensis واحدی البلخی bibliothecae praefectus. Quae ad finem codicis Petropolitani declarantur; qui exaratus est ipso anno 928. vel anno 938; numeri nota enim paulo negligentius adscripta est. Fuit hic codex ex bibliotheca Newrûsi achmed chân نوروز احمـد خان principis Usbekidae.

Exordium codicis Petropolitani hoc est:

بسم الله الرحمن الرحیم

الحمد لله ربّ العالمین والعاقبة للمتّقین والصلوة والسلام علی رسوله محمد وآله اجمعین سپاس
وآفرین خداوند کامکار وکامرانغه وآفریننده زمین وزمانغه که انـکا همتا ومانند یوق
وجفت وفرزند یوق ودستور واورتاغ یوق همیشه بولغـای وهمیشه بار تورور وانینـکه
بارلیغیغه آفرینیش نشانلاری پیدا تورور ویر وکودک وکون وتون هر لی اندا تورور

اوزونکا باقسانک بیلکای‌سین انینک آفرینیشی‌کا تانوغ تورور انینک سپاسی برجه بنده‌لارغه
پیدا تورور ونعمت‌لاری بنده‌لارغه یاییلغان تورور وسپاس قیلالینک الی بو یخشی‌لیقلار که
اوز بنده‌لاریغه قیلیب تورور ودرود وصلوة وسلام اول حبیب الٓهی ومجتبی پادشاهی صدر
صفّهٔ صفا وبدر خطّهٔ وفا ونبی اصطفا محمد مصطفی‌غه صلی الله علیه وسلم که جهانیلارنینک
سروری تورور وپیغامبرلارنینک کزینی وآدم فرزندلارنینک نازشی وبنده‌لارنینک شفاعت‌خواهی
تورور بزرک کوندا وایزد تعالی‌نینک درودی انکا واولاد واصحابیغه که هر بیری هدایت
بحری‌نینک وبدایت بابی‌نینک فتحی تورورلار وتنلق خاندانیغه وکزیده‌لاریغه وپسندیده‌لاریغه
سوزنینک اغازی یقین بیل که بو بزرک تاریخ نامعنی کیم جمع قیلیب تورور ابو جعفر
محمد بن جریر بن یزید الطبری رحمة الله علیه ورحمه خراسان شهریدا ابو صالح منصور بن
نوح فرمان بردی اوز دستوریغه ابو علی محمد بن محمد البلعمی‌غه که جریر اوغلی‌نینک بو
تاریخ نامعسینی فارسی قیل انداق که انکا نقصان بولماغای پس ایتور که اندا نظر قیلدیم
کوب علملار اندا کوردوم الخ

Quae sic convertenda esse mihi videntur:

„Nomine Dei, misericordis, miseratoris.

Laus tribuatur Deo, mundorum domino, vita futura hominibus piis, reverentia et salutatio illius legato, Mohammedi, totisque ejus propinquis. Grates gratiasque agimus Deo praepotenti et felici, qui terram ac tempus procreavit, cui qui par vel similis sit non exstat, qui uxorem non habet, neque prolem, neque consiliarium, neque socium, quocunque vero tempore aderit, et quocunque adest. Quem re vera adesse, mundi conditi monumenta edocent; terram enim et coelum, diemque noctemque, et quae iis continentur, si ipsum respicias, intelliges mundi ab eo conditi exstitisse testes. Ipsius gloria inter omnes ejus servos patet, ipsiusque beneficia servis ejus deferuntur omnibus; quam ob rem, qua servos complectitur, beneficentiam grati veneramur. Laudem et reverentiam, salutationemque tribuimus illi Dei amico, principi illustri, qui toti pietatis praeses est, terrae fidei luna, excellentiae sol, Mohammedi Mustafae, cui bona dicat Deus faveatque, mortalium praesuli, legatorum optimo, hominum deliciis, qui tremenda illa die servorum causam aget. Deus venerandus favore eum amplectatur, ejusque liberos sociosque, quorum quisque salutis mare vitaeque portam aperuit, felicemque ejus familiam, atque homines probos gratosque. Expositionis initium. Probe tu hoc scito, magnos hos annales congessisse Abu dschaferum mohammed ben dscherir ben jesid Taberistanensem, quem misericordia amplectatur Deus; deinde vero in urbe Chorâsânica Abu salechum mansûr ben nuch administro suo, Abu alio mohammed ben mohammed Belamensi, mandasse haec: „annales quidem hos filii Dscherir ita in persicum transfer, ut nihil detrimenti capiant.“ Ait igitur ille: quem librum quum inspexissem, multam doctrinam in eo deprehendi; rel.“

Nescio an یر وکودک terra et coelum, perperam scriptum sit pro زیر وکوک turcice

saltem et kasanice coelum کوک vocatur. Pro ابو جعفر محمد بن جریر in codice Petropolitano mendose exaratum exstat ابو جعفر بن محمد بن جریر, itemque mendose النساچی pro البلعمی. Sed in ejusdem codicis epilogo, quem infra adponam, recte scriptum cernitur البلعمی. Exordium hoc epitomes tschagataïcae translatio exordii persici est, quod supra, id est pag. xii. adscripsi.

Epitome tschagataïca persicam presse sequitur. Capitis, quo expeditio contra Moscilemam suscepta exponitur, initium hoc est:

مسیلمه بن حبیب الکذابنینک خبری

اندان آیتورلارکیم اول وقت کیم ابو بکر عکرمه بن ابو جهلنی یمامغه یباردی مدینهدین اول زمان کیم اون بر سپهسالارنی مدینهدین تاشقاری یباردی وشرحبیل بن حسنهنی انینک سونکیدین یباردی وآیتی سین عکرمه بیلان بارغیل عکرمه چون ایشتی کیم اول کیلاتوردور آیتی کیم شرحبیلنینک اتی بولغای اندین بورنه کیم اول کیلکای عکرمه چون یمامه ایشیکیکا باردی وحرب قیلدی وشکست تاپتی وهزیمت بیلان قایتی ابو بکر عکرمهغه ملامت قیلدی وآیتی سین استادلیققه شایسته ایمانسک شاکردلیق هم قیلمانک نا غوتورمادینک تا شرحبیل سنکا یتکای کیم ایش موندین بهراک بولغای ایدی اکر یوزونکنی کورسام باشینکنی کیسای حذیفهغه بار عمانغه واندا حرب قیل اکر الار بزینک فرمانیمز بیلان مشغول بولسالار وسنینک بیلان حاجتلاری بولماسا یمنغه وحضرموتقه بار مهاجر امیّه ساری انکا مدد قیل وانینک علمینینک استیغه بار پس شرحبیلغه نامه قیلدی کیم چریک بیلان تور تا مینینک نامام سنکا یتکای چون شرحبیل یمامه ایشیکیکا کیلدی مسیلمه بیلدیکیم مسلمانلار چریکی انکا یوزلاندیلار بر برنینک سونکیدا اکر برنی سیندورسا ینه بر کیلکای یمامه حصاریغه کیردی حصاری ایردی محکم چون ابو بکر بیلدیکیم اول حصارغه کیردی واوزکا چیقماغای تا شرحبیل حصار ایشیکیدا بولغای وبیلدیکیم عرب بلادی ومرتدلار مسلمانلیققا قتیقراق توروررلار اندین کیم الار مدینهغه کیلورلارایردی خالد بن ولیدنی چریکی بیلان حربقه مشغول قیلدی تا خالد مرتدلاردین کونکول جمع قیلدی ومالک نویرهنی

اولتوردی وعربتا مرتدلار آشکارا قالمادیلار ومدینه‌غه کیلدی وابوبکرنی کوردی وینه قایتی
ابو بکر سونکیندا نامه قیلدی‌کیم چریک بیلان یمامه ایشیکیکا بار ومسیلمه بیلان حرب قیل
وشرحبیل اندا تورور وسنکا ینه چریک بیارای وشرحبیل‌غه نامه قیلدی‌کیم چون خالد
کیلسا انینک فرمانین قیل ومدینه‌دا بویوردی‌کیم منادی قیل هم کیم سلاح الا السا خالد
ساری بارسون مسیلمه حربی‌غه ودشمن بیلان حرب قیلسون وبسیار خلق مهاجر وانصاردین
یباردی خالد ساری بطاح‌قه وچون مدینه چریکی خالدغه یتی‌لار بطاح‌تین کوچتی وچریکنی
تعبیه قیلدی ومهاجر وانصارنی آیردی وعرب قبایلی اولکیم اندا ایردیلار انینک بیلان اون اوچ
مینک کیشی بیلان ایردی‌لار مهاجرلارغه بو حذیفه بن عتبه بن ربیعه‌نی مهتر قیلدی بیر
کروه‌کا عمرنینک ایی‌سی زید بن خطابنی مهتر قیلدی وبر کروه‌کا ثابت بن قیس‌نی مهتر
قیلدی وینه کروه‌کا برا بن مالکنی مهتر قیلدی ومهاجرلار لواسینی بو ایکی تن‌غه بیردی
وانصاری‌لار لواسینی هم ایکی تن‌غه بیردی ومقدمه‌غه عبد الله بن عمر بن خطابنی چیغاردی
واوز لواسینی انینک آلیغه سوردی واوزینی اورتادا توتی وعلامت آلیغه وچریکنی بو ترتیب
بیلان یوروتی تا یمامه ایشیکیکاچه وشرحبیل بن حسنه ایکی منزل قارشو کیلدی الخ

Pronomen: illius, Dornius انیک **transcripsit, Charmoyius vero** انینک**, quemadmodum scribunt etiam Tatari Kasanenses. Vide grammaticam tataricam, russice editam; Petropol. 1801. pag. 54.**

Epilogus codicis Petropolitani hic est:

تمام بولدی عالم روزکاری‌نینک تاریخی‌نینک کتابی وپیغمبرلارنینک وملوکلارنینک
اخباری عربلار وپارسی‌لار ملوکلاری وروزکارلاری‌نینک کردشی وجهان‌نینک ایشی
کیم هر ملکی نی مرتبه‌دا ایردی ونی سیرت بیلان یتریلدی ونی حالت بیلان بو جهاندین باردی
وهر نی بو عالمدا باریب تورور ابو جعفر محمد بن جریر بن یزید الطبری رحمة الله علیه
عربی بیلان تصنیف قیلیب ایردی اندین سونک ابو علی محمد بن محمد بن عبد الله البلعمی
الوزیر کیم خراسان ملکی اوچون ابو صالح منصور بن نوح بن نصر بن احمد بن اسماعیل
بن احمد بن اسد السامانی اوچون عربینی فارسی‌غه ایوردی اندین سونک اوزبک
پادشاه‌لاری‌نینک دوری‌دا خانلارخانی کوجکونجی خان زمانی‌دا حضرت خلافت پناهی وزبده

هذا الهی عبد اللطيف سلطان بن كوجكونجی خان اوجون بو حقير الفقير الداعی الكتابدار واحدی البلخی فارسيی تركی قيلدی بير بيلدا ذی الحجّه آييدين ابتدا قيليب ينه ذی الحجّه آييی‌نينك اون آلتی‌سيدا تاريخ توقوز يوز ييكيرمی سكيزدا خجسته ساعت‌تا پنجشنبه كونی چاشت وقتی‌دا بوتاريخ كتابی‌نينك تركی قيلماغی تمام بولدی آخر يونت ييلی‌دا تمّت الكتاب بعون الملك الوهّاب علی يد اضعف عبد المجيد بن حافظ الكلام الملك الحميد عبد الوهّاب بن عبد المجيد حافظ جلّه فی شهر جمادی الآخر سنه ۹۲۸.

i. e.

„Ad exitum jam pervenerunt annalium temporum mundi liber, legatorum Dei regumque historiae, regum Arabum Persarumque eorumque temporum gesta, et quaecunque in hac terra acta sunt; quibus expositum est, quo quisque gradu collocatus fuit rex, quibus moribus fuit, quo modo ex hac terra exiit, et quaecunque in hoc mundo evenerunt. Quae quidem Abu dschafer mohammed ben dscherir ben jesid Tuberistanensis, quem misericordia amplectatur Deus, arabice conscripsit, deinde vero in usum regis Chorâsânae, Abu salechi manssûr ben nûch ben nasr ben achmed ben ismail ben achmed ben esad Sâmânidae, ex arabico in persicum transtulit Abu ali mohammed ben abdulla Belamensis, administer regius. Post quem denique regum Usbekidarum tempore, et quidem imperante chânorum châno, Kutschkundschi châno, in usum principis excellentissimi, chalifatus praesidii, praestantissimae umbrae Dei, Abdullatif sultâni, filii Kutschkundschi châni, homo tenuis hic et miser, precatorque, bibliothecae praefectus, Wachedi Balchensis, persica illa in turcicum transtulit, et quidem intra unius anni spatium, ab mense Dsul hiddsche ad mensis Dsul hiddsche proxime sequentis diem sextum decimum. Anno autem nongentesimo vicesimo octavo, hora faosta, id est feria quinta, antemeridiano tempore, horum annalium translatio turcica absoluta est, exeunte anno equi. Exaratus est hic liber, adjuvente Deo munifico, manu tenuissimi hominis, Abd el medschidi, filii memoria tenentis verbum regis gloriosi, Abd el wahhâbi, filii Abd el medschidi, memoria tenentis ejus gravissima, mense Dschomâda altero anni dccccxxviii.

Linguam tschagataïcam, quoniam turcica orientalis est, Wachedi Balchensis breviter turcicam vocat; quo nomine eam significavit etiam Abul gâsi behâdur chân, Tatarorum historiae, quae Schedscherei turki شجرۀ تركی i. e. arbor turcica vel stemma Turcarum, inscripta est, auctor. Verba يونت ييلی interpretatus sum: annum equi, quoniam vocabulum turcicum يونده equam significat, et Deguignius, Geschichte der Hunnen und Türken; Greifswald; 1770. praef. annum septimum cycli tatarici annum equi, vel Junad nuncupari perhibet. Dornius خجسته ساعت‌تا پنجشنبه transscripsit, Charmoyius vero خجسته ساعت پانجشنبه.

4. De epitome arabica.

Codicis Lugdunensis particulam, ab H. E. Weyersio, viro humanissimo, meum in usum transcriptam mihi misit Hamakerus. Epitome haec arabica epitomes persicae, a Belamensi con-

fectae, translatio est aliquanto verbosior, stilo consignata negligentiori, ad vulgarem Arabum sermonem inclinante. Cujus epitomes partem secundam, quae a nato Mohammede ad annum p. H. sexagesimum primum narrationem producit, codex Lugdunensis exhibet, ab Hamakero indicatus, specim. catal. cod. manu script. orient. Lugdun. 1820. pag. 20. Auctor epitomes est Chidr ben chidr Amidensis خِضْرُ بْنُ خِضْرٍ آلْآمِدِيُّ, qui circa annum p. H. 935. vixisse videtur; persicam epitomen fortasse ideo in arabicum transtulit, quia annalium Taberistanensis arabicorum exemplaria perrara erant. In exordio codicis Lugdunensis post solennes precationes absolutas edicuntur haec:

نَبْتَدِى بِعَوْنِ آللّٰهِ الملك القيوم القوىّ فى ترجمة جزء الثانى من تاريخ آلطَّبَرِيّ العبد الفقير الحقير خضر بن خضر ابن حاجى حسن الامدىّ عفى الله عنهم بلطفه الخفىّ فى يوم الخميس ثانى عشر شهر رمضان سنة ٩٣٥

i. e.

„incipimus, adjuvante Deo, rege perenni fortique, translationem partis secundae annalium Taberistanensis, confectam a servo misero tenuique, Chidro ben chidr ben hadschi hassan Amidensi, quibus Deus ignoscat gratia sua usus occulta, feria quinta, duodecimo die mensis Ramadan, anno dccccxxxv.“

Ad finem codicis leguntur haec:

تَمَّتْ جزء الثانى من ترجمة تاريخ الطبرىّ من العجمىّ الى العربىّ العبد الفقير الحقير الراجى رحمة ربّه خضر بن خضر ابن الحاجى حسن ابن الحاجى محمد ابن الحاجى حسن ابن الحاجى اسماعيل ابن الحاجى علىّ الامدىّ عفى الله عنهم وذلك فى ليلة الثلثاء ثامن شهر ربيع الاخر سنة ٩٣٧ —— وكان العمر يوميذ خمسين سنة

i. e.

„absoluta est pars secunda translationis annalium Taberistanensis ex persica lingua in arabicam, confectae a servo misero tenuique, misericordiam domini sui sperante, Chidro ben chidr ben el hadschi hassan ben el hadschi mohammed ben el hadschi hassan ben el hadschi ismaïl ben el hadschi ali Amidensi, quibus Deus ignoscat, et quidem nocte feriae tertiae, die octavo mensis Rabi alterius, anno dccccxxxvii. — Quo tempore annum quinquagesimum agebat.“

Qui haec scripsit, utrum ipse translator Chidr ben chidr, an alius quidam librarius fuerit, nescio. Scriptura codicis Lugdunensis plebeja est, a sanis, quum grammaticae, tum orthographiae, praeceptis abhorrens. Capitis, quo expeditio contra Moseilemam suscepta exponitur, initium sic exaratum exhibet codex:

فصل فى حرب خالد ابن وليد مع مسيلمة الكذاب فى اليمامة

قال لما ارسل ابا بكر المقدمين الا قبايل الذى ذكرنا ارسل عكرمة ابن ابى جهل الا اليمامة وارسل بعده شرحبيل ابن حسنة العبسى نجدة الا عند عكرمة ابن ابى جهل وامره ان يكون مطيع له فلما سمع عكرمة بمسير شرحبيل ابن حسنة العبسى اليه حسب ان ابا بكر قد ارسله اميرا عليه او جعله مقدم العسكر وراس النوبة تعجل فى المسير الا اليمامة وما توقف لمسيره حتى يصل اليه فوصل الا اليمامة وتحارب معهم فوقعت الهزيمة عليه وانكسر عكرمة وانهزم فغضب عليه ابا بكر ولامه على افعاله وقال له ما لك ما توقفت الا شرحبيل حتى يصل اليك وتكون معه يدا وحدة حتى خسرت هذه الخسارة وانهزمت هذه الهزيمة ورايت قدرك والقيمة ارجع عنى فلو رايت وجهك مرة اخرا اخذت راسك من بين كتفك سير الا عمان الا عند حذيفة وحارب هناك بامرهم فان كان ما يحتاجون لنصرتك وما يحتاجون لحربك سير الى نحوا مهاجر ابن امية الا اليمن وحضرموت وساعده على الحرب وقاتل تحته علمه وارسل الا شرحبيل ابن حسنة وقال له سكن على ما انت عليه الا وقت الذى تصل اليك العساكر فلما وصل شرحبيل ابن حسنة الا باب اليمامة علم مسيلمة ان المسلمين ما بقت ترجع عنه وتتوجه اليه قوم بعد قوم فاذا كسر قوم تاتى غيرهم وعلم انه ما يقدر عليهم صعد الا القلعة اليمامة وكانت قلعة اليمامة قلعة كبيرة فى غاية المتانة والحصانة فلما سمع ابا بكر بدخول مسيلمة الا قلعة اليمامة علم انه ما بقى يقدر يخرج منها الا موضع اخر كلما هو شرحبيل ابن حسنة على باب اليمامة وعلم ان المسلمين تتعب من شدة مقاسات العرب اكثر من مسيلمة لانهم قد ضربوا الا باب المدينة وخربو بها خراب عظيم واشغل خالد ابن وليد بحرب العرب فلما فرغ خالد من حرب العرب وقتل مالك ابن نويرة وما بقى فى العرب من المرتدين احد ظاهر من القبايل ارسل اليه ابا بكر كتاب وامره ان يسير الا اليمامة ويحارب مع مسيلمة الكذاب وشرحبيل ابن حسنة هناك مساعد لك وتابع لامرك وبعد ذلك ارسل اليك عساكر كثيرة من المدينة وارسل الا شرحبيل ابن حسنة وقال له لما يصل اليك خالد اتبع امره ولا تحارب وحدك مستقلا بلا

علمه وبعد ذالک امر المنادی ان ینادی فی المدینة کلمن یقدر علی حمل السلاح یسیر
الا نحوا خالد ابن ولید الا الیمامة لحرب مسیلمة الکذاب وقتال الاعداء الخ

Sed haec haetenus. Denique hoc reliquum est, ut viris praeclarissimis, qui in hoc libro edendo auxilio vario benigniter me adjuverunt, Sacyo, Fraehnio, Hamakero, Weyersio, Dornio, Charmoyio, Moellero, Goettlingio, Lehmanno, bibliothecae Hamburgensi praefecto, pro officiosa, qua commodis meis consuluerunt, humanitate debitas gratias agam, lectoresque benevolos orem, ut, quae in hoc opere adornando praestare potui, indulgenter accipiant. Secundo volumine prima moslemorum expeditio in Irâkam et Syriam suscepta exponetur.

Dabam Gryphisvaldiae. die XXVI. mensis aprilis. a. MDCCCXXXI.

Joan. Godofred. Ludov. Kosegarten.

Litterarum fautores
qui libri emtores se futuros professi sunt:

ab Adelung, imp. Russ. a consil. stat.
Adelung, litter. orient. stud. Petropol.
Arnoldi, profess. Marpurgens.
Beck, bibliopol. Vindobon. 3 ex.
Bibliotheca academ. Aboens.
— — reg. Berolineas.
— — academ. Bonnens.
— — academ. Charkoviens.
— — academ. Dorpatens.
— — academ. Erlangens.
— — colleg. Exetec. Oxoniens.
— — duc. Gothan.
— — academ. Gottingens.
— — reg. Hafniens.
— — academ. Halens.
— — civit. Hamburgens.
— — academ. Kasanens.
— — academ. Lipsiens.
— — societ. asiat. Londinens.
— — academ. Marpurgens.
— — academ. imp. scient. Petropol.
— — academ. Regiomont.
— — imperator. Russoc. 2 ex.
— — academ. Tubingens.
— — seminar. theol. Tubingens.
— — aul. Vindobonens.
— — academ. Vratislaviens.
Boeckel, pastor Hamburgens.
van Boekeren, bibliopol. Groningens. 2 ex.
Bogdanow, litter. orient. stud. Petropol.
von Bohlen, profess. Regiomont.
Boisen, philos. doct. Danus.
Bopp, profess. Berolinensis.
Borntraeger, bibliopol. Regiomont.
Bottianow, imp. Russ. a legat. Constantinop.
Calmberg, profess. Hamburgens.
de Charmoy, profess. Petropol.
Chodschko, litter. orient. stud. Petropol.
Clarisse, profess. Groningens.
Clarisse, profess. Lugdunens.
de Demange, profess. Petropol.
Engelhardt, profess. Erlangens.
Erdmann, profess. Kasanens.
Forshall, bibliothecar. Londinens.
Gesenius, profess. Halensis.
Gurlitt, profess. Hamburgens.
Gutt, litter. orient. stud. Petropol.
Gyldendal, bibliopol. Hafniens.
Hahn, profess. Lipsiens.
Hamaker, profess. Lugdunens.
Hartmann, profess. Rostochiens.
Henzi, profess. Dorpatens.
Hoffmann, profess. Jenens.
Howell et Stewart, bibliop. Lond. 6 ex.
a Humelauer, imp. Austr. a legat. Petrop.
a Jasykow, imp. Russ. a consil. stat.
Jess, colleg. Oriel. Oxon. soc.
Johannsen, phil. doct. Holsat.
Kanngiesser, profess. Gryphisvald.
Kilian, bibliopol. Pesthens. 2 ex.

Koller et Cahlmann, bibliop. Lond. 2 ex.
Kreplin, medic. doct. Gryphisvald.
Lassen, profess. Bonnens.
Luchtmans, bibliopol. Lugdunens.
Macbride, profess. Oxoniens.
Meckel, candid. theol. Bonn.
Moeller, bibliothecar. Gothan.
Mueller, profess. Hamburgens.
Mueller, bibliop. Amstelod. 6 ex.
Neubourg, bibliop. Vratislaviens.
ab Olenin, acad. imp. art. Petrop. praes. 2 ex.
Otschkine, litter. orient. stud. Petrop.
ab Ouwarow, acad. imp. scient. Petrop. praes. 2 ex.
Pusey, profess. Oxoniens.
Reuvens, profess. Lugdunens.
de Riffé, profess. Petropol.
Roediger, profess. Halens.
a Romanzow, imp. Russ. cancell. 4 ex.
Rosen, profess. Londinens.
Rosenmüller, profess. Lipsiens.
Rueckert, profess. Erlangens.
Schubert, profess. Monachens.
Spitznagel, litter. orient. stud. Petrop.
Stenzler, philos. doct. Pomeran.
Steudel, profess. Tubingens.
Titoff, litter. orient. stud. Petrop.
Treuttel et Wuertz; Treuttel fil. et Richter. 12 ex.
Universitas litter. Petropol. 2 ex.
Vogel, bibliopol. Lipsiens.
Walt, doct. Cantabrig.
ab Wersilow, montib. praef. Staraja Russens.
Weyers, candid. theol. Lugdun.
Willmet, profess. Amstelod.
Wolkow, univ. litter. Petrop. cand.
Zebe, litter. orient. stud. Petropol.

ٱلْجُزْءُ ٱلْخَامِسُ

مِنْ تَأْرِيخِ ٱلْمُلُوكِ وَأَخْبَارِهِمْ وَمَوَالِيدِ ٱلرُّسُلِ وَأَنْبَائِهِمْ وَٱلْكَائِنِ ٱلَّذِى
كَانَ فِى زَمَنِ كُلِّ وَاحِدٍ مِنْهُمْ

تَأْلِيفُ

أَبِى جَعْفَرٍ مُحَمَّدِ بْنِ جَرِيرِ بْنِ يَزِيدَ ٱلطَّبَرِىِّ

رَحْمَةُ ٱللّٰهِ عَلَيْهِ

ٱلْمُجَلَّدُ ٱلْأَوَّلُ

Pars quinta

annalium regum eorumque vitarum, et natalium legatorum Dei eorumque historiarum,
atque rerum quae singulorum temporibus evenerunt.

Opus

Abu dschaferi mohammed ben dscherir ben jesid Taberistanensis
cujus misereatur Deus.

Tomus primus.

بسم الله الرحمن الرحيم

رب أنعمت فزد

ذكر الأخبار الواردة باليوم الذى توفّى فيه رسول الله صلّى الله عليه وسلّم ومبلغ سنّه يوم مات صلّى الله عليه وعلى آله وسلّم

قال أبو جعفر أمّا اليوم الذى توفّى فيه رسول الله صلّى الله عليه فلا خلاف بين أهل العلم أنّه كان يوم الاثنين من شهر ربيع الأوّل غير أنّه اختلف فى أىّ الاثنين كان موته صلّى الله عليه وسلّم فقال بعضهم فى ذلك ما حدّثت عن هشام بن محمّد السائب عن أبى مخنف قال حدّثنى الصقعب بن زهير عن فقهآء أهل الحجاز قالوا قبض رسول الله صلّى الله عليه وسلّم نصف النهار يوم الاثنين لليلتين بقيتا من ربيع الأوّل وبويع لأبى بكر يوم الاثنين فى اليوم الذى قبض فيه رسول الله وقال الواقدىّ توفّى يوم الاثنين لاثنتى عشرة ليلة خلت من شهر ربيع الأوّل ودفن من الغد نصف النهار حين زاغت الشمس وذلك يوم الثلثآء

قال أبو جعفر توفّى رسول الله وأبو بكر بالسنح وعمر حاضر، حدّثنا ابن حميد قال حدّثنا سلمة عن محمّد بن اسحق عن الزهرىّ عن سعيد بن المسيّب عن أبى هريرة قال لمّا توفّى رسول الله قام عمر بن الخطّاب فقال إنّ رجالا من المنافقين زعموا أنّ رسول الله توفّى وإنّ رسول الله والله ما مات ولكنّه ذهب الى ربّه كما ذهب موسى بن عمران فغاب عن قومه أربعين ليلة ثمّ رجع بعد أن قيل

Nomine Dei misericordis, miseratoris.

Domine, benigne fecisti; itaque perge!

Caput primum.

Fidem spondent Abu bekro.

Exponuntur res, quae eo die acciderunt, quo exstinctus est legatus Dei, cui bene dicat Deus faveatque, atque summa aetatis, quam attigerat die, quo mortuus est, legatus Dei, cui cujusque familiae bene dicat Deus faveatque.

Dicit Abu dschafer: Quod ad diem adtinet, quo exstinctus est legatus Dei, cui bene dicat Deus, nullus inter viros doctos de eo est dissensus, quod fuerit aliquis dies lunae primi mensis Rebi. Quonam vero die lunae legatus Dei, cui Deus bene dicat faveatque, mortuus sit, de eo dissentiunt. Sunt qui de hac re tradant quae audivi ex Heschâmo ben mohammed essäjib, qui ea acceperat ab Abu mochnef; hic nempe dicebat: tradidit mihi Essakab ben soheir quae audiverat ex juris consultis Hedschâsensibus, scilicet haec: obiit legatus Dei, cui bene dicat Deus faveatque, medio die lunae, et quidem binis restantibus noctibus de primo mense Rebi; atque fides sponsa est Abu bekro eodem die lunae, quo legatus Dei obierat. El wâkedi vero dicit: exstinctus est die lunae, et quidem exactis duodecim noctibus primi mensis Rebi; atque sepultus est postridie, medio die, sole jam inclinante, scilicet die martis.

Dicit Abu dschafer: mortem obiit legatus Dei absente Abu bekro, qui in loco erat, quem Essunch nuncupant, praesente vero Omaro. Tradidit autem nobis Ebn homeid, dixitque: haec nobis tradidit Salama auctore Mohammede ben ishak, qui ea acceperat ab Essohri, cui tradita erant a Saïdo ben el mosajjab, qui ea acceperat ab Abu horaira; qui dixit: Mortuo legato Dei surrexit Omar ben el chattâb, dixitque: „sunt viri impii, qui legatum Dei mortuum perhibeant; verum, per Deum, legatus Dei nequaquam mortuus est, sed ad dominum suum pariter accessit atque Musa ben amran, qui a populo quadraginta noctes abfuit, quibus exactis rediit, etsi mor-

قد مات والله لَيَرْجِعَنَّ رسولُ الله وَلَيَقْطَعَنَّ ايدى رِجَالٍ وَأَرْجُلَهُمْ يزعمون أَنَّ رسول الله مات قال وَأَقْبَلَ ابو بكر حتى نزل على باب المسجد حين بلغه الخبر وَعُمَرُ يُكَلِّمُ ٱلنَّاسَ فلم يلتفت على شى حتى دخل على رسول الله فى بيت عَايِشَةَ ورسول الله مُسَجًّى فى ناحية البيت عليه بُرْدُ حِبَرَةٍ فاقبل حتى كشف وجهه ثم اقبل عليه يقبّله ثم قال بِأَبِي أَنْتَ وَأُمِّي طِبْتَ حَيًّا وَمَيِّتًا أَمَّا ٱلْمَوْتَةُ ٱلَّتِي كَتَبَ ٱللّٰهُ عَلَيْكَ فَقَدْ ذُقْتَهَا ثُمَّ لَنْ يُصِيبَكَ بَعْدَهَا مَوْتَةٌ أَبَدًا ثم رَدَّ الثوب على وجهه وخرج وَعُمَرُ يكلم الناس فقال عَلَى رِسْلِكَ يَا عُمَرُ فَأَنْصِتْ فَأَبَى أَلَّا يَتَكَلَّمَ فلما رَآهُ ابو بكر لا يَنْصِتُ اقبل على الناس فلما سمع الناس كلامه اقبلوا عليه وتركوا عُمَرَ فحمد الله واثنى عليه ثم قال أَيُّهَا ٱلنَّاسُ إِنَّهُ من كان يَعْبُدُ محمدا فَإِنَّ محمدا قد مات ومن كان يَعْبُدُ الله فَإِنَّ الله حَيٌّ لا يموت ثم تلا هذه ٱلْآيَةَ وَمَا مُحَمَّدٌ إِلَّا رَسُولٌ قَدْ خَلَتْ مِنْ قَبْلِهِ ٱلرُّسُلُ الى آخر الاية قال فوالله لكان الناس لم يعلموا ان هذه الاية نَزَلَتْ على رسول الله حتى تلاها ابو بكر يَوْمَئِذٍ قال واخذها الناسُ من ابى بكر فَإِنَّمَا هى فى أَفْوَاهِهِمْ قال ابو هريرة قال عُمَرُ فوالله ما هو إِلَّا أَنْ سَمِعْتُ ابا بكر يتلوها فَعَقِرْتُ حتى وقعتُ الى الارض ما تَحْمِلُنِي رِجْلَايَ وعلمتُ أَنَّ رسول الله قد مات

حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدثنا جَرِيرٌ عن مُغِيرَةَ عن ابى مَعْشَرٍ زِيَادِ بن كُلَيْبٍ عن ابى أَيُّوبَ عن إِبْرَاهِيمَ قال لما قُبِضَ النبى كان ابو بكر غايبا فجاء بعد ثلاثٍ ولم يَجْتَرِئْ أَحَدٌ أَنْ يكشف عن وجهه حتى ٱرْبَدَّ بَطْنُهُ فكشف عن وجهه وَقَبَّلَ بين عينيه ثم قال بِأَبِي أَنْتَ وَأُمِّي طِبْتَ حَيًّا وَطِبْتَ مَيِّتًا ثم خرج ابو بكر فحمد الله وَأَثْنَى عليه ثم قال من كان يعبد الله فان الله حيّ لا يموت ومن كان يعبد محمدا فان محمدا قد مات ثم قَرَأَ وَمَا مُحَمَّدٌ إِلَّا رَسُولٌ قَدْ خَلَتْ مِنْ قَبْلِهِ ٱلرُّسُلُ أَفَإِنْ قُتِلَ أَوْ مَاتَ ٱنْقَلَبْتُمْ عَلَى أَعْقَابِكُمْ وَمَنْ يَنْقَلِبْ عَلَى عَقِبَيْهِ فَلَنْ يَضُرَّ ٱللّٰهَ شَيْئاً وَسَيَجْزِي ٱللّٰهُ ٱلشَّاكِرِينَ وكان عُمَرُ يقول لَمْ يَمُتْ وَيَتَوَعَّدُ الناسَ بالقتل فى ذلك فاجتمع

tuum eum dixerant. Per Deum, revertetur legatus Dei praecidetque manus pedesque eorum, qui legatum Dei exstinctum perhibent." Addit idem: mox vero eo advenit Abu bekr, portamque templi adiit, ubi nuntium accepit, declamante Omaro ad populum. Extemplo itaque Abu bekr, curata alia re nulla, ad legatum Dei properavit, qui in domo Aïschae erat; coopertus quidem ibi jacebat in latere domus, tectus veste jemenica virgata. Accessit ad eum Abu bekr, vultuque ejus retecto, osculum in eum fixit, dixitque: „Tu mihi pater materque! suavis tu sane fuisti, quum vivus, tum mortuus! Quam Deus tibi decrevit mortem, eam jam subiisti, neque mors alia te adficiet unquam." Deinde, reposita veste in vultum legati, exiit, Omarumque adiit ad homines declamantem, cui dixit: „Si tibi erit commodum, Omare, taceas!" Hic vero a declamando desistere noluit. Quem igitur neutiquam taciturum quum cognovisset Abu bekr, ipse ad homines accessit, qui simul atque Abu bekri vocem audiverunt, ad eum se converterunt, relicto Omaro. Abu bekr autem, postquam laudes gratesque Deo egit, „o homines, inquit, quicunque Mohammedem coluerit, is sciat jam Mohammedem mortuum esse; quicunque vero Deum coluerit, is sciat Deum vivum esse, neque moriturum unquam." Exinde hoc dictum sacrum recitavit: „Neque est Mohammed nisi legatus, quem jam antecesserunt legati alii;" atque reliqua ad finem dicti. Dicit idem; neque, per Deum, homines hoc dictum sacrum ad legatum Dei demissum fuisse prius cognoverunt, quam Abu bekr id illo die recitavit. Addit: ab Abu bekro itaque dictum illud acceperunt, idque in ore habuerunt. Tradit Abu horaira, Omarum dixisse: Per Deum, simul ut Abu bekrum dictum illud recitantem audivi, ita perculsus sum, ut humi prociderem, neque me sustinerent pedes; tum enim legatum Dei mortuum esse cognovi.

Tradidit nobis Ebu homeid, dixitque: tradidit nobis Dscherir quae acceperat a Mogîra, qui ea audiverat ex Abu maascher sijâd ben koleib, cui tradita erant ab Abu ejjûb, qui ea acceperat ab Ibrahimo; hic scilicet dixit: mortem obiit propheta absente Abu bekro, qui accessit tribus horis post. Neque quis vultum prophetae retegere ausus erat, donec venter ejus maculosus fieret. Abu bekr vero vultum retexit, osculumque in frontem fixit; deinde: „Tu mihi pater materque! inquit; suavis fuisti quum viveres, suavisque morte defunctus." Progressus foras exinde Abu bekr laudes gratesque Deo egit, atque dixit: „Quicunque Deum coluerit, is sciat Deum vivum esse, neque moriturum unquam; quicunque vero Mohammedem coluerit, is sciat jam Mohammedem mortuum esse." Recitavit deinde haec: „Neque est Mohammed nisi legatus, quem jam antecesserunt legati alii; an itaque vos, sive occisus fuerit, sive diem obierit, ad pristinos mores revertemini? Qui vero ad pristinos mores revertantur, nihil tamen eo detrimenti afferent Deo, qui praemia persolvet hominibus gratis." Omar enim prophetam exstinctum non esse perhibebat, mortemque iis qui aliter sentirent minitabatur. Interim Anssârii in

الأَنْصَارُ في سَقِيفَةِ بَنِي سَاعِدَةَ لِيُبَايِعُوا سَعْدَ بْنَ عُبَادَةَ فبلغ ذلك ابا بكر فَأَتَاهُمْ ومعه عُمَرُ وَأَبُو عُبَيْدَةَ بْنُ الجَرَّاحِ فقال ما هذا فقالوا مِنَّا أَمِيرٌ وَمِنْكُمْ أَمِيرٌ فقال ابو بكر مِنَّا ٱلْأُمَرَآءُ وَمِنْكُمُ ٱلْوُزَرَآءُ ثم قال ابو بكر إِنِّي قد رَضِيتُ لكم أَحَدَ هذين الرجلين عُمَرَ وابا عبيدة إِنَّ النبيّ صلى الله عليه وسلم جَآءَهُ قوم فقالوا ٱبْعَثْ مَعَنَا أَمِينًا فبعث معهم ابا عبيدة وانا أَرْضَى لكم ابا عبيدة فقام عُمَرُ فقال أَيُّكُمْ يَطِيبُ نَفْسُهُ أَنْ يُخَلِّفَ قَدَمَيْنِ قَدَّمَهُمَا رسول الله صلى الله عليه وسلم فَبَايَعَهُ عُمَرُ وبايعه الناس فقالت الانصار مِنَّا أَمِيرٌ وبعض الانصار لا نُبَايِعُ إِلَّا عَلِيًّا * حَدَّثَنَا ابن حميد قال حدثنا جرير عن مغيرة عن زياد بن كليب قال أَتَى عُمَرُ بن الخطاب مَنْزِلَ عَلِيٍّ وفيه طَلْحَةُ وَٱلزُّبَيْرُ ورجال من المهاجرين فقال والله لَأُحْرِقَنَّ عَلَيْكُمْ أَوْ لَتَخْرُجُنَّ إِلَى ٱلْبَيْعَةِ فخرج عليه الزبير مُصْلِتًا بالسيف فعثر وسقط السيف من يده فوثبوا عليه فاخذوه *

حَدَّثَنَا زَكَرِيَّآءُ بْنُ يَحْيَى الضَّرِيرُ قال حدثنا ابو عَوَانَةَ قال حدثنا دَاوُدُ بْنُ عَبْدِ اللهِ ٱلْأَوْدِيُّ عن حُمَيْد بن عبد الرحمن ٱلْحِمْيَرِيِّ قال تُوُفِّيَ رسول الله وابو بكر في طايفة من المدينة فجآء وكشف الثوب عن وجهه وَقَبَّلَهُ وقال فَدَاكَ أَبِي وَأُمِّي مَا أَطْيَبَكَ حَيًّا وَمَيِّتًا مات محمد وَرَبِّ الكعبة قال ثم انطلق الى المنبر فوجد عُمَرَ قايمًا يُوعِدُ الناس ويقول إِنَّ رسول الله حَيٌّ لَمْ يَمُتْ وَإِنَّهُ خارج الى من أَرْجَفَ بِهِ وقاطع ايديهم وضارب اعناقهم وصالبهم قال فتكلم ابو بكر وقال إِنَّ الله قال لِنَبِيِّهِ إِنَّكَ مَيِّتٌ وَإِنَّهُمْ مَيِّتُونَ ثم انكم يوم ٱلْقِيَمَةِ عند رَبِّكم تختصمون وقال وما محمد الا رسول قد خَلَتْ من قبله الرسل أَفَإِنْ مات او قتل انقلبتم على اعقابكم حتى خَتَمَ ٱلْآيَةَ فمن كان يعبد محمدا فقد مات إِلَهُهُ الذي كان يعبد ومن كان يعبد الله فإِنَّ الله حَيٌّ لا يموت قال فَحَلَفَ رِجَالٌ ادركناهم من اصحاب محمد ما عَلِمْنَا أَنَّ هاتين الايتين نزلتا حتى قرأها

atrium Saëditarum convenerunt, ut Saado ben obâde fidem sponderent. Quo cognito Abu bekr cum Omare et Abu obeida ben el dscherrâch ad eos accessit, dixitque: quid hoc est? Responderunt: „Ex nobis eligatur princeps, atque ex vobis princeps alius." Tum Abu bekr: „Ex nobis, inquit, eligantur principes, ex vobis vero consiliarii." Addiditque: „Permitto vobis, ut alterum horum virorum eligatis, Omarum scilicet, vel Abu obeidam. Propheta enim, cui bene dicat Deus faveatque, quum quidam homines ei dixissent: virum fidum nobiscum mitte, adjunxit iis Abu obeidam; quam ob rem Abu obeidam vobis permitto." Sed Omar surrexit, et: „Quinam vestrum, inquit, gratum habebit, quod a binis ducibus desciscat, quos legatus Dei, cui bene dicat Deus faveatque, ipse nobis praefecit?" Tum Abu bekro fidem spopendit Omar, fidemque ei spoponderunt homines multi. Anssarii vero dietitabant: „ex nobis eligatur princeps;" atque nonnulli eorum: „fidem non spondebimus nisi Alio." Tradidit autem nobis Ebn homeid, dixitque: tradidit nobis Dscherir quae acceperat a Mogira, qui ea audiverat ex Sijâd ben kolcib; hic scilicet dixit: contendit Omar ben el chattâb ad domum Alii, qua convenerant Talcha, et Essobeir, virique alii ex Mohâdscheris. Quibus Omar: „Per Deum, inquit, ignem vobis injiciam, nisi ad spondendam fidem properetis!" Essobeir vero eum gladio destricto obviam ei occurrit; sed pedem offendit, exciditque de manu gladius; quo cognito assilientes illi eum comprehenderunt.

Tradidit nobis Sekerijja ben jachja eddarir, dixitque: tradidit nobis Abu owâna, dixitque: narravit nobis Dawud ben abd alla el audi quae acceperat ab Hamido ben abd errachman Himjarita, qui dixit: quum legatus Dei animam exspiraret, Abu bekr quodam El medinae loco erat; mox autem accessit, et, veste de vultu prophetae detecta, osculum in eum fixit, atque ita locutus est: „Devoveantur pro te pater meus materque! Quam suavis fuisti quum vivus, tum mortuus! jam enim mortem, per dominum Kaabae, obiit Mohammed." Deinde ad suggestum perrexit, ubi Omarum invenit stantem hominibusque minitantem; dicebat enim: „vivit legatus Dei, neque mortuus est; atque eos petet, qui mendacia de eo spargunt, manusque iis praecidet, colla secabit, cruciqne eos figet." Tum vero Abu bekr his verbis exorsus est: „Dixit Deus prophetae suo: tu mortem obibis, iique mortem quoque obibunt; deinde autem, resurrectionis scilicet die, coram Domino vestro litigabitis." Adjecit exinde haec: „Neque est Mohammed nisi legatus, quem jam antecesserunt legati alii; an itaque vos, sive occisus fuerit, sive diem obierit, ad pristinos mores revertemini?" et reliqua ad finem versiculi. Porro haec: „quicunque Mohammedem coluerit, is sciat deum suum, quem coleret, mortuum esse; quicunque vero Deum coluerit, is sciat Deum vivum esse, neque moriturum unquam." Ait narrator: aliquot, quos coram spectavi, Mohammedis familiares addito jure jurando mihi dixerunt: neque binos hos versiculos a Deo demissos fuisse prius comperimus, quam

ابو بكر يوميذ اذ جآء رجل يسعى فقال هاتيك الانصار حين اجتمعت فى ظُلّة بَنِى سَاعِدَةَ يبايعون رجلا منهم يقولون مِنّا امير ومن قريش امير قال فانطلق ابو بكر وعمر يتقاودان حتى أَتَوَاهُمْ فاراد عُمَرُ ان يتكلم فنهاه ابو بكر فلم يترك شيا نزل فى الانصار ولا شيا ذكره رسول الله من شانهم إلّا وذكره وقال لَقَدْ عَلِمْتُمْ أَنَّ رسول الله قال لَوْ سَلَكَ النّاسُ وَادِيًا وسَلَكَتِ الانصارُ وَادِيًا سَلَكْتُ وَادِىَ الانصارِ ولقد عَلِمْتَ يَا سَعْدُ أَنَّ رسول الله قال وَأَنْتَ قَاعِدٌ قُرَيْشٌ وُلَاةُ هذا الامر فَبَرُّ النّاس تَبِعَ لِبَرِّهِمْ وفاجرهم تَبِعَ لفاجرهم قال فقال سَعْدٌ صَدَقْتَ فَنَحْنُ الوزراء وانتم الامراء قال فقال عُمَرُ آبْسُطْ يَدَكَ لِأُبَايِعَكَ قال فقال ابو بكر بَلْ أَنْتَ يَا عُمَرُ فَأَنْتَ أَقْوَى لَهَا مِنّي وكان عمر أَشَدَّ الرجلين قال وكان كُلُّ واحد منهما يفتح يده يضرب عليها ففتح عمر يد ابى بكر وقال إِنَّ لَكَ قُوَّتِى مَعَ قُوَّتِكَ قال فبايع الناس واستثبتوا للبيعة وَتَخَلَّفَ عَلِيٌّ وَالزُّبَيْرُ واخترط الزبير سيفه وقال لا أُغْمِدُهُ حتى يُبَايَعَ عَلِيٌّ فبلغ ذلك ابا بكر وَعُمَرَ قال فقال عُمَرُ خذوا سيف الزبير فَاضْرِبُوا به آلْحَجَرَ قال فانطلق اليهم عُمَرُ فجاء بهما تَعَبًا وقال لَتُبَايِعَانِ وَأَنْتُمَا كَارِهَانِ فَبَايَعَا

حَدِيثُ آلسَّقِيفَةِ ❁ حَدَّثَنِي عَلِيُّ بْنُ مُسْلِمٍ قال حدثنا عَبَّادُ بن عَبَّادٍ قال حدثنا عَبَّادُ بن رَاشِدٍ حدثنا عن الزُّهْرِيِّ عن عُبَيْدِ آللّٰه بن عبد الله بن عُتْبَةَ عن آبْنِ عَبَّاسٍ قال كُنْتُ أُقْرِئُ عَبْدَ الرحمن بنَ عَوْفٍ آلْقُرْآنَ قال فَحَجَّ عُمَرُ وحججنا معه قال فَإِنِّي لَفِى منزل بِمِنًى اذ جَآءَنِى عبد الرحمن فقال شَهِدتُّ امير المومنين اليوم فقام اليه رجل فقال إِنّي سمعت فلانا يقول لو قد مات امير المومنين لقد بَايَعْتُ فلانا قال فقال امير المومنين إِنِّي لَقَائِمٌ آلْعَشِيَّةَ فى الناس فَمُحَذِّرُهُمْ هولاء الرَّهْطَ الذين يريدون أَنْ يغتصبوا الناس امرهم قال فقلت يا اميرَ المومنين إِنَّ آلْمَوْسِمَ جَمَعَ رَعَاعَ الناسِ وَغَوْغَاءَهُمْ وانهم الذين يُغْلِبُون على مجلسك وَإِنِّي خَائِفٌ إِنْ قُلْتَ اليوم مَقَالَةً أَلَّا يَعُوهَا ولا يحفظوها ولا يَضَعُوهَا مَوَاضِعَهَا وأَنْ يطيروا بها كُلَّ مُطَيَّرٍ ولكن آمْهِلْ حتى تَقْدَمَ المدينة فَتَقْدَمَ دار الهجرة وَآلسُّنَّةِ وتخلص باصحاب رسول الله من المهاجرين

Abu bekr illo die eos recitasset. Tum vir quidam accurrens: Adi, inquit, Anssarios, qui in cubili Saëditarum convenerunt, ut viro alicui ex ipsis electo fidem spondeant; dictitant enim: ex nobis eligatur princeps, exque Koreischitis princeps alius. Quibus cognitis Abu bekr atque Omar ad Anssarios certatim contenderunt; ad quos verba facere voluit Omar. Sed vetuit eum Abu bekr; atque quaecunque de rebus Anssariorum a Deo renuntiata, a legato Dei vero haud commemorata essent, ipse commemoravit omnia. Itaque: „Probe scitis, inquit, dixisse legatum Dei: quod si homines per aliquam vallem incederent, soli vero Anssarii per vallem aliam incederent, ego quoque incederem per vallem Anssariorum. Atque tu, o Saade, probe scis, dixisse legatum Dei, quum adsedisses: Koreischitae adeo huic rei praefecti sunt, ut homines probi probos Koreischitos sequantur, atque nefarii Koreischitas nefarios." Ad quae respondit Saad: recte dixisti; itaque nos consiliarii simus, principesque sitis vos. Tum vero Omar: explica, inquit, manum, ut fidem tibi spondeam. Respondit autem Abu bekr: minime vero; tu contra id facias, Omare; quippe tu ejus potentior es quam ego. Vi enim praevalebat Omar. Uterque itaque manum, ut eam explicaret, percussit; explicuitque manum Abu bekri Omar, dixitque: tibi profecto est vis mea cum tua conjuncta. Tum Abu bekro fidem spoponderunt homines cunctanter, reluctantibus tamen Alio et Essobeiro; hic enim gladio destricto clamabat: in vaginam eum non recondam, nisi fides sponsa fuerit Alio. Quae quum ad Abu bekrum et Omarum perlata essent, Omar: arripite, inquit, gladium Essobeiri, lapidesque eo cudite! Perrexit autem ad illos Omar, et utrumque adduxit multo labore, ac dixit: fidem profecto spondetis etsi inviti. Itaque fidem uterque spopondit.

Res in atrio gestae. Tradidit mihi Ali ben moslem dixitque: tradidit nobis Abbâd ben abbâd qui dixit: tradidit nobis Abbâd ben rasched, quae acceperat ab Essohrio, cui tradita fuerant ab Obeid alla ben abd alla ben otba, qui ea audiverat ex Ebn abbâso. Hic nempe dixit: quum Abd errachmanum ben auf ad legendum Korannm instituerem, una cum Omaro iter sacrum fecimus. Me vero in quadam oppidi Minae domo commorantem adiit Abd errachman, atque: quum apud principem fidelium, inquit, hodie praesens adessem, vir quidam ad eum venit, atque dixit: virum quendam audivi, qui haec verba dictitaret: quod si princeps fidelium mortem obiret, viro cuidam statim fidem sponderem. Ad quae princeps fidelium respondit: primo vespere ad populum contendam, eumque monebo ut istos viros caveat, qui suas partes homines sectari volunt. Tum ego: o fidelium princeps, his nundinis homunculi abjecti turbaque confusa confluxerunt, qui in consessu tuo declament; quam ob rem vereor ut, si orationem hodie facias, eam audiant et retineant cordique habeant, timeoque ne quam citissime plane eam abjiciant. Differ igitur rem ad tempus, quo El medinam venerimus, prophetae et traditionis sacrae asylum, quo cum Mohadscheris et Anssariis, legati Dei familiaribus, tibi erit consuetudo.

والانصار فتقول ما قلت مُتَمَكِّنًا فَيَعُوا مقالتك ويضعوها على موضعها فقال والله لاقوم بها فى اوّل مقامٍ اقومه بالمدينة قال فلما قدمْنَا المدينة وجآء يوم الجمعة فَجَّرْتُ للحديث الذى حدّثنيه عبد الرحمن فوجدت سَعِيدَ بْنَ زَيْدٍ قد سبقنى بالتهجير فجلست الى جنبه عند المنبر ركبتى الى ركبته فلما زالت الشمس لم يلبث عمر ان خرج فقلت لسعيد وهو مقبل لَيَقُولَنَّ امير المومنين اليوم على هذا المنبر مقالة لم يقل قبله فغضب وقال أَىَّ مَقَالَةٍ يقول لم يقل قبله

فلما جلس على المنبر أَذَّنَ ٱلْمُؤَذِّنُ فلما قضى ٱلْمُؤَذِّنُ أَذَانَهُ قام عمر فحمد الله واثنى عليه وقال أَمَّا بَعْدُ فَإِنِّى اريد ان اقول مقالة قُدِّرَ أَنْ اقولها مَنْ وعاها وَعَقَلَهَا وحفظها فَلْيُحَدِّثْ حيث تنتهى به راحلتُهُ ومَن لا يَعِيها فَإِنِّى لا أُحِلُّ لاحد ان يكذب على الله بعث محمدا بالحق وانزل عليه الكتاب وكانَ فيما انزل عليه آية الرجم فرجم رسول الله ورجمنا بعده وإِنِّى قد خشيت ان يطول بالناس زمان فيقول قايل والله ما نَجِدُ الرجم فى كتاب الله فَيَضِلُّوا بِتَرْكِ فَرِيضَةٍ انزلها الله وقد كُنَّا نقول لا تَرْغَبُوا عن ابايكم فانه كفر بكم ان تَرْغَبُوا عن ابايكم ثُمَّ إِنَّهُ بَلَغَنِى أَنَّ قايلا منكم يقول لو قد مات امير المومنين بايعت فلانا فَلا يَغُرَّنَّ آمْرَأً أَنْ يَقُولَ ان بيعة ابى بكر كانت فَلْتَةً فقد كانت كذلك غَيْرَ أَنَّ اللهَ وَقَى شَرَّهَا وليس منكم من يقطع اليه الاعناق مثل ابى بكر وانه كان خيرنا حين تَوَفَّى اللهُ نَبِيَّهُ إِنَّ عَلِيًّا والزبير ومن معهما تخلّف عنه فى بيت فاطمة وتخلّفت عَنَّا الانصار بِأَسْرِهَا واجتمع المهاجرون الى ابى بكر فقلتُ لابى بكر آنْطَلِقْ بِنَا الى اخواننا هولا من الانصار فانطلقنا نَوُمُّهُمْ فَلَقِيَنَا رجلان صالحان قد شَهِدَا بَدْرًا فقالا اين تريدون يا معشر المهاجرين قلنا نريد اخواننا هَوُلآء من الانصار قالا فَٱرْجِعُوا فَٱقْضُوا امركم بينكم فقلنا والله لَنَأْتِيَنَّهُمْ قال فاتيناهم وهم مجتمعون فى سقيفة بنى ساعدة قال واذا بَيْنَ أَظْهُرِهِمْ رَجُلٌ مُزَمَّلٌ قال قلت من هذا قالوا سَعْدُ بْنُ عُبَادَةَ قال قلت

Ibi enim quae dices, dices potenter audientque orationem tuam, cordique eam habebunt. Quae dicenti mihi respondit: primo, per Deum, quem El medinae conveniam coetu orationem hanc habebo. Quum itaque El medinam venissemus, die veneris bene mane ad precationem festinavi, propter ea quae ab Abd errachmano acceperam, ibique Saidum ben seid inveni, qui jam ante me ad precationem adierat; apud quem prope a suggestu ita adsedi, ut ejus genu meum tangeret. Omar vero, simul atque sol inclinavit, nil cunctatus in medium prodiit; quo accedente Saido dixi: orationem in hoc suggestu hodie princeps fidelium faciet, quam non fecit antea. Quibus subirascens ille respondit: quamnam princeps orationem faceret, quam non fecerit antea?

Omar quum in suggestu consedisset, precationem promulgavit praeco, absolutoque praeconio surrexit Omar, et laudes gratesque Deo egit, dixitque: „Deinde vero sciatis, mihi in animo esse orationem habere, quam ut habeam a Deo decretum sit. Quicunque igitur eam audiverit, atque perceperit memoriaeque mandaverit, eam divulget quocunque eum ferat jumentum; quicunque vero eam non audiat, is sciat, nemini per me licitum futurum, mendacia contra Deum effundere, qui Mohammedem, doctrinam veram secum habentem, ad nos legavit, librumque sacrum in eum demisit. Fuit autem ex iis, quae in eum demisit, etiam dictum misericordiae; quam ob rem misericordiam adhibuit legatus Dei, atque eo exstincto misericordiam adhibuimus etiam nos. Sed jam vereor, ne labente tempore aliquis exsistat, qui dicat: „misericordiam, per Deum, in libro Dei non reperimus;“ neque mox culpam contrahatis deserto, quod Deus injunxerit, officio. Etsi quidem jam dixerimus: a majoribus nolite desciscere; impie enim facietis, si a majoribus desciscatis. Porro vero certior factus sum, virum quendam ex vobis dixisse: quodsi princeps fidelium mortem obiret, viro cuidam statim fidem sponderem. Sed ne quis eo decipiatur, quod dicat, sponsionem eam, qua se obstrinxerint Abu bekro, fuisse tumultuariam. Tumultuaria quidem fuit; verum Deus quod inde mali provenire potuisset avertit. Neque quis inter vos exstat, cui quemadmodum Abu bekro se submittant homines; hic enim, postquam Deus prophetam suum abstulerat, praestantissimus nostrum erat. At Ali tamen et Essobeir eorumque familiares, qui in domum Fatimae convenerant, ab illo desciverunt, desciveruntque a nobis Anssarii omnes. Mohadscheri autem quum Abu bekrum convenerint, huic dixi: ad fratres illos nostros, scilicet Anssarios, nobiscum perge. Itaque recta via ad illos contendimus; atque ob viam nobis sese tulerunt bini viri probi, qui proelio ad Bedrum interfuerant. Qui: quo, inquiunt, tenditis, o coetus Mohadscherorum? Diximus: ad fratres illos nostros, scilicet Anssarios, pergimus. Tum illi: retro redite, negotiumque decidite inter vos. Nos vero: illos, per Deum, conveniemus. Invenimus igitur Anssarios in atrium Saëditarum congregatos, atque in medio eorum positum conspeximus virum quendam vestibus involutum. Tum ego: quinam hic est? Responderunt:

مَا شَأْنُهُ قالوا رَجَعَ فقام رجل منهم فحمد الله وقال أَمَّا بَعْدُ فنحن الانصار وكتيبة الاسلام وانتم يا معشر قريش رَهْطُ نَبِيِّنَا وقد دفّت الينا من قومكم دافّة قال فلما رايتهم يريدون يختزلونا من اصلنا ويغصبونا الامر وقد كنت زَوَّرْتُ فى نفسى مقالةً أُقَدِّمُهَا بين يدى ابى بكر وكنت أُدَارِئُ منه بعض الحدّ وكان اوقر منّى واحلم فلما اردت ان اتكلم قال عَلَى رِسْلِكَ وكرهْتُ أَنْ أُغْضِبَهُ فقام فحمد الله واثنى عليه فما ترك شيا كنت زَوَّرْتُ فى نفسى ان اتكلم به لو قد تكلمت الّا جآء به او بِأَحْسَنَ مِنْهُ وقال أَمَّا بَعْدُ يا معشر الانصار فانكم لا تذكرون منكم فضلا الا وانتم له أَهْلٌ وَإِنَّ ٱلْعَرَبَ لا تَعْرِفُ هذا الامر الا لهذا الحىّ من قريش هم اوسط دارا ونسبا وَإِنِّي قد رضيت لكم احد هذين الرجلين فَبَايِعُوا أَيَّهُمَا شئتم واخذ بيدى وبيد أَبِي عُبَيْدَةَ بْنِ ٱلْجَرَّاحِ وَإِنِّي والله ما كرهت من كلامه شيا غير هذه الكلمة ان كنت أُقَدَّمُ فَتُضْرَبَ عُنُقِي فيما لا يقلبنى الى اثم أَحَبُّ إِلَيَّ مِنْ أَنْ أُؤَمَّرَ على قوم فيهم ابو بكر فلما قضى ابو بكر كلامه قام منهم رجل فقال أَنَا جُذَيْلُهَا ٱلْمُحَكَّكُ وَعُذَيْقُهَا ٱلْمُرَجَّبُ منا امير ومنكم امير يا معشر قريش قال فارتفعت الاصوات وَكَثُرَ ٱللَّغَطُ فلما اشفقت الاختلاف قلت لابى بكر ٱبْسُطْ يَدَكَ فَلْأُبَايِعْكَ فبسط يده فبايعته وبايعه المهاجرون وبايعه الانصار ثم نَزَوْنَا عَلَى سَعْدٍ حتى قال قايلهم قتلتم سعدا فقلت قتل الله سعدا وَإِنَّا والله ما وجدنا أَمْرًا هُوَ أَقْوَى من مبايعة ابى بكر خشينا إِنْ فارقنا القوم ولم يكن بيعة أَنْ يُحْدِثُوا بعدنا بَيْعَةً فَإِمَّا أَنْ نتابعهم على ما لا نَرْضَى او نُخَالِفَهُمْ فيكون فساد

حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدثنا سَلَمَةُ عن مُحَمَّدِ بْنِ إِسْحٰقَ عن ٱلزُّهْرِيِّ عن عُرْوَةَ بْنِ ٱلزُّبَيْرِ قال إِنَّ احد الرجلين اللذين لقوا الانصار حين ذهبوا الى السقيفة عُوَيْمُ بْنُ سَاعِدَةَ والآخر مَعْنُ بْنُ عَدِيٍّ اخو بنى ٱلْعَجْلَانِ فامّا عويم بن ساعدة فهو الذى بلغنا انّه قيل لرسول الله مَنِ ٱلَّذِينَ قال لهم فِيهِ رِجَالٌ يُحِبُّونَ أَنْ يَتَطَهَّرُوا وَٱللَّهُ يُحِبُّ ٱلْمُتَطَهِّرِينَ فقال رسول الله

est Saad ben obâde. Ego vero: quid agit? Atquo illi: convalescit. Tum homo quidam ex iis surrexit, laudibusque Deo actis dixit: „Deinde vero sciatis, nos esse Anssarios, islamismi propugnatores, atque vos, o Koreischitarum coetus, esse gentem prophetae nostri. Jam vero quaedam cohors ex gente vestra nos petit." Ego autem quum cognoverim, illis in animo esse, nos de statu dejicere imperiumque nobis eripere, orationem mente conceperam, quam praesente Abu bekro praemitterem; aliquas laudes enim captabam ab eo tributas, qui me venerabilior et sapientior erat. Sed quum in eo essem, ut dicere vellem, ille mihi dixit: „cum pace tua;" neque ei aegre facere volui. Surrexit itaque Abu bekr, ac, laudibus gratibusque Deo actis, quaecunque antea mente conceperam a me dicenda, si modo dicerem, ea ipse exposuit omnia vel etiam meliora. Ita enim locutus est: „O Anssariorum coetus, quamcunque gloriam ad vos vindicetis, ea profecto digni estis; neque Arabes ulli hanc rem decernunt, nisi huic tribui Koreischitarum, quorum regio quorumque origo in ipso medio populo sitae sunt. Quam ob rem vobis permitto, ut alterum horum virorum eligatis; utrum velitis, ei fidem spondete." Quibus dictis manu me prehendit atque Abu obeidam ben el dscherrach. Verum, per Deum, nil nisi solum hoc ex ejus oratione mihi displicuit; quin, quod adducto mihi collum praeciderctur propter aliquam rem, quae mihi crimen non adferret, id magis gratum habuissem, quam genti me praefici, ex qua esset Abu bekr. Oratione Abu bekri vero absoluta, ex illis surrexit quidam vir, dixitque: „Ego inter illos sum truncus fricatus, palmaque circumsepta. Ex nobis eligatur princeps, atque ex vobis, o Koreischitarum coetus, princeps alius." Tum vero increverunt clamores, auctusque est strepitus. Quam ob rem discordiam metuens, Abu bekro dixi: porrige manum, ut fidem tibi spondeam. Itaque manum porrexit, fidemque ei spopondi, spoponderuntque et Mohadscheri et Anssarii. Tum inter tumultum Saadum prementibus nobis quidam illorum dixit: Saadum perimetis! cui ego: „Saadum perimat Deus!" Neque nos, per Deum, aliquid videbamus, quod tutius esset, quam ut fides sponderetur Abu bekro; metuebamus enim, ne si homines illi a nobis deciscerent nulla sponsione facta, postea nobis relictis alicui viro sponderent; quo facto nobis invitis aut assentiendum esset illis, aut reluctandum, quo utroque aliquid detrimenti adferretur.

Tradidit nobis Ebn hamid dixitque: tradidit nobis Salama quae acceperat a Mohammede ben ishak, qui ea audiverat ex Essohrio, cui tradita erant ab Urwa ben essobeir, qui dixit: virorum illorum, in quos inciderunt Anssarii quum ad atrium contenderent, alter fuit Oweim ben saëda, alter vero Maan ben adi frater quidam Adschlanitarum. Quod ad Oweimum ben saëda adtinet, viros quosdam audivimus aliquando legato Dei dixisse: „quinam sunt illi, quibus dicta fuerunt haec: ex iis viri sunt, qui se purgari amant, atque purgatos amat Deus;" tum vero legatum Dei respondisse: „o virum praeclarum! ex iis est Oweim ben saëda." Quod autem

نِعْمَ ٱلْمَرْءُ منهم عويم بن ساعدة واما معن فبلغنا ان الناس بكوا على رسول الله حين تَوَفَّاهُ الله وقالوا والله لَوَدِدْنَا أَنَّا مُتْنَا قبله إِنَّا نخشى أَنْ نفتتن بعده فقال معن بن عدىّ والله ما أُحِبُّ أَنِّي مُتُّ قبله حتى أُصَدِّقَهُ ميتا كما صدّقته حيًّا فقُتِلَ معن يوم اليمامة شهيدا فى خلافة ابى بكر يومَ مُسَيْلِمَةَ ٱلْكَذَّابِ

حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللّٰهِ بْنُ سَعْدٍ ٱلزُّهْرِيُّ قال اخبرنى عَمِّى يعقوب بن ابراهيم قال اخبرنى سَيْفُ بْنُ عُمَرَ عن الوليد بن عبد الله بن أَبِى ٱلْبَجْلِيِّ قال حدثنا الوليد بن جُمَيْعٍ ٱلزُّهْرِيُّ قال قال عَمْرُو بْنُ حُرَيْثٍ لسعيد بن زيد أَشَهِدْتَ وَفَاةَ رسول الله قال نَعَمْ قال فمتى بُويِعَ ابو بكر قال يَوْمَ مَاتَ رسول الله كرهوا أَنْ يَبْقَوْا بعض يوم وليسوا فى جماعة قال فخالف عليه احد قال لا الا مُرْتَدٌّ او كاد أَنْ يَرْتَدَّ لو لا أَنَّ الله تعالى يُنْقِذُهُمْ من الانصار قال فهل قعد احد من المهاجرين قال لا تَتَابَعَ المهاجرون على بيعته من غير ان يدعوهم ✿

حَدَّثَنَا عبيد الله بن سعد قال اخبرنى عمى قال اخبرنى سَيْفٌ عن عَبْدِ ٱلْعَزِيزِ بْنِ سِيَاهٍ عن حَبِيبِ بن ابى ثابت قال كان عَلِيٌّ فى بيته اذ أُتِيَ فقيل له قد جَلَسَ ابو بكر فخرج فى قميص ما عليه إِزَارٌ ولا رِدَآءٌ عجلا كَرَاهِيَةَ أَنْ يُبْطِئَ عنها حتى بايعه وبعث الى ثوبه فاتاه فتَجَلَّلَهُ ولزم مجلسه

حدثنى أَبُو صُلَيْحٍ ٱلضِّرَارِيُّ قال حدثنا عَبْدُ ٱلرَّزَّاقِ بن هَمَّامٍ عن مَعْمَرٍ عن ٱلزُّهْرِيِّ عن عُرْوَةَ عن عَائِشَةَ أَنَّ فَاطِمَةَ وَٱلْعَبَّاسَ أَتَيَا ابا بكر يطلبان ميراثهما من رسول الله وهما حينئذ يطلبان أَرْضَهُ مِنْ فَدَكَ وَسَهْمَهُ من خَيْبَرَ فقال لهما ابو بكر إِنِّي سمعت رسول الله يقول لا نُورَثُ ما تركنا فهو صَدَقَةٌ انما ياكل آل محمد فى هذا المال وَإِنِّي والله لا أَدَعُ أَمْرًا رَأَيْتُ رسول الله يصنعه الا صَنَعْتُهُ قال فهجرته فاطمة فلم تكلمه فى ذلك حتى ماتت فدفنها عَلِيٌّ لَيْلًا ولم يُؤْذِنْ بها ابا بكر فكان لِعَلِيٍّ وَجْهٌ من الناس حَيَاةَ فاطمة فلما تُوُفِّيَتْ فاطمة انصرفت وجوه الناس عن

ad Maanum adtinet, homines audivimus deflevisse legatum Dei, quum eum Deus abstulisset, atque dixisse: „mallemus, per Deum, ante eum nos mortem obiisse; veremur enim, ne eo exstincto ad res novas tentemur;“ tum vero Maanum ben adi respondisse: „at ego tamen ante eum me diem obiisse nollem, idque eam ob causam, ut ei mortuo fidem praestare possim, quemadmodum fidem praestiti vivo.“ Periit hicce Maan martyr pro fide in proelio Jemamensi, quo, imperium tenente Abu bekro, Moseilama impostor oppressus est.

Tradidit nobis Obeid alla ben saad essehri dixitque: narravit mihi patruus, scilicet Jakub ben ibrahim dixitque: narravit mihi Seif ben omar quae acceperat ab El walid ben abd alla ben abil bedschli, qui dixit: tradidit nobis El walid ben dschemi essohri dixitque: aliquando Amr ben horeith dixit Saido ben seid: adfuistine obitui legati Dei? Respondit: adfui. Tum ille: quando vero fides sponsa est Abu bekro? Respondit: ipso eo die quo mortem obiit legatus Dei; nolebant enim diem transigere in coetum non congregati. Tum ille: an quis contra eum conjuravit? Respondit: nemo quisquam, nisi qui esset apostata, vel qui in eo esset, ut apostata fieret, nisi Deus, qui celebretur laudibus, ab Anssariis eos liberaret. Atque ille: an tale quid contra eum molitus est aliquis Mohadscherorum? Respondit: nemo quisquam; pacti enim sunt inter se Mohadscheri, ut fidem ei sponderent, ne provocante quidem illo. Tradidit nobis obeid alla ben saad, dixitque: narravit mihi patruus dixitque: narravit mihi Seif quae acceperat ab Abd el asis ben sijât, qui ea audiverat ex Habib ben abi thabet, qui dixit: ad Alium in domo sua commorantem quidam vir accessit, nuntiavitque summam imperii ad Abu bekrum delatam esse. Quo cognito Ali festinabundus et solo indusio cidarique indutus domo exiit, relicta tunica ac pallio, ne forte sero accederet. Neque, nisi postquam fidem illi spopondit, vestem adferri jussit; quae cum adlata esset, ea amictus est, atque coetui Abu bekri praesens interfuit.

Tradidit mihi Abu saleh eddirâri dixitque: tradidit nobis Abd erressâk ben hemmâm quae acceperat a Moammaro, qui ea audiverat ex Essohrio, cui tradita erant ab Urwa, qui ea audiverat ex Aïscha, scilicet haec: Abu bekrum adierunt Fatima et El abbâs, atque hereditatem ex bonis legati Dei sibi obtingentem quaesiverunt; sibi poposcerunt nempe fundum legati Dei in oppido Fedek situm, itemque sortem ex urbe Chaibar ei debitam. At Abu bekr illis respondit: „quin ego legatum Dei haec verba dicentem audivi: heredes non instituimus; quaecunque relinquimus, ea sunt pia dona; neque quis, nisi familia Mohammedis, his bonis vescatur. Quodcunque vero a legato Dei factum viderim, id, per Deum, ipse quoque faciam ego.“ Tum ab Abu bekro discessit Fatima, neque unquam postea hanc rem ad eum detulit; mortuam eam noctu sepelivit Ali, neque de ejus obitu certiorem fecit Abu bekrum. Auctoritate enim apud populum valuit Ali viva Fatima; qua exstincta homines ab eo abalienati sunt; vixit vero

عَلِيّ فمكثت فاطمة سِتَّةَ أَشْهُرٍ بعد رسول الله صلى الله عليه ثم توفيت قال مَعْمَرٌ
فقال رجل للزهرى أَفَلَمْ تبايعه على ستة اشهر قال لا ولا احدٌ من بنى هَاشِمٍ حتى
بايعه عَلِيٌّ فلما راى عَلِيٌّ انصراف وجوه الناس عنه ضرع الى مصالحة ابى بكر فارسل
الى ابى بكر ان ٱيْتِنَا ولا تَأْتِنَا معك بِأَحَدٍ وكره ان ياتيه عُمَرُ لِمَا علم من
شدة عُمَرَ فقال عمر لا تَأْتِهِمْ وَحْدَكَ فقال والله لَآتِيَنَّهُمْ وَحْدِى وما عسى ان يصنعوا
بى قال فانطلق ابو بكر فدخل على عَلِيّ وقد جمع بنى هاشم عنده فقام عَلِيٌّ فحمد
الله واثنى عليه بما هو اهله ثم قال أَمَّا بَعْدُ فَإِنَّهُ لم يمنعنا مِنْ أَنْ نبايعك يا ابا
بكر إِنْكَارٌ لفضيلتك ولا نَفَاسَةٌ عليك بخير ساقه الله اليك وَلٰكِنَّا كُنَّا نَرَى
أَنَّ لنا فى هذا الامر حَقًّا فاستبددتم به علينا ثم ذكر قَرَابَتَهُ من رسول الله
وحقهم فلم يزل عَلِيٌّ يقول ذلك حتى بكى ابو بكر فلما صمت عَلِيٌّ تكلم
ابو بكر فحمد الله واثنى عليه بما هو اهله ثم قال أَمَّا بَعْدُ فوالله لقرابة رسول
الله أَحَبُّ إِلَىَّ أَنْ أَصِلَ من قرابتى وَإِنِّى والله ما الوت من هذه الاموال التى كانت
بينى وبينكم عن الخير ولكنى سمعت رسول الله يقول لا نُوَرَّثُ مَا تَرَكْنَا
صَدَقَةٌ انما ياكل آل محمد فى هذا المال وَإِنِّى والله لا اذكر امرا صنعه محمد رسول
الله الا صنعته ثم قال عَلِيٌّ موعدك ٱلْعَشِيَّةَ للبيعة فلما صَلَّى ابو بكر الظُّهْرَ اقبل
على الناس ثم عذر عَلِيًّا ببعض ما اعتذر ثم قام عَلِيٌّ فعظم من حق ابى بكر
وذكر فضيلته وسابقته ثم مضى الى ابى بكر فبايعه قالت واقبل الناس الى عَلِيّ فقالوا أَصَبْتَ
وَأَحْسَنْتَ قالت وكان قريبا الى عَلِيّ حين قَارَبَ الحقَّ والمعروفَ

حَدَّثَنِى محمد بْنُ عُثْمَنَ بْنِ صَفْوَانَ ٱلثَّقَفِىُّ قال حدثنا ابو قتيبة
قال حدثنا مَالِكٌ يَعْنِى ٱبْنَ مغول عن ابن الحر قال قال ابو سُفْيَنَ لِعَلِيّ
ما بال هذا الامر فى أَقَلِّ حَيّ من قريش والله لَئِنْ شِئْتَ لَأَمْلَأَنَّهَا عليه
خيلا ورجلا قال فقال عَلِيٌّ يَا أَبَا سُفْيَنَ طال ما عَادَيْتَ الاسلام واهله فلم تضره
بذاك شيئا إِنَّا وجدنا ابا بكر لها اهلا * حدثنى محمد بن عثمن الثقفى

Fatima superstes legato Dei, cui Deus bene dicat, menses sex, quibus exactis diem obiit. Ait porro Moammar: dixit quidam vir Essohrio: nonno sex mensibus illis Abu bekro fidem spopondit Fatima? Respondit: prorsus non spopondit illa, neque ullus Haschemita, donec tandem fidem spopondit Ali. Hic enim, quum homines a se abalienatos videret, ad pacificandum cum Abu bekro descendit. Itaque hunc nuntium ad Abu bekrum misit: „conveni nos, neque tamen quemquam tecum adduc;" nolebat scilicet Omarum quoquo se convenire, quoniam violento ingenio eum esse sciebat. Tum Abu bekro dixit Omar: noli eos convenire solus. Respondit vero ille: solus, per Deum, eos conveniam; quid illi injuriae mihi facere poterunt? Itaque ad Alium contendit Abu bekr, ejusque domum intravit, in quam eo tempore Ali congregaverat Haschemitas. Surrexit igitur Ali, atque Deo laudibus, quibus dignus est, gratibusque actis, dixit: „Deinde vero, Abu bekre, scias, a spondenda tibi fide neque obtrectationem aliquam tuae virtutis nos cohibuisse, neque invidentiam propter ea, quae Deus tibi contulerit, bona susceptam. Verum aliquam hujus rei partem nobis deberi censebamus; quam tamen integram arripuistis soli." Deinde propinquitatem, qua cum legato Dei conjunctus esset, atque jus sibi debitum ita plane exposuit, ut lacrymas effunderet Abu bekr. Tacente denique Alio dicere exorsus est Abu bekr, Deoque laudibus, quibus dignus est, gratibusque actis: „Deinde vero scias, inquit, propinquos legati Dei etiam cariores, per Deum, me habere, quam eos qui mihi propinqui sint; neque, per Deum, bona illa, quae ad nostrum utrumque pertinerent, impia manu me retinuisse. Verum legatum Dei haec verba dicentem audivi: hereditatem non tradimus; quae relinquimus sunt pia dona; neque his bonis vescatur nisi familia Mohammedis. Quodcunque autem a Mohammede, Dei legato, factum memini, id quoque faciam ego." Tum Ali: vesperi, inquit, te conveniam ad spondendam fidem. Itaque Abu bekr, absoluta precatione meridiana, ad populum perrexit, atque coram eo Alium excusavit iis fere expositis, quibus se purgaverat ille. Deinde surrexit Ali, sedulaque oratione jus Abu bekro debitum commendavit, ejusque virtutem et praestantiam celebravit; quibus dictis ad Abu bekrum accessit, fidemque ei spopondit. Ait eadem: affluebant vero ad Alium homines, clamabantque: recte dixisti, beneque fecisti. Addit eadem: favore ille amplexus est Alium, quum justitiae et aequitati faveret.

Tradidit mihi Mohammed ben othman ben safwan Thakifita dixitque: tradidit nobis Abu koteiba dixitque: tradidit nobis Malek, scilicet filius Moawwali, quae ab Ebn el dscherro acceperat; hic nempe tradidit haec: Dixit Abu sofjan eo tempore Alio: minima Koreischitarum familia hoc munere fungi qui poterit? quod si velis, per Deum, ad id adipiscendum Koreischitas equitibus peditibusque adjuvabo. Cui respondit Ali: diu jam, o Abu sofjan, islamismo moslemisque infestus exstitisti, neque tamen eo aliquid detrimenti iis attulisti. Nos vero Abu bekrum illa re dignum esse comperimus. Tradidit mihi Mohammed ben othman

قال حدثنى أُمَيَّةُ بْنُ خَلَفٍ قال حدثنا حَمَّادُ بن سَلَمَةَ عن ثابت قال لما استخلف ابو بكر قال ابو سفين ما لنا وَلِأَبِى فُصَيْلٍ انما هى بَنُو عَبْدِ مَنَافٍ قال فقيل له انه قد ولى ابنك قال وَصَلَتْهُ رحمٌ ✿ حُدِّثْتُ عن هِشَامٍ قال حدثنى عَوَانَةُ قال لما اجتمع الناس على بيعة ابى بكر اقبل ابو سُفْيَنَ وهو يقول وَٱللّٰهِ إِنِّى لَأَرَى عَجَاجَةً لَا يُطْفِيهَا إِلَّا دَمٌ يَا آلَ عَبْدِ مَنَافٍ فيما ابو بكر من اموركم أَيْنَ ٱلْمُسْتَضْعَفَانِ أَيْنَ ٱلْأَذَلَّانِ عَلِيٌّ وَٱلْعَبَّاسُ وقال أَبَا حَسَنٍ ابسط يدك حتى ابايعك فَأَبَى عليه علىٌّ فجعل يتمثل بشعر ٱلْمُتَلَمِّسِ

وَلَنْ يُقِيمَ عَلَى خَسْفٍ يُرَادُ بِهِ إِلَّا ٱلْأَذَلَّانِ عَيْرُ ٱلْحَيِّ وَٱلْوَتِدُ
هَذَا عَلَى ٱلْخَسْفِ مَعْكُوسٌ بِرُمَّتِهِ وَذَا يُشَجُّ فَلَا يَبْكِي لَهُ أَحَدُ

قال فزجره عَلِيٌّ وقال انك والله ما اردت بهذا الا الفتنة انك والله طال ما بغيت الاسلام شرًّا لا حاجة لنا فى نصيحتك ✿ قال هِشَامُ بن محمد فاخبرنى ابو محمد ٱلْقُرَشِيُّ قال لما بُويِعَ ابو بكر قال ابو سفين لعلى والعبّاس أَنْتُمَا ٱلْأَذَلَّانِ ثم انشد يتمثل

إِنَّ ٱلْهَوَانَ حِمَارُ ٱلْأَهْلِ يَعْرِفُهُ وَٱلْحُرُّ يُنْكِرُهُ وَٱلرَّسْلَةُ ٱلْأُجُدُ
وَلَا يُقِيمُ عَلَى ضَيْمٍ يُرَادُ بِهِ إِلَّا ٱلْأَذَلَّانِ عَيْرُ ٱلْحَيِّ وَٱلْوَتِدُ
هَذَا عَلَى ٱلْخَسْفِ مَعْكُوسٌ بِرُمَّتِهِ وَذَا يُشَجُّ فَلَا يَبْكِي لَهُ أَحَدُ

حَدَّثَنَا ابن حميد قال حدثنا سَلَمَةُ عن محمد بن اسحق عن الزهرى قال وحدثنى أَنَسُ بْنُ مَالِكٍ قال لما بويع ابو بكر فى السقيفة وكان الغد جلس ابو بكر على المنبر فقام عمر فتكلم قبل ابى بكر فحمد الله واثنى عليه بما هو أَهْلُهُ ثم قال ايها الناسُ إِنِّى قد كنت قلت لكم بالامس مقالة ما كانت الا عن رَأْيِى وما وجدتها فى كتاب الله ولا كانت عَهْدًا عَهِدَهُ إِلَىَّ رسولُ الله ولكنى قد كنت أَرَى أَنَّ رسول الله يَرَى انه سَيُدَبِّرُ أَمْرَنَا حتى يكون آخِرَنَا وَإِنَّ الله قد ابقى فيكم كتابه الذى هدى به رسولَ الله فَإِنْ اعتصمتم به

Thakifita dixitque: tradidit mihi Omajja ben chalaf dixitque: tradidit nobis Hammad ben salama quae a Thabeto acceperat, scilicet haec: quum chalifa creatus esset Abu bekr, dixit Abu sofjan: quid nobis est cum Abu fodeil? hi non sunt nisi ex familia Abd menâfi. Tum ei dictum est: sed praefectum ille constituit filium tuum. Respondit: propitia ei sit misericordia. Traditum mihi est hoc ab Heschamo, qui dixit: tradidit mihi Owana dixitque: quum de spondenda Abu bekro fide convenirent homines, Abu sofjan quoque accessit, et: „ego, per Deum, inquit, fumum jam erumpentem cerno, quem non exstinguet nisi sanguis, o familia Abd menâfi, in rebus vestris ab Abu bekro administratis. Ubinam sunt isti bini imbecilles? ubinam sunt abjectissimi bini, Ali scilicet atque El abbas?" Tum adjecit: o Abu hassan, porrige manum, ut fidem tibi spondeam. Quod quum recusaret Ali, ille hos versiculos ab El motelemmiso editos contra Alium pronuntiavit:

Tradidit Heseham quae ab Abu mochnef acceperat, scilicet haec: dixit Abd alla ben abd errachman: quum undique homines ad spondendam Abu bekro fidem confluerent, haud multum abfuit, quin Saadum conculcarent; quo cognito quidam Saadi amici dixerunt: veremini Saadum, neque eum conculcate! Quibus respondit Omar: quin potius occidite eum, interimatque eum Deus! Deinde capiti Saadi adstans: ita jam, inquit, te conculcare cogito, ut fracta tua membra dilabantur. Tum Omari barbam prehendit Saad; at Omar: per Deum, inquit, quod si vel unum pilum ex ea evellas, ita mulctatus a me decedes, ut dentes adversi in ore tibi supersint nulli. Abu bekr vero: mitius Omare, inquit, agas; plus hic valet lenitudo; quibus auditis ab illo recessit Omar. Atqui dixit Saad: „quodsi ad assurgendum mihi sufficerent vires, talem per vicos plateasque a me editum audiretis rugitum, ut tu sociique tui eo cohiberimini, tumque, per Deum, in te irruerem comitatus gente, in qua ego gregarius modo essem, neque praefectus. Nunc vero ex hoc loco me auferte." Inde itaque eum ablatum in domum suam portarunt. In qua postquam aliquot dies commoratus erat, hic nuntius ad eum perlatus est: accede jam, fidemque sponde; spoponderunt enim homines caeteri atque gens quoque tua. Quibus respondit ille: „ego vero, per Deum, quoad quae in pharetra habeo tela in vos conjecero, hastaeque meae cuspidem tinxero, atque gladio meo donec eum dextra geret vos feriero, et cum familiaribus et qui mihi adhaerebunt popularibus bellum vobis intulero, illud haud faciam. Ut enim, hoc per Deum juro, daemones pariter atque genus humanum vestrae partis fierent, tamen ego vobis fidem non sponderem ante quam Deo, domino meo, vos stitissem, et compertam habuissem rationem mihi positam." Quae quum Abu bekro renuntiarentur, Omar: missum illum facere, inquit, noli, donec fidem spoponderit prius. Sed ita locutus est Beschir ben saad: „litigiosus ille reluctatur, neque vobis fidem spondebit ad necem usque; neque necabitur ipse nisi simul necatis quoque ejus familia, et liberis popularibusque multis. Quam ob rem missum facite eum, neque, si eum dimittitis, aliquid detrimenti hoc vobis adferet, quum ille non sit nisi vir singulus." Itaque reliquerunt illum, comprobato consilio Beschiri ben saad, quem propter ea quae ex ipso audiverant monitorem sincerum esse existimabant. Saad vero ab eo inde tempore neque una cum illis precatus est, neque coetum eorum sacrum convenit, neque quum iter sacrum perficiebat illorum agmini intererat; quem morem tenuit donec mortuus est Abu bekr, cujus misereatur Deus.

Tradidit nobis Obeid alla ben saad dixitque: tradidit nobis patruus meus dixitque: narravit nobis Seif ben omar quae a Sahl et Abu othman acceperat, cui haec tradita fuerant ab Eddachchâk ben chalifa; hic nempe dixit: quum surrexisset El hobâb ben el mondsir, gladium strinxit, et: „ego, inquit, inter illos sum truncus fricatus, palmaque circumsepta; ego parens sum catuli leonini, in cujus lustro degit leo, a leone ortus." Tum in eum irruit

الأَسَدِ فحامله عمر فضرب يده فَبَدَرَ السَّيْفَ فاخذه ثم وثب على سَعْدٍ وتبايع القوم على البيعة وبايع سعد وكانت فَلْتَةً كَفَلَتَاتِ الجاهلية قام ابو بكر دونها وقال قايل حين أُوطِئَ سَعْدٌ قتلتم سعدا فقال عُمَرُ قتله الله انّهُ منافق واعترض عمر بالسيف صَخْرَةً فقطعه ✿ حدثنا عبيد الله بن سعد قال حدثني عمي يَعْقُوبُ قال اخبرني سَيْفٌ عن مُبَشِّرٍ عن جَابِرٍ قال قال سَعْدُ بْنُ عُبَادَةَ يومئذ لابي بكر انكم يا معشر المهاجرين حسدتموني الامارة وانك وقومي أَجْبَرْتُمُونِي على البيعة فقالوا إنّا لو اجبرناك على الفرقة فصرت الى الجماعة كنت في بيعة وَلٰكِنَّا اجبرنا على الجماعة فلا اقالة فيها لَئِنْ نزعت يدا من طاعة او فرقت جماعة لَنَضْرِبَنَّ الذي فيه عيناك

حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللّٰهِ بْنُ سَعْدٍ قال اخبرنا عمي قال اخبرني شُعَيْبُ بن عمر وحدثني شُعَيْبُ بن ابراهيم عن سَيْفِ بْنِ عُمَرَ عن أَبِي ضَمْرَةَ عن ابيه عن قاسم بن عَدِيٍّ قال نَادَى مُنَادِي ابي بكر من بعد الغد من مُتَوَفَّى رَسُولِ الله صلى الله عليه وسلم لِيُتَمَّ بَعْثُ أُسَامَةَ أَلَا لا يَبْقَيَنَّ بالمدينة احدٌ مِن جُنْدِ أُسَامَةَ إلّا خرج الى عسكره بِٱلْجُرْفِ ✿ وَقَامَ فِي ٱلنَّاسِ فحمد الله واثنى عليه وقال أَيُّهَا ٱلنَّاسُ انما انا مثلكم وَإِنِّي لا ادري لعلكم تكلفوني ما كان رسول الله صلى الله عليه يطيق إِنَّ ٱللّٰهَ اصطفى محمدا على العالمين وعصمه من الآفات وانما انا متبع ولست بمبتدع فَإِنِ ٱسْتَقَمْتُ فَتَابِعُونِي وَإِنْ زُغْتُ فَقَوِّمُونِي وانّ رسول الله قبض وليس احد من هذه الامة يطلبه بمظلمة ضربة سوط فما دونها وَإِنِّي لي شيطان يَعْتَرِينِي فاذا اتاني فَٱجْتَنِبُونِي لا أُوثِرُ في اشعاركم وابشاركم وَإِنَّكُمْ تَغْدُونَ وتروحون في أَجَلٍ قد غُيِّبَ عنكم عِلْمُهُ فان استطعتم أَلَّا يَمْضِيَ هذا ٱلْأَجَلُ إلّا وانتم في عَمَلٍ صالح فَٱفْعَلُوا ولن تستطيعوا ذلك إلّا بالله وَسَابِقُوا في مهل آجَالِكُمْ من قبل أَنْ تسلمكم آجَالُكُمْ الى انقطاع الاعمال فَإِنَّ قوما نَسُوا آجَالَهُمْ وجعلوا اعمالهم لغيرهم فَإِيَّاكُمْ

Omar, cujus manum ille feriit; hic vero gladium praevertit, eoque arrepto insiluit in Saadum. At spondendam fidem interea properabant homines, ipseque Saad quoque fidem spopondit; unde ad instar tumultuum tempore paganismi editorum exstitit turba, quam tamen vitavit Abu bekr. Tum, Saado conculcato, quidam dixit: Saadum interimetis; cui respondit Omar: interimat eum Deus! est enim homo improbus. Gladium vero Omar forte in saxum impegit, eoque illum diffregit. Tradidit nobis Obeid alla ben Saad dixitque: tradidit mihi patruus meus Jakub dixitque: narravit mihi Seif quae a Mobaschscher acceperat, cui a Dschaber haec tradita fuerant; hic nempe dixit: illo die Abu bekro dixit Saad ben obâde: „vos, o Mohâdscherorum coetus, imperium mihi invidebatis, atque tu popularesque mei ad spondendam fidem vi me adegistis." Cui illi: si ad sejunctionem te adegissemus, tuque ad congregationem te vertisses, fidem spopondisses; sed ad congregationem nos adegimus, neque hoc negotium rescindetur; quam ob rem, si ab obsequio manum detrahis, vel congregationem divellis, id quo oculi tui conditi sunt feriemus.

Tradidit nobis Obeid alla ben saad dixitque: narravit nobis patruus meus dixitque: narravit mihi haec Schoaib ben omar; atque etiam tradidit mihi Schoaib ben ibrahim quae a Seif ben omar acceperat, cui tradita fuerant ab Abu damra, qui ex patre ea audiverat, cui tradita fuerant ab Assem ben adi; hic nempe dixit: triduo post defunctum legatum Dei, cui bene dicat Deus faveatque, Abu bekri praeco proclamavit haec: „compleatur jam exercitus Osâmae; nemo quisquam, agedum, ex militibus Osâmae remaneat El medinae; sed ad illius agmen, quod ad El dschorf castra posuit, exeant omnes." In concione vero assurgens Abu bekr, postquam laudes gratesque Deo egerat, dixit haec: „o homines, etsi ego non sim nisi vestrum similis, tamen nescio annon mihi imponetis onera, quibus sustinendis legatus Dei, cui bene dicat Deus, quidem par fuit, quum Mohammedem Deus condiderit caeteris hominibus excellentem, eumque a debilitate immunem servaverit. Sed ego non sum nisi assectator, neque idem lator legis, quam ob rem, si recte procedo, sequimini me, si vero deflecto, corrigite me. Legatum Dei quidem, postquam exstinctus est, nemo ex hac gente quisquam ullae injuriae illatae accusat, ne de uno quidem ictu flagolli, vel etiam re aliqua leviori. Mihi vero quidam daemon est, qui nonnunquam me occupat; qui quoties in me irruet, toties devitate me, neque in crines cutesque vestras invadam. Vos autem ad mundum acceditis atque ex eo abitis intra vitae spatium cujus ambitus vobis cognitus non est; quam ob rem, si facere potestis ut hoc vitae spatium transigatis laudabilibus operibus occupati, hoc utique facitote; quod tamen efficere non poteritis nisi adjuvante Deo. Promti vero estote, dum moram vobis concedit spatium vitae, et ante quam adest tempus, quum finis vitae constitutus facultatem operandi vobis adimet. Quod enim ad eos homines adtinet, qui finis vitae obliti opera peragenda relinquunt

أَنْ تكونوا امثالهم ٱلْجِدُّ ٱلْجِدُّ وَٱلنَّجَآءَ ٱلنَّجَآءَ وَٱلْوَحَا ٱلْوَحَا فَإِنَّ وَرَآءَ كُمْ طَالبًا حثيثًا وَأَجَلٌ مَرُّهُ سَرِيعٌ احذروا الموت واعتبروا الآباء والابناء والاخوان ولا تَغْبِطُوا الاحياء الا بما تَغْبِطُونَ به الاموات ✿ وَقَامَ أَيْضًا فحمد الله واثنى عليه وقال إِنَّ ٱللَّهَ عَزَّ وَجَلَّ لَا يَقْبَلُ من الاعمال الا ما أُرِيدَ بِهِ وَجْهُهُ فَأَرِيدُوا باعمالكم واما اخلصتم لِلَّهِ من اعمالكم فطاعةٌ أَتَيْتُمُوهَا وَحَظٌّ ظفرتم به وَضَرَائِبُ أَدَّيْتُمُوهَا وَسَلَفًا قدمتموه من ايام فانية لاخرى باقية لحين فقركم وحاجتكم أَعْتَبِرُوا عِبَادَ ٱللَّهِ بمن مات منكم وتفكروا فيمن كان قبلكم أَيْنَ كَانُوا أَمْسِ وَأَيْنَ هُمُ ٱلْيَوْمَ اين الجبارون اين الذين كان لهم ذكر القتال والغلبة في مواطن الحروب قد تَضَعْضَعَ بهم الدهر وصاروا رَمِيمًا قد تُرِكَتْ عليهم القالات الخبيثات للخبيثين والخبيثون للخبيثات وَأَيْنَ ٱلْمُلُوكُ الذين اثاروا الارض وعمروها قد بَعُدُوا وَأُنْسِيَ ذِكْرُهُمْ وصاروا كَلَا شَيْءٍ إِلَّا أَنَّ ٱللَّهَ قد ابقى عليهم التَّبِعَاتِ وقطع عنهم الشهوات ومضوا والاعمال اعمالهم والدنيا دنيا غَيْرِهِمْ وبقينا خَلَفًا بعدهم فان نحن اعتبرنا بهم نجونا وان أغْتَرَرْنَا كُنَّا مثلهم أَيْنَ ٱلْوِضَاءُ ٱلْحَسَنَةُ وُجُوهُهُمُ المعجبون بشبابهم صَارُوا تُرَابًا وصار ما فَرَّطُوا فيه حَسْرَةً عليهم أَيْنَ ٱلَّذِينَ بنوا المداين وحصنوها بالحوايط وجعلوا فيها الاعاجيب قد تركوها لِمَنْ خَلْفَهُمْ فتِلْكَ مَسَاكِنُهُمْ خَاوِيَةٌ وَهُمْ فِي ظُلُمَاتِ ٱلْقُبُورِ هل تُحِسُّ منهم مِنْ أَحَدٍ او تسمع لهم رِكْزًا أَيْنَ مَنْ تَعْرِفُونَ من ابنايكم واخوانكم قد انتهت بهم آجَالُهُمْ فوردوا على ما قَدَّمُوا فحلّوا عليه واقاموا لِلشِّقْوَةِ والسعادة بعد الموت إِلَّا أَنَّ ٱللَّهَ لا شريك له ليس بينه وبين احد من خَلْقِهِ سَبَبٌ يعطيه به خيرا ولا يصرف به عنه سُوءًا الا بطاعته وَٱتِّبَاعِ أَمْرِهِ واعلموا انكم عَبِيدٌ مُدِينُونَ وان ما عنده لا يدرك الا بطاعته أَمَا إِنَّهُ لا خير بخير بعده ٱلنَّارُ ولا شرّ بشرّ بعده ٱلْجَنَّةُ

حَدَّثَنِي عُبَيْدُ ٱللَّهِ بْنُ سَعْدٍ قال اخبرني عمي قال اخبرني سَيْفٌ وحدثني

aliis, ves quidem cavete, ne his similes fiatis. Diligentes itaque estote, salutemque vobis parate, faciteque cito; nam vobis instant quaesitor acer atque vita cito evanescens. Mortem cavete moniti patribus, filiis, fratribus; neque invidete vivis nisi ea quae invidetis etiam mortuis." Iterumque ille surrexit, atque laudibus Deo actis gratibusque dixit haec: „Deus venerandus laudibusque celebrandus opera grata non habet nisi ea, quae eum in finem peraguntur ut quondam illius facies coram adspiciatur; hoc itaque operibus vestris adnitimini. Opera vero pio erga Deum animo peracta sunt obsequium praestitum, superata prava cupiditas, tributa pensa, atque acta honesta, quae ex vita peritura in antecessum praemittitis in vitam aeternam, ut eo tempore ibi vobis haec succurrant quo eorum indigebitis. Commonemini, o servi Dei, eorum exemplo qui ex vobis jam defuncti sunt, consideratequa eos homines qui exstiterunt ante vos. Ubinam hi fuerunt heri, ubinamque ipsi sunt hodie? Ubinam nunc sunt fortes illi heroes? Ubinam sunt qui quondam florebant gloria belli victoriarumque ex proeliis multis reportatarum! Destruxit eos tempus, factique sunt ipsi pulvis. Superstes iis jam est fama; mala haec relinquitur malis; malique relinquuntur malae. Ubinam nunc sunt illi reges, qui exararunt terram cultamque eam reddiderunt? Ita hi jam evanuerunt, ut memoria eorum exstincta sit, ipsique interierint in nihilum. Attamen Deus integra iis servavit supplicia, voluptates vero ab iis abstulit; abierunt hi secum asportantes facinora patrata, opes vero relinquentes aliis. Nos autem supersumus illorum successores; quam ob rem, si illorum exemplo commonitionem accipimus, salvi fiemus; si vero infatuari nos patimur, illis similes fiemus. Ubinam jam sunt nitidi illi formosa facie quondam splendentes, juventutisque flore superbientes? Facti sunt cinis, et quae ipsi olim neglexerant, ea nunc ipsorum desideria facta sunt. Ubinam illi nunc sunt, qui urbes a se conditas olim cinxerunt muris, admirandisque aedificiis decoraverunt? Jam haec omnia reliquerunt successoribus; aedes eorum illae jam concidunt vacuae, ipsique sepulcrorum tenebris conditi sunt. An ex illis ullum jam deprehendis? an vel minimam palpitationem ullius percipis? Ubinam jam sunt cogniti illi vobis filii fratresque, qui spatium vitae sibi constitutum emensi, ad ea nunc abierunt quae ipsi antea praemiserant, atque ad ea ibi sede fixa, vel in miseria, vel in felicitate jam versantur post mortem obtinenda? Nullum sane inter Deum, qui socium non habet, ullumque ab eo conditum mortalem tale intercedit vinculum, quo hic vel aliquid boni in Deum conferat, vel aliquid mali ab eo avertat, praeter solum obsequium praestitum obtemperantiamque legi divinae. Scitote quoque, vos esse servos debitores, neque quemquam ea, quae apud Deum sunt, consequi posse nisi obsequio praestito. Nihil utique boni in ea felicitate inest, quam excipiunt tartareae flammae, neque aliquid mali in ea miseria inest, quam excipit paradisus."

Tradidit mihi Obeid alla ben saad dixitque: narravit mihi patruus meus dixitque:

ٱلسَّرِيُّ قال حدثنا شعيب قال اخبرنا سيف عن هِشَامِ بْنِ عُرْوَةَ عن ابيه قال لمّا بُويِعَ ابو بكر رضى الله عنه وجمع الانصار فى الامر الذى افترقوا فيه قال لِيُتَمَّ بَعْثُ أُسَامَةَ وقد ٱرْتَدَّ العرب إِمَّا عَامَّةً وَإِمَّا خَاصَّةً فى كل قبيلة وَنَجَمَ ٱلنِّفَاقُ وَٱشْرَأَبَّتِ اليهود والنصارى والمسلمون كالغنم فى الليلة ٱلْمَطِيرَةِ الشاتية لِفَقْدِ نبيهم صلى الله عليه وَقِلَّتِهِمْ وَكَثْرَةِ عَدُوِّهِمْ فقال له الناس إِنَّ هاولاء جُلُّ المسلمين وَٱلْعَرَبُ على ما ترى قد انتقضت بك فليس ينبغى لك ان تفرّق عنك جماعة المسلمين فقال وَٱلَّذِى نَفْسُ ابى بكر بيده لو ظننت ان السباع تختطفنى لانفذتُ بعث اسامة كما امر به رسول الله صلى الله عليه وسلم وَلَوْ لَمْ يَبْقَ فى القرى غيرى لانفذتُهُ ٭ حَدَّثَنِى عُبَيْدُ ٱللّٰهِ بن محمد قال حدثنى عمى قال اخبرنى سَيْفٌ وحدثنى ٱلسَّرِيُّ قال حدثنا شعيب عن سَيْف عن عَطِيَّةَ عن أَبِى أَيُّوبَ عن علىّ وعن الضحاك عن ابن عباس قالا ثار من حول المدينة من القبائل التى غابت فى عام ٱلْحُدَيْبِيَةِ وخرجوا وخرج اهل المدينة فى جُنْدِ أُسَامَةَ وحبس ابو بكر من بقى من تلك القبايل التى كانت لهم الهجرة فى ديارهم فصاروا مَسَالِحَ حول قبايلهم وهم قليل

حَدَّثَنَا عَبْدُ ٱللّٰهِ قال اخبرنى سَيْفٌ وحدثنى ٱلسَّرِيُّ قال حدثنا شُعَيْبٌ قال حدثنا سَيْفٌ عن أَبِى ضَمْرَةَ وابى عمرو وغيرهم عن الحسن بن ابى الحسن ٱلْبَصْرِىِّ قال ضَرَبَ رسول الله قبل وفاته بَعْثًا على اهل المدينة وَمَنْ حَوْلَهُمْ وفيهم عُمَرُ بْنُ ٱلْخَطَّابِ وَأَمَّرَ عليهم أُسَامَةَ بْنَ زَيْدٍ فلم يجاوز آخِرُهُمُ الخندقَ حتى قُبِضَ رسول الله صلى الله عليه فَوَقَفَ أُسَامَةُ بالناس ثم قال لِعُمَرَ ٱرْجِعْ الى خليفة رسول الله فَٱسْتَأْذِنْهُ يَأْذَنْ لِى أَنْ أَرْجِعَ بالناس فَإِنَّ معى وجوه الناس وَحَدَّهُمْ ولا آمَنُ على خليفة رسول الله وَثَقَلِ رسول الله وَأَثْقَالِ المسلمين أَنْ يَتَخَطَّفَهُمُ المشركون وَقَالَتِ ٱلْأَنْصَارُ فَإِنْ أَبَى إِلَّا أَنْ نَمْضِىَ فَأَبْلِغْهُ عَنَّا وَٱطْلُبْ إِلَيْهِ ان يولى

haec mihi narravit Seif; tradiditque mihi Essurri dixitque: tradidit nobis Schoaib dixitque narravit nobis Seif quae a Hescham ben urwa acceperat, cui a patre haec tradita fuerant; hic nempe dixit: postquam fides sponsa fuit Abu bekro, quem gratum habeat Deus, atque Anssârii rem, de qua exorta fuerat dissensio, composuerunt, ita loquutus est Abu bekr: „compleatur nunc exercitus Osâmae. Jam enim omnes Arabum tribus a religione deficiunt vel totae, vel saltem ex parte, eaque re illorum simulatio palam facta est. Surrigunt colla judaei et christiani; moslemi vero ovibus nocte pluvia hiemali obrutis similes fiunt propter amissum prophetam, cui bene dicat Deus, et ipsorum paucitatem multitudinemque adversariorum." Cui responderunt homines: „sed ex his militibus potior Moslemorum pars constat; quam ob rem, quum Arabes, quemadmodum cognitum habes, contra te rebellaveriut, agmen moslemorum a te dimittere non convenit." At Abu bekr: „quin ego, inquit, per illum qui Abu bekri animam manu tenet, etsi vel a feris me abreptum iri putarem, tamen exercitum Osâmae eo mitterem, quemadmodum a legato Dei, cui bene dicat Deus faveatque, jam jussum fuit; quin etsi praeter me neminem in his urbibus remansurum esse putarem, tamen exercitum mitterem." Tradidit mihi Obeid alla ben mohammed dixitque: tradidit mihi patruus meus dixitque: haec mihi narravit Seif; tradiditque mihi Essurri dixitque: tradidit nobis Schoaib quae a Seifo acceperat, cui ab Atijja tradita fuerant, qui ex Abu ejjûb hacĕ audiverat, cui tradita fuerant ab Ali et ab Eddachebâk, qui haec ab Ebn abbâs acceperant; hi nempe dixerunt: convenerant circa El medinam homines multi ex tribubus illis, quae anno susceptae expeditionis Hodeibijensis abierant; hi quidem atque incolae El medinae exercitui Osâmae se adjunxerunt. Collegit quoque Abu bekr eos homines qni ex tribubus ad territoria sua relapsis supererant, fiebantque tribuum suarum exploratores, uumero tamen paucos.

Tradidit nobis Abd alla dixitque: haec mihi narravit Seif; tradiditque mihi Essurri dixitque: tradidit nobis Schoaib dixitque: tradidit nobis Seif quae ipse acceperat ab Abu damra, et Abu amr, aliisque, qui haec audiverant ex El hassan ben abil hassan Basrensi; hic nempe dixit: legatus Dei paulo ante obitum incolis urbis El medinae hominibusque ad urbem congregatis exercitum parandum imperaverat, cui iutererat Omar ben el chattâb; exercitui vero ille praefecerat Osâmam ben seid. Sed antequam fossam urbanam extrema exercitus pars supergressa erat, jam exstinctus est propheta. Quamobrem exercitum subsistere jussit Osâma, dixitque Omaro: „ad successorem legati Dei revertere, atque ab eo mihi pete, ut potestatem mihi faciat domum reducendi agminis. Nam mecum profecti sunt viri principes et fortissimi; unde fit ut timeam successori legati Dei, et familiae legati Dei, familiisque moslemorum, ne a polytheistis nunc abripiantur." Anssârii vero dixerunt Omaro: „si vero nihil aliud fieri potest, nisi ut proficiscamur, tum certiorem eum fac, nos ab eo petere, ut expeditioni uostrae virum ali-

امرنا رجلا اقدمر سنًّا من أُسَامَةَ فخرج عُمَرُ بِأُسَامَةَ واتى ابا بكر فاخبره بما قال بامر اسامة فقال ابو بكر لو خطفتنى الكلاب والذياب لمر أَرُدَّ قَضَى قَضَى بِهِ رسول الله قال فَإِنَّ الانصار امرونى ان ابلغك وانهم يطلبون اليك ان تولى امرهم رجلا اقدم سِنًّا من أُسَامَةَ فَوَثَبَ ابو بكر وكان جالسا فاخذ بِلِحْيَةِ عُمَرَ فقال له ثَكِلَتْكَ أُمُّكَ وَعَدِمَتْكَ يَا آبْنَ آلْخَطَّابِ استعمله رسول الله وتامرنى أَنْ انزعه فَخَرَجَ عُمَرُ الى الناس فقالوا له ما صنعتَ فقال آمْضُوا ثَكِلَتْكُمْ أُمَّهَاتُكُمْ ما لقيت فى سببكم من خليفة رسول الله ثُمَّ خَرَجَ ابو بكر حتى اتاهم فَأَشْخَصَهُمْ وَشَيَّعَهُمْ وهو مَاشٍ واسامة رَاكِبٌ وعبد الرحمن بن عَوْفٍ يقود دابّة ابى بكر فقال له أُسَامَةُ يا خليفة رسول الله والله لَتَرْكَبَنَّ أَوْ لَأَنْزِلَنَّ فقال والله لا تَنْزِلَنَّ وَٱللّٰهِ وَلا أَرْكَبُ وَمَا عَلَىَّ أَنْ أُغَبِّرَ قَدَمَىَّ فى سبيل الله ساعة فان للغازى بكل خطوة يخطوها سَبْعُ مِأَيةِ حَسَنَةٍ تكتب له وسبع مائة درجة ترفع له وترفع عنه سبع مائة خطيئة حتى اذا انتهى قال إِنْ رَأَيْتَ أَنْ تُعِينَنِي بِعُمَرَ فَٱفْعَلْ فاذن له ثمر قال ايها الناس قِفُوا أُوصِيكُمْ بِعَشْرٍ فاحفظوها لا تَخُونُوا ولا تُغِلُّوا ولا تَغْدِرُوا ولا تُمَثِّلُوا ولا تقتلوا طفلا صغيرا ولا شيخا كبيرا ولا امراة ولا تُعَرِّقُوا نخلا ولا تحرقوه ولا تقطعوا شجرة مثمرة ولا تذبحوا شاة ولا بقرة ولا بعيرا الا لماكلة وَسَوْفَ تَمُرُّونَ باقوام قد فرغوا انفسهم فى الصوامع فَدَعُوهُمْ وما فرغوا انفسهم له وسوف تَقْدَمُونَ على قوم ياتونكم بِآنِيَةٍ فيها أَلْوَانُ الطعام فاذا اكلتم منها شيا بعد شى فاذكروا اسم الله عليها وَتَلْقَوْنَ اقواما قد فَحَصُوا اوساط رووسهم وتركوا حولها مثل العصايب فَٱخْفُقُوهُمْ بالسيف خَفْقًا آنْدَفِعُوا بِٱسْمِ ٱللّٰهِ أَفْنَاكُمُ ٱللّٰهُ بِٱلطَّعْنِ وَٱلطَّاعُونِ

حَدَّثَنِي ٱلسَّرِيُّ قال حدثنا شُعَيْبٌ قال حدثنا سَيْفٌ واخبرنا عبيد الله قال اخبرنى عمى قال حدثنا سيف عن هشام بن عُرْوَة عن ابيه قال خرج ابو بكر الى ٱلْجُرْفِ فَٱسْتَقْرَا أُسَامَةَ وبعثه وساله عمر فاذن له وقال له آصْنَعْ ما امرك به نبى الله صلى الله

quem praeficiat, qui aetate provectior sit quam Osâma." Abiit itaque Omar cum Osâma, convenitque ipse Abu bekrum, cui renuntiavit quae ab Osâma ei mandata erant. Respondit Abu bekr: „ut vel canes lupique me abriperent, tamen quae a legato Dei constituta sunt non rescinderem." Tum addidit Omar: „Anssârii vero mihi mandarunt, ut tibi significarem, se a te petere, ut suae expeditioni virum aliquem praeficias, qui aetate provectior sit quam Osâma." Sed Abu bekr, qui assederat, protinus exsiluit, atque barba Omari prehensa: „te mater tua orbata privetur, inquit, o fili El chattâbi! praefecit illum legatus Dei, tuque eum amovere me jubes?" Rediit itaque Omar ad milites; qui: quid effecisti, inquiunt ille vero: abite jam! matresque vestrae vobis orbentur! quanta perpessus sum vestra causa a successore legati Dei mihi inflicta! Exiit deinde Abu bekr ad milites, quos ipse eduxit, discendentesque salutavit, et quidem pedibus incedens, quum interim Osâma equo veheretur; jumentum Abu bekri enim ducebat Abd errachman ben auf. Quamobrem Abu bekro Osâma: o successor legati Dei, inquit, per Deum, aut equum tu conscendes, aut ego descendam. Atqui ille respondit: „neque descendes tu, neque, per Deum, inscendam ego. Nonne officii mei est, in expeditione sacra pedes pulvere inquinare parumper? Quicunque pro causa Dei militat, ei sane pro singulis quos ponit passibus septingenta opera laudabilia ut peracta in computationem veniunt, septingentique dignitatis gradus decernuntur, remittunturque septingenta delicta." Denique dixit Osâmae: „quodsi me adjuvandum censes relicto Omaro, hoc facias;" itaque militiae veniam Omaro dedit Osâma. Deinde Abu bekr haec loquutus est: „o homines, subsistite nunc! vobis enim dabo decem praecepta, quae memoria retineatis. Nolite interimere parvulos infantes, neque senes grandaevos, neque mulieres. Nolite palmas discerpere, neque eas comburere. Arbores pomiferas nolite succidere. Nullam ovem mactate, neque vaccam, neque camelum ullum, nisi ad vescendum. Quodsi in homines incidetis, qui in cellulas se abdiderunt, sinite eos eaque quibus se abdiderunt ipsi. Accedetis quoque ad homines, qui venientibus vobis offerent vasa variis cibis referta; quibus singulis quum vescemini, nomen Dei super iis pronuntiate. Incidetis vero etiam in homines, qui, media capitis parte rasa, circa caput quasi taenias ex pilis superstites reliquerunt; quos homines leviter percutite gladio obliquo. Pergite jam nomine Dei, Deusque vobis gratificetur inter pugnam pestemque!"

Tradidit mihi Essurri dixitque: tradidit nobis Schoaib dixitque: haec nobis tradidit Seif; narravitque nobis Obeid alla dixitque: tradidit mihi patruus dixitque: tradidit nobis Seif quae ab Heschâm ben urwa acceperat, cui a patre haec tradita fuerant; hic nempe dixit: urbe egressus Abu bekr ad locum El dschorf contendit, Osâmamque convenit, eumque proficisci jussit; Omaro vero petenti militiae veniam hic concessit. Deinde Abu bekr dixit Osâmae: „persequere jam quae a propheta Dei, cui bene dicat Deus, tibi mandata sunt, terramque Kodaï-

عليه أَبَدًا ببلاد قُضَاعَةَ ولا تُقَصِّرَنَّ فى شى من امر رسول الله ولا تعجلن لما خَلَفْتَ عن عهده فمضى أُسَامَةُ مُغِذًّا على ذِى ٱلْمَرْوَةِ وَٱلْوَادِى وانتهى الى ما امره به النبى صلى الله عليه وسلم من بَثِّ الخيول فى قبايل قُضَاعَةَ والغارة على أُبْنَى فَسَلِمَ وغنم وكان فراغه فى اربعين يوما سوى مقامه ومنقلبه راجعا فحَدَّثَنِى ٱلسَّرِىُّ بن يحيى قال حدثنا شعيب عن سيف وحدثنا عبيد الله قال اخبرنى عَمِّى قال اخبرنى سيف عن موسى بن عُقْبَةَ عن ٱلْمُغِيرَةِ بن ٱلْأَخْفَشِ وعنهما عن سيف عن عمرو بن قيس عن عَطَآء الخراسانى مِثْلَهُ

tarum aggredere; nihil eorum, quae legatus Dei imperavit, sepone; quae vero ab ejus mandatis abhorrent, iis incumbere noli." Abiit itaque Osâma, celeriterque transiit Dsul merwam atque vallem, exsecutusque est mandata prophetae, cui Deus bene dicat faveatque; equites enim in tribus Kodaïtarum immisit, atque Obnam infestavit. Rediit inde salvus, praeda ablata, negotiumque absolvit diebus quadraginta, iis quidem non computatis, quibus quievit reditumque instituit. Tradidit mihi etiam Essurri ben jachja dixitque: tradidit nobis haec Schoaib, quae a Seifo acceperat; tradiditque nobis Obeid alla, dixitque: narravit mihi illa patruus dixitque: haec mihi narravit Seif, qui a Mûssa ben okba ea acceperat, cui tradita fuerant ab El mogira ben el achfasch; uterque etiam haec acceperunt a Seifo tanquam tradita ab Amr ben kais, cui tradita fuerant ab Atâ el chorassâni quemadmodum supra exposita sunt.

بَقِيَّةُ ٱلْخَبَرِ عَنْ أَمْرِ ٱلْكَذَّابِ ٱلْعَنْسِيِّ ۞ كَانَ رسول الله صلى الله عليه وسلم جمع لِبَاذَامَ حين اسلم واسلمت ٱلْيَمَنُ عَمَلَ ٱلْيَمَنِ كُلَّهَا وَأَمَّرَهُ على جميع مَخَالِيفِهَا فلم يزل عَامِلَ رسول الله صلى الله عليه أَيَّامَ حياته فلم يعزله عنها ولا عن شئ منها ولا اشرك معه فيها شريكا حتى مات بَاذَامُ فلما مات فَرَّقَ عَمَلَهَا بين جماعة من اصحابه ۞ حَدَّثَنِي عُبَيْدُ ٱللّٰهِ بن سعد ٱلزُّهْرِيُّ قال اخبرني عمّي قال اخبرني سَيْفٌ وحدثنى ٱلسَّرِيُّ ٱبْنُ يَحْيَى قال حدثنا شُعَيْبُ بن ابراهيم عن سَيْفٍ قال حدثنا سَهْلُ بن يُوسُفَ عن ابيه عن عُبَيْدِ بن صَخْرِ بن لَوْذَانَ ٱلْأَنْصَارِيِّ ٱلسَّلَمِيِّ وكان فيمن بعث النبى صلى الله عليه مع عُمَّالِ ٱلْيَمَنِ فى سنة عشر بعد ما حَجَّ حَجَّةَ ٱلتَّمَامِ وقد مات بَاذَامُ فلذلك فرّق عمالتها بين شَهْرِ بْنِ بَاذَامَ وَعَامِرِ بن شَهْرٍ ٱلْهَمْدَانِيِّ وَعَبْدِ ٱللّٰهِ بن قَيْسٍ أَبِي مُوسَى وَخَالِدِ بْنِ سَعِيدِ بْنِ ٱلْعَاصِ وَٱلطَّاهِرِ بن أَبِي هَالَةَ وَيَعْلَى بن أُمَيَّةَ وَعَمْرِو بن حَزْمٍ وعلى بلاد حَضْرَمَوْتَ زِيَادُ بْنُ لَبِيدٍ ٱلْبَيَاضِيُّ وَعُكَّاشَةُ بْنُ ثَوْرِ بْنِ أَصْغَرَ ٱلْغَوْثِيُّ على ٱلسَّكَاسِكِ وَٱلسَّكُونِ وَمُعَاوِيَةُ بْنُ كِنْدَةَ وبعث مُعَاذَ بْنَ جَبَلٍ مُعَلِّمًا لاهل البلدين ٱلْيَمَنِ وَحَضْرَمَوْتَ ۞ حدثنى عبيد الله قال اخبرني عمى قال اخبرني سيف يعنى ابن عمر عن ابى عمرو مولى ابراهيم بن طلحة عن عُبَادَةَ بْنِ قُرْصٍ بْنِ عُبَادَةَ عن قُرْصٍ ٱللَّيْثِيِّ ان النبى صلى الله عليه وسلم رجع الى المدينة بعد ما قضى حجة الاسلام وقد وجه امارة اليمن وفرّقها بين رجال وافرد كل رجل بِحَيِّزِهِ ووجّه امارة حَضْرَمَوْتَ وفرقها بين ثلثة وافرد كل واحد منهم بِحَيِّزِهِ واستعمل عَمْرَو بْنَ حَزْمٍ على نَجْرَانَ وَخَالِدَ بْنَ

Caput quartum.

El aswad impostor opprimitur.

Reliqua impostoris Anssitae fata jam exponuntur. Legatus Dei, cui bene dicat Deus faveatque, Bâdsâmo, quum hic moslemus factus erat, sacraque moslemica amplexa erat provincia El jemen, totam El jemenam administrandam tradiderat, omnibusque hujus terrae pagis eum praefecerat. Exstitit itaque hic praefectus a legato Dei, cui Deus bene dicat, constitutus quoad vixit; neque a provincia eum amovit propheta, neque partem provinciae ei detraxit, neque collegam muneris ei dedit quoad mortem obiit Bâdsâm. Quo exstincto propheta praefecturam El jemenae inter nonnullos suos socios dispertivit. Tradidit mihi Obeid alla ben saad essohri dixitque: narravit mihi patruus dixitque: haec mihi narravit Seif; atque tradidit mihi Essurri ben jachja dixitque: tradidit nobis Schoaib ben ibrahim quae a Seifo acceperat; hic enim dixit: tradidit nobis Sahl ben jussuf quae ex patre audiverat, cui haec tradita fuerant ab Obeid ben sachr ben laudsâu Anssarita Salamita; qui ex iis hominibus fuit, quos propheta, cui bene dicat Deus, cum praefectis El jemenae eam in terram misit anno decimo, quo anno ipse propheta iter sacrum extremum perfecerat, atque Bâdsâm mortem obierat. Propterea itaque propheta praefecturam El jemenae dispertivit inter Schehr ben bâdsâm, et Amer ben schehr Hamdanitam, et Abd alla ben kais abu mûssa, atque Chaled ben said ben el âss, atque Ettâher ben abi hâle, et Jaala ben omajja, et Amr ben hasm. Terrae Hadramaut vero praefectus est Sijâd ben lebid Bejâdita; itemque Okkâscha ben thaur ben asgar Gauthita praefectus est Sekâsitis et Sekûnitis, atque tribui quae nuncupatur Moawija ben kinda. Ad incolas utriusque terrae, id est El jemenae et Hadramaut, Moâdsum ben dschebel magistrum quoque misit propheta. Tradidit mihi Obeid alla dixitque: narravit mihi patruus dixitque: narravit mihi Seif, et quidem filius Omari, quae ipse acceperat ab Abu amr servo Ibrahimi ben talcha, cui haec tradita fuerant ab Obâde ben fard ben obâde, qui ea ex Fard Leithita audiverat; hic vero dixit: propheta, cui bene dicat Deus faveatque, post absolutum iter sacrum extremum ad El medinam rediit, praefectura El jemenae constituta; dispertivit autem eam inter viros plures, quibus singulis territoria singula tradidit. Constituit quoque praefecturam terrae Hadramaut, quam inter viros tres ita

سَعِيدِ بْنِ ٱلْعَاصِ على ما بين نَجْرَانَ وَرِمَعَ وَزَبِيدَ وَعَامِرَ بن شَهْرٍ عَلَى هَمْدَانَ وعلى صَنْعَآءَ ٱبْنَ بَاذَامَ وعلى عَكٍّ وَٱلْأَشْعَرِيِّينَ ٱلطَّاهِرَ بْنَ أَبِي هَالَةَ وعلى مَأْرِبَ ابا موسى ٱلْأَشْعَرِيَّ وعلى ٱلْجَنَدِ يَعْلَى بْنَ أُمَيَّةَ وكان مُعَاذٌ معلما يتنقل فى عمالة كل عامل باليمن وحضرموت واستعمل على اعمال حَضْرَمَوْتَ على ٱلسَّكَاسِكِ وَٱلسَّكُونِ عُكَّاشَةَ بْنَ ثَوْرٍ وعلى بَنِي مُعَوِيَةَ مِنْ كندة عبد الله او ٱلْمُهَاجِرَ فاشتكى فلم يذهب حتى وَجَّهَهُ ابو بكر وعلى حضرموت زِيَادَ بْنَ لَبِيدٍ ٱلْبَيَاضِيَّ وكان زِيَادٌ يقوم على عمل المهاجر فمات رسول الله صلى الله عليه وسلم وهؤلاء عُمَّالُهُ على اليمن وحضرموت الّا مَنْ قُتِلَ فى قتال ٱلْأَسْوَدِ او مات وهو بَاذَامُ مات ففرّق النبى صلى الله عليه وسلم ٱلْعَمَلَ من اجله وَشَهْرٌ ٱبْنُهُ يعنى ابن باذام فسار اليه ٱلْأَسْوَدُ فقاتله فَقَتَلَهُ ✿ وَحَدَّثَنِي بهذا الحديث ٱلسَّرِيُّ عن شعيب بن ابراهيم عن سَيْفٍ فقال فيه عن سيف عن أَبِي عَمْرٍو مَوْلَى إِبْرَاهِيمَ بن طلحة ثم ساير الحديث بِإِسْنَادِهِ مثل حديث ٱبْنِ سَعْدٍ ٱلزُّهْرِيِّ

وَحَدَّثَنِي ٱلسَّرِيُّ قال حدثنا شعيب بن ابراهيم عن سَيْفٍ عن طَلْحَةَ بن ٱلْأَعْلَمِ عن عِكْرِمَةَ عن ابن عباس قال أَوَّلُ مَنِ اعترض عن ٱلْعَنْسِيِّ وكاثره عَامِرُ بْنُ شَهْرٍ فى ناحيته وَفَيْرُوزُ وَدَاذَوَيْهِ فى ناحيتهما ثم تتابع الذين كُتِبَ اليهم على ما أُمِرُوا به حدثنا عبيد الله بن سَعْدٍ قال اخبرنا عمى قال اخبرنى سَيْفٌ وحدثنى ٱلسَّرِيُّ قال حدثنا شعيب عن سيف عن سَهْلِ بْنِ يُوسُفَ عن ابيه عن عُبَيْدِ بْنِ صَخْرٍ قال فبينا نحن وبالجند قد اقمنا على ما ينبغى وكتبنا بيننا ٱلْكُتُبَ إِذْ جَآءَنَا كتاب من ٱلْأَسْوَدِ أَيُّهَا ٱلْمُتَوَرِّدُونَ علينا امسكوا علينا ما اخذتم من ارضنا ووفّروا ما جمعتم فنحن أَوْلَى به وانتم على ما انتم عليه فقلنا للرسول مِنْ أَيْنَ جِئْتَ قال مِنْ كَهْفِ خُبَّانٍ ثم كان وَجْهُهُ الى نَجْرَانَ حتى اخذها فى عَشْرٍ لِمَخْرَجِهِ وطابقه عوام مَذْحِجٍ فبينا نحن نَنْظُرُ فى امرنا ونجمع جَمْعَنَا اذ أُتِينَا فقيل هذا ٱلْأَسْوَدُ بِشَعُوبَ وقد خرج

dispertivit, ut singuli singulis territoriis praeessent. Praefecit autem Amrum ben hasm terrae Nedschrân; Chaledum ben said ben el âss iis terris quae inter Nedschrân ac Rima et Sebid sitae sunt; Amerum ben schehr praefecit Hamdanitis, atque urbi Sanaae filium Bâdsâmi; Akkitis atque Ascharitis Ettaherum ben abi hâle; urbi Marib Abu mûssam Ascharitam; urbi El dschened Iaalam ben omajja. Moâds vero constitutus est magister, singulorumque El jemenae et terrae Hadramaut praefectorum territoria visitavit. Regionibus Hadramauticis, et quidem Sekâsitis et Sekûnitis, propheta praefecit Okkâscham ben thaur; atque tribui Moawija, quae ex Kinditis est, Abd allam vel El mohâdscherum; sed hic, de quadam re conquestus, provinciam non adiit, quoad eum misit Abu bekr. Ipsi terrae Hadramaut vero praefecit Sijâdum ben lebid Bejâditam, qui provinciam El mohâdscheri quoque administravit. Hi itaque, quum legatus Dei, cui bene dicat Deus, mortem obiit, praefecti El jemenae atque terrae Hadramaut ab illo constituti erant, iis tamen exceptis, qui vel in bello contra El aswadum suscepto perierant, vel diem supremum obierant. Diem obierat autem Bâdsâm, quam ob rem propheta, cui bene dicat Deus faveatque, illius praefecturam inter viros plures dispertivit. Schehrum vero, Bâdsâmi filium, mox aggressus est El aswad; cui occurrens ille interfectus est. Has res mihi tradidit etiam Essurri, tanquam accepta a Schoaib ben ibrahim, qui ex Seifo ea audiverat; nonnulla vero tradidit, ut a Seifo accepta, cui tradita fuerant ab Abu amr servo Ibrahimi ben talcha, caeterosque narrationis auctores eosdem recensuit, quos commemoravit Ebn saad essohri.

Tradidit mihi Essurri dixitque: tradidit nobis Schoaib ben ibrahim quae a Seifo acceperat, qui haec ex Talcha ben el aalam audiverat, cui ab Ikrima tradita fuerant, qui ipse ea ex Ebn abbâs audiverat; hic vero dixit: primi qui obstiterunt Anssitae eumque oppugnarunt, fuerunt Amer ben schehr, qui in territorio suo commorabatur, atque Feirûs et Daduweih, suo territorio quoque commorantes; deinde etiam ii, ad quos litterae datae sunt, jussa paullatim effecerunt. Tradidit nobis Obeid alla ben saad dixitque: narravit nobis patruus meus dixitque: haec mihi tradidit Seif; atque mihi etiam tradidit Essurri dixitque: tradidit nobis Schoaib quae a Seifo acceperat, cui haec tradita fuerant a Sahl ben jussuf, qui ex patre ea audiverat, cui tradita fuerant ab Obeid ben sachr; hic enim dixit: postquam nos in El hanna hominum studium revocavimus, litterasque ad viros varios dedimus, litterae ad nos perlatae sunt ab El aswado datae, atque renuntiantes haec: „o vos, qui ad nos pergitis, retinete nobis quam de terra nostra cepistis partem, pleneque date quae coegistis; haec enim nobis potius debentur, dum vos iis adhaerebitis, quibus adhaeretis etiamnunc.“ Nos vero huic nuntio: unde venisti? inquimus; atque ille: ex Kehf chobân. Exinde Anssita ad Nedschrân contendit, quam die post rebellionem susceptam decimo cum plebeja quadam Medshidschitarum turba cepit. Unde ad nos, in rebus nostris curandis coetuque nostro congregando occupatos, hic nuntius perlatus

اليه شهرُ بْنُ بَاذَامَ وذلك لعشرين ليلة من مَنْجَمِهِ فبينا نحن ننتظر الخبر على من يكون ٱلدَّبْرَةُ اذْ أَتَانَا أَنَّهُ قتل شَهْرًا وهزم ٱلْأَبْنَآءَ وغلب على صَنْعَآءَ بخمس وعشرين ليلة من مَنْجَمِهِ وخرج مُعَاذٌ هاربا حتى مَرَّ بِأَبِي مُوسَى وهو بمَأْرِبَ فَٱقْتَحَمَا حَضْرَمَوْتَ فاما مُعَاذٌ فانه نزل فى ٱلسَّكُونِ فاما أَبُو مُوسَى فانه نزل فى ٱلسَّكَاسِكِ مما يلى ٱلْمُفُورَ وَٱلْمَفَازَةَ بينهم وبين مَأْرِبَ وَٱنْحَازَ ساير امراء ٱلْيَمَنِ الى ٱلطَّاهِرِ الا عَمْرًا وَخَالِدًا فانهما رجعا الى المدينة وَٱلطَّاهِرُ يوميذ فى وسط بلاد عَكّ بجبال صَنْعَآءَ وغلب ٱلْأَسْوَدُ على ما بين مهيّد مَفَازَةِ حَضْرَمَوْتَ الى عمل ٱلطَّائِفِ الى ٱلْبَحْرَيْنِ قبل عَدَنَ وطابقت عليه ٱلْيَمَنُ وَعَكٌّ بِتِهَامَةَ معرضون عليه وجعل يستطير استطارة الحريق وكان معه سبع مائة فارس يَوْمَ لَقِيَ شَهْرًا سوى الركبان وكان قُوَّادُهُ قَيْسُ بْنُ عَبْدِ يَغُوثَ ٱلْمُرَادِيُّ ومعوية بن قيس ٱلْجَنْبِيُّ ويزيد بن مُحْرِمٍ ويزيد بن حُصَيْنٍ ٱلْحَارِثِيُّ ويزيد بن ٱلْأَفْكَلِ ٱلْأَزْدِيُّ وثبت ملكته واستغلظ أَمْرُهُ ودانت له سواحل من السواحل جاز عَثَّرَ وَٱلشَّرْجَةَ وَٱلْحَرْدَةَ وَغَلَافِقَةَ وَعَدَنَ وَٱلْجَنَدَ ثم صَنْعَآءَ الى عمل ٱلطَّائِفِ الى ٱلْأَحْسِيَةِ وَعُلَيْبٍ وَعَامَلَهُ المسلمون بِٱلْبَقِيَّةِ وَعَامَلَهُ اهل ٱلرِّدَّةِ بالكفر والرجوع عن الاسلام وكان خليفته فى مَذْحِجٍ عَمْرُو بْنُ مَعْدِى كَرِبَ واسند امره الى نفر فاما امر جُنْدِهِ فالى قَيْسِ بْنِ عَبْدِ يَغُوثَ واسند امر ٱلْأَبْنَآءِ الى فَيْرُوزَ وَدَاذَوَيْهِ

فَلَمَّا اثخن فى الارض استخفّ بِقَيْسٍ وَبِفَيْرُوزَ وَدَاذَوَيْهِ وتزوج امراة شَهْرٍ وهى ابنة عمّ فَيْرُوزَ فبينا نحن كذلك بِحَضْرَمَوْتَ ولا نَأْمَنُ يسير الينا ٱلْأَسْوَدُ او يبعث الينا جيشا او يخرج بحضرموت خارِجٌ يَدَّعِى بمثل ما ٱدَّعَى به ٱلْأَسْوَدُ فنحن على ظَهْرٍ تزوج مُعَاذٌ الى بَنِى بَكْرَةَ حَيّ من ٱلسَّكُونِ امراة اخوالها بَنُو زَنْكَبِيلَ يقال لها رَمْلَةُ فحدَبوا لِصِهْرِهِ عليه وكان معاذ بها مُعْجَبًا فَإِنْ كَانَ لَيَقُولُ فيما يدعوا الله به ٱللَّهُمَّ ٱبْعَثْنِى يَوْمَ ٱلْقِيَامَةِ مَعَ ٱلسَّكُونِ ويقول احيانا ٱللَّهُمَّ ٱغْفِرْ لِلسَّكُونِ

est: „ille El aswad jam adest ad locum Schaûb; occurrit ei vero Schehr ben bâdsâm;“ quae renunciata sunt die post bellum paratum vicesimo. Paulo post, quum jam exspectaremus, utrum eorum fortuna adversa oppressisset, certiores facti sumus, ab El aswado caesum esse Schehrum, profligatisque Ebnaïtis captam esse Sanaam die post bellum paratum quinto et vicesimo. Moâds vero, fuga salutem petens, ad Abu mûssam, qui urbi Marib praeerat, perrexit; deinde uterque praeceps in terram Hadramaut se recepit; Moâds enim in territorio Sekûnitarum consedit, atque Abu mûssa in eo Sekâsitarum territorio, quod locis Udfûr et Adfâre confine est, inter illos et Maribam sito. Reliqui praefecti vero, qui terrae El jemen praeerant, ad Ettaherum abierunt, exceptis Amro et Chaledo, qui El medinam reversi sunt; Ettaher autem tunc in medio Akkitarum territorio commorabatur, quod in montibus Sanaae situm est. Itaque El aswad omnibus terris potitus est, quae inter deserta vasta Hadramauti et praefecturam Ettâïf et El bachrein ante terram Aden porriguntur, eique se submisit El jemen. In terra Tehâma quidem ei repugnarunt Akkitae; attamen ille late grassari coepit, quemadmodum grassatur incendium. In proelio illo, quo aggressus est Schehrum, septingentos equites secum habuit praeter eos qui camelis vehebantur. Praefectos militum habebat Kaissum ben abd jagûth Muraditam, Moawijam ben kais Dschenbitam, Jesidum ben mochrem, Jesidum ben hossein Hârethitam, et Jesidum ben el efkel Esditam. Mox imperium ejus invaluit, viresque ejus adeo auctae sunt, ut etiam ex maritimis oris nonnullae in ejus ditionem cesserint; transcucurrit enim urbes Athr, Escherdscha, El dscherda, Gholâfeka, Aden et El dschened, atque deinde Sanaam usque ad praefecturam Ettâïf, ad El achsije et Oleib. Moslemi quidem ut Deo obsequium praestaret eum cohortabantur; ad impietatem vero abjiciendumque islamismum cohortabantur homines apostatae. Apud Medshidschitas vicarium suum constituit Amrum ben maadi karib, hominibusque variis officia injunxit; rem militarem concredidit Kaisso ben abd jagûth, atque Ebnaïtarum res curandas tradidit Feirûso et Dâduweiho.

Sed postquam terram sibi subjecerat El aswad, despicere ipse coepit Kaissum, ac Feirûsum et Dâduweihum, atque in matrimonium duxit uxorem Schehri, quae Feirûsi soror patruelis erat. Nos vero eo tempore in terra Hadramaut dubii haerebamus, utrum nos quoque aggressurus esset El aswad, an exercitum contra nos missurus, an alius fortasse in terra Hadramaut exstiturus esset aliquis homo seditiosus, qui eadem quae El aswad moliretur; quamobrem ad abeundum jam parati eramus. Moâds autem ibi feminam quandam, cui nomen Ramlae erat, in matrimonium duxit, ex Benu bekra, tribu quadam Sekûnica, ortam, cui avunculi erant Senkebilitae. Sermones de Moâdso detulerunt ad ejus levirum; amore Ramlae enim Moâds ita percitus erat, ut ipse Deum precans adjiceret: „mi Deus! resurrectionis die una cum Sekûnitis reviviscere me fac!“ vel nonnunquam diceret: „mi Deus! ignoscas Sekûnitis!“

اذ جَآءَتْنا كُتُبُ النبى صلى الله عليه يامرنا فيها ان نبعث الرجال لمحاولته او لمصاولته وَنُبْلِغَ كل من رجا عنده شيا من ذلك عن النبى صلى الله عليه وسلم فَقَامَ مُعَاذٌ فى ذلك بالذى أُمِرَ بِهِ فعرفنا القوة ووثقنا بالنُّصْرَةِ

حَدَّثَنَا ٱلسَّرِيُّ قال اخبرنا شُعَيْبٌ عن سَيْفٍ وحدثنى عبيد الله قال اخبرنى عمى قال اخبرنا سَيْفٌ قال اخبرنا ٱلْمُسْتَنِيرُ بْنُ يَزِيدَ عن عُرْوَةَ عن غَزِيدٍ ٱلدَّيْلِيِّ عن ٱلضَّحَّاكِ بن فَيْرُوزَ قال ٱلسَّرِيُّ عن جِشْنِسَ بْنِ ٱلدَّيْلَمِيِّ قال قدم علينا وَبَرُ بْنُ يُحَنَّسٍ بْنِ ٱلدَّيْلَمِيِّ بكتاب النبى صلى الله عليه وسلم يامرنا فيه بالقتال والقيام على ديننا والنهوض فى الحرب والعمل فى ٱلأَسْوَدِ إِمَّا غِيلَةً وَإِمَّا مُصَادَمَةً وَأَنْ نُبْلِغَ عنه مَنْ راينا أَنَّ عنده نجدة ودينا فعملناه فى ذلك فراينا امرا كثيفا وراينا قد تغَيَّرَ لِقَيْسِ بْنِ عَبْدِ يَغُوثَ وكان على جنده فقلنا نَخَافُ على دمه فهو لاوّل دعوة فدعوناه وَأَنْبَأْنَاهُ الشان وابلغناه عن النبى صلى الله عليه وسلم فكانما وقعنا عليه من السمآء وكان فى غَمٍّ وَضِيقٍ بامره فاجابنا الى ما احببنا من ذلك وَجَآءَ وَبَرُ بْنُ يُحَنَّسٍ وكاتبنا الناس ودعوناهم وَأَخْبَرَهُ الشيطان بشى فارسل الى قَيْسٍ وقال يَا قَيْسُ ما يقول هذا قال وما يقول قال يقول عَمَدْتَ الى قَيْسٍ فَأَكْرَمْتَهُ حتى اذا دخل منك كل مدخل وصار فى ٱلْعِزِّ مِثْلَكَ مَالَ مَيْلَ عَدُوِّكَ وَحَاوَلَ مُلْكَكَ واضمر على الغدر إِنَّهُ يقول يَا أَسْوَدُ يَا أَسْوَدُ يَا سَوْأَةُ يَا سَوْأَةُ فَقَطِّفْ قُنَّتَهُ وَخُذْ من قَيْسٍ اعلاه وَإِلَّا سلبك او قَطَفَ قُنَّتَكَ فقال قَيْسٌ وَحَلَفَ به كَذَبَ وَذِي ٱلْخِمَارِ لَأَنْتَ اعظم فى نفسى وَأَجَلُّ عندى مِنْ أَنْ أُحَدِّثَ بك نفسى قال مَا أَجْفَاكَ لتكذب الملك قال صدق الملك وعرفت ٱلآنَ أَنَّكَ تَائِبٌ فَمَا أُطْلِعَ عَلَيْهِ مِثْلٌ ثم خرج فاتانا فقال يا جِشْنِسُ ويا فَيْرُوزُ ويا دَاذَوَيْهِ إِنَّهُ قد قال وقلت فَمَا ٱلرَّأْيُ فقلنا

Tum vero nobis supervenerunt litterae a propheta, cui bene dicat Deus, datae; quibus hic nos jubebat, ut viros mitteremus ad petendum impugnandumque El aswadum, atque haec, tanquam jussa a propheta, cui bene dicat Deus faveatque, iis hominibus omnibus imperaremus, quos tale quid praestituros ille speraret. Quibus cognitis Moâds iis operam dedit, quae mandata erant; unde factum est, ut fortes jam nos putaremus, victoriamque speraremus.

Tradidit nobis Essurri dixitque: narravit haec nobis Schoaib, qui a Seifo ea acceperat; tradiditque mihi etiam Obeid alla dixitque: narravit mihi patruus dixitque: narravit nobis Seif dixitque: haec nobis narravit El mostenir ben jesid, qui ab Urwa ea acceperat, cui haec tradiderat Irbid eddeimi, qui ea ab Eddachchâk ben feirûs acceperat; atque dixit Essurri, etiam Dschischnis ben eddeilemi tradidisse haec: accessit ad nos Wabar ben jochannes ben eddeilemi litteras adferens a propheta, cui bene dicat Deus faveatque, datas, quibus hic nos jussit armis religionem tueri, bellumque parare, atque vel impetu subito conficere El aswadum, vel sensim eum premendo, omniaque haec tanquam a propheta mandata iis hominibus renuntiare, quos fortitudine praeditos studiososque religionis videremus. Talia itaque nos contra El aswadum moliti sumus; at difficilem rem esse sensimus. Quum vero comperiremus, simultatem El aswado jam intercedere cum Kaisso ben abd jagûth, qui exercitui praeerat, diximus: „de sanguine hujus viri metuimus; hic primus advocandus est." Hunc igitur advocatum de re suscepta certiorem fecimus, iis renuntiatis quae a propheta, cui bene dicat Deus faveatque, nobis mandata erant; et quidem veluti a coelo demissi visi sumus Kaisso, qui, de rebus suis metuens, tristitia et timore oppressus erat; consensit itaque hic nobiscum efficere quae ab eo petebamus. Quum accessisset quoque Wabar ben jochannes, litteras ad homines varios dedimus, eosque his ad nos advocavimus. Sed suspicionem daemon injecit El aswado, qui, arcessito Kaisso, huic dixit: „scisne tu, quid ille dicit?" Kais vero: „quidnam est, quod dicat ille?" Tum El aswad: „haec, inquit, ille mihi dicit: tu quidem Kaissum ad te accivisti, honoribusque eum affecisti; ipse vero, postquam apud te auctoritate invaluit dignitateque par tibi factus est, ad partes hostium tuorum transiit; imperium enim ipse tuum appetit, dolosque jam tibi struit. Addit mihi idem ille: o Aswad! o Aswad! o malitiam! o malitiam! tolle verticem illius, summamque Kaissi partem aufer; quod nisi efficies, te abripiet ille, vel verticem tuum tollet." Quibus respondit Kais, addito jure jurando: „ille utique, per dominum asini, ea mentitur! te enim venerabiliorem habeo et digniorem, quam ut talia contra te meditari audeam." El aswad vero: „o te impudentem! inquit; mentiri vis regem." Tum ille: „vera exponit rex, jamque sentio, te debilitatum esse." Neque tamen supplicium ei inflictum est; abiit itaque, nosque convenit, dixitque: „o Dschichnis, et o Feirûs, et o Dâduweih! talia ille loquutus est." Tum ego: quid faciendum est?

نحن على حذر فانّا فى ذلك اذ ارسل الينا فقال الم أَشْرُكْكُمْ عَلَى قَوْمِكُمْ فقلنا أَقِلْنَا مَرَّتَنَا هَذِهِ فقال لا يبلغنى عنكم فاقتلكم فنجونا ولم نَكِدْ وهو فى ارتياب من أَمْرِنَا وَأَمْرِ قَيْسٍ ونحن فى ارتياب وعلى خطر عظيم اذ جاءنا اعتراض عَامِرِ بْنِ شَهْرٍ وَذِى زُودٍ وَذِى مُرَّانٍ وَذِى ٱلْكَلَاعِ وَذِى ظُلَيْمٍ عليه وكاتبونا وبذلوا لنا ٱلنَّصْرَ وكاتبناهم وامرناهم أَنْ لَا تُحَرِّكُوا شيا حتى نُبْرِمَ ٱلْأَمْرَ وانما اهتاجوا لذلك حين جاء كتاب النبى صلى الله عليه الى نَجْرَانَ الى عَرَبِهِمْ وَسَاكِنِى الارض من غير ٱلْعَرَبِ فَثَبَتُوا فَتَنَحَّوْا وانضمّوا الى مكان وبلغه ذلك وَأَحَسَّ بِٱلْهَلَاكِ

وَفُرِقَ لنا الراى فدخلت على آزَادَ وهى امراته فقلت يَا ٱبْنَةَ عَمِّى قد عرفت بلآء هذا الرجل عند قومك قَتَلَ زوجك وَطَأْطَأَ فى قومك القتل وَسَفَلَ بمن بَقِىَ منهم وَفَضَحَ النساء فهل عندك من مُمَالَاةٍ عليه قالت عَلَى أَىِّ أَمْرِهِ قلت إِخْرَاجِهِ قالت أَوْ قَتْلِهِ قلت أَوْ قَتْلِهِ قالت نَعَمْ والله ما خلق الله شخصا هو أَبْغَضُ إِلَىَّ مِنْهُ ما يقوم لله عَلَى حَقٍّ ولا ينتهى له عَنْ حُرْمَةٍ فاذا عزمتم فَأَعْلِمُونِى أُخْبِرْكُمْ بِمَأْتَى هذا الامر فَأَخْرُجُ فاذا فَيْرُوزُ وَدَاذَوَيْهِ ينتظرانى وجاء قَيْسٌ ونحن نريد أَنْ نُنَاهِضَهُ فقال له رجل قبل ان يجلس الينا ٱلْمَلِكُ يَدْعُوكَ فدخل فى عَشَرَةٍ من مَذْحِجٍ وَهَمْدَانَ فلم يَقْدِمْ على قتله معهم قال ٱلسَّرِىُّ فى حديثه فقال يا عَيْهَلَةُ بْنَ كَعْبِ بْنِ غَوْثٍ وقال عُبَيْدُ ٱللَّهِ فى حديثه يا عَهْيَلَةُ بْنَ كَعْبِ بْنِ غَوْثٍ أَمِنِّى تَحَصَّنُ بالرجال أَلَمْ أُخْبِرْكَ الحقّ وَتُخْبِرُنِى الكذابة انه يقول يَا سَوْأَةُ يَا سَوْأَةُ إِلَّا يقطع عن قَيْسٍ يَدَهُ تَقْطَعْ قُنَّتَكَ ٱلْعُلْيَا حتى ظَنَّ انه قَاتِلُهُ فقال إِنَّهُ ليس من الحقّ ان أَقْتُلَكَ وانت رسول الله فَمُرْنِى بما احببت فَأَمَّا الخوفُ والفزعُ

nos vero: cautos nos esse oportet. Quae dum agebantur, hunc nuntium ad nos misit El aswad: „nonne honoribus vos evexi supra populares vestros?" Quibus respondimus nos: „nunc quidem missos fac nos!" Atque illo: „ne talia mihi renuntientur de vobis; vos enim occiderem." Evasimus itaque ex hac re, neque dolum struximus. At El aswad dubius tamen haesit, quid meditaremur, et quid meditaretur Kais; atque nos quoque dubii in periculo magno versabamur. Tum certiores facti sumus, contra El aswadum bellum jam parare Amerum ben schehr, et Dsu sùd, Dsu morràn, Dsul kelà, atque Dsu doleim. Qui viri mox litteras ad nos dederunt, auxiliumque nobis polliciti sunt. Nos vero rescriptis litteris ita eos cohortati sumus: nullam rem molimini, quoad hoc negotium ratum habeamus. Adgressi autem illi erant ad hanc rem, postquam litterae prophetae, cui bene dicat Deus, in terram Nedschràn perlatae tum Arabibus ibi degentibus redditae fuerant, tum hominibus aliis, qui praeter Arabes in ea regione habitabant. Itaque nuntiis missis pecuniisque distributis in unum coierant. Quibus cognitis, El aswad de interitu suo timuit.

Consilio igitur a nobis inito, El aswadi uxorem, cui nomen Esàd erat, ipse conveni, eique dixi: „o soror patruelis, quanta hic vir genti vestrae mala inflixerit, compertum tibi est; maritum tuum interfecit, popularesque tuos internecioni dedit; quicunque ex iis superstites sunt, eos ignominia affecit, opprobriumque induxit mulieribus. Nonne tu contra eum adhibendum aliquid remedii cognitum habes?" Tum illa: ad efficiendum contra eum quid? Atque ego: ad pellendum eum. Illa vero: vel ad interficiendum eum? Egoque: vel ad interficiendum eum. Quibus auditis illa: „maxime hoc, inquit; nam, per Deum, nullum Deus hominem condidit mihi invisiorem illo; neque hic quae Deo debentur explet, neque Dei causa a rebus vetitis abstinet. Itaque quum ad rem adgrediemini, me certiorem facite, ut vobis significem, quomodo res suscipienda sit." Tum ab illa discedens ego Feirûsum et Dàduweihum conveni, qui me exspectabant; accessit ad nos etiam Kais, atque in eo eramus, ut contra El aswadum insurgeremus. Sed ante quam ad nos consederat Kais, vir quidam hunc nuntium ad eum pertulit: „te citat rex." Advenit autem El aswad comitatus viris decem, iisque Medshidschitis et Hamdanitis, quibus praesentibus interficiendi El aswadi opportunitas nulla erat. Atque ait Essurri in iis quae de hac re tradit: tum dixit Kais: „o Aihala ben kaab ben gauth;" ait vero Obeid alla in iis quae ipse tradit: tum dixit Kais: „o Ahjala ben kaab ben gauth! an contra me te munis viris accitis? Nonne tibi exposui ego, quae vera sunt, tu vero mihi exposuisti mendacia? id est, illum tibi dixisse: o malitiam! o malitiam! nisi succidatur manus Kaissi, succidet haec verticem tuum summum." Quum vero ab El aswado se interfectum iri suspicaretur Kais, ita loquutus est: „contra fas quidem est, ut peream, quum tu legatus Dei sis. At fieri mihi tamen jube quaecunque tibi placeant; nam quod ad timorem atque terrorem

فَأَنَا فيهما مَخَافَةٌ قال ٱلزُّهْرِىُّ فَإمَّا قتلتنى فَمَوْتَةٌ وقال ٱلسَّرِىُّ ٱقْتُلْنِى فَمَوْتَةٌ أَهْوَنُ عَلَىَّ من موتات اموتها كل يوم فَرَقٌ لَهُ نخرج بعد ان اخرجت فاخبرنا وَطَوَانَا وقال ٱعْمَلُوا عَمَلَكُمْ وَخَرَجَ علينا فى جَمْعٍ مُتَوَلًّا له بالباب مائة ما بين بقرة وبعير فقام وَخَطَّ خَطًّا فاقيمت من ورايه وقام دونها فنحرها غير محبسة ولا معقلة ما تقتحم ٱلْخَطُّ منها شى ثم خلّاها فجالت الى ان زهقت فما رَأَيْتُ أَمْرًا كان افظع منه ولا يوما اوحش منه ثم قال أَحَقٌّ ما بلغنى عنك يا فَيْرُوزُ وَبَوَّأَ لَهُ ٱلْحَرْبَةَ لقد هَمَمْتُ ان انحرك فَأُتْبِعَكَ هذه البهيمة فقال ٱخْتَرْتَنَا لِصِهْرِكَ وفضّلتنا على الابناء فلولم تكن نَبِيًّا ما بِعْنَا نصيبنا منك بشى فكيف وقد اجتمع لنا بك أَمْرُ آخِرَةٍ وَدُنْيَا لَا تُقْبِلَنَّ عَلَيْنَا أَمْثَالَ مَا يَبْلُغُكَ فانا بحيث تحبّ فقال ٱقْسِمْ بهذه فانت اعلم بما هاهنا فَٱجْتَمِعَ الى اهل صنعاء وَجَعَلَ امر ٱلرَّهْطِ بِٱلْجَزُورِ ولاهل ٱلْبَيْتِ بالبقرة ولاهل ٱلْحِلَّةِ بعده حتى اخذ اهل كلّ ناحية بِقِسْطِهِمْ فَلَحِقَ به قبل ان يَصِلَ الى داره وهو واقف على رَجُلٍ يسعى اليه بِفَيْرُوزٍ فاستمع له فَيْرُوزُ وهو يقول أَنَا قَاتِلُهُ غَدًا واصحابه فَٱغْدُ عَلَىَّ ثم التفت فاذا به فقال مَهْ فاخبره بالذى صنع له فقال أَحْسَنْتَ ثم ضرب دابّته داخلا فَرَجَعَ الينا فاخبرنا الخبر فارسلنا الى قَيْسٍ فجاءنا فَأَجْمَعَ مَلَأُهُمْ ان أَعُودَ الى المراة فَأُخْبِرَهَا بعزيمتنا لتخبرنا بما تَأْمُرُ

فَأَتَيْتُ المراة وقلت مَا عِنْدَكِ فقالت هو مُتَحَرِّزٌ مُتَحَوِّشٌ وليس من القصور شىء الا وَٱلْحَرَسُ مُحِيطُونَ به غير هذا البيت فَإِنَّ ظَهْرَهُ الى مكان كذا وكذا فى الطريق فَإِذَا أَمْسَيْتُمْ فَٱنْقُبُوا عليه فانكم من دون الحرس وليس من دون قتله شىء وقالت انكم سَتَجِدُونَ فيه سراجا وسلاحا فَخَرَجْتُ فتلقانى ٱلْأَسْوَدُ خارجا من بعض منازله فقال لى ما ادخلك عَلَىَّ وَوَجَأَ راسى حتى سَقَطْتُ وكان شديدا وصاحت المراة فادهشته عنى ولو

adtinet, in iis jam versor metu captus." Ait Essohri, eum dixisse: „quod si me interficis, haec non est nisi mors una;" atque ait Essurri, eum dixisse: „interfice me! nam mors una levior mihi est quam mortes plures, quibus mulcter quotidie." Quibus auditis El aswad misericordiam impertivit Kaisso; abiitque ille his dimissis. Nos autem de hac re certiores fecit Kais, atque ad nos considens dixit: rem vestram agite. El aswad vero ad nos prodiit hominum turba comitatus, adductaque jam ei ad portam erant centum capita boum camelorumque. Deinde illo lineam duxit, post quam illae pecudes constitutae sunt; mox ipse accedens eas jugulavit, quae etsi neque vinctae, neque constrictae erant, tamen in lineam prorsus non irruerant. Tunc vero, quum missas ille eas faceret, oberrarunt pecudes, donec exspirarent; neque unquam ego ullam rem vidi tetriorem, neque infaustiorem diem. Quibus peractis El aswad: „an vera sunt, inquit, quae de te mihi renuntiantur, o Feirûs?" pugioneque in eum directo, addidit: „jam constitui, ut jugulatum te his pecudibus subjungam." Respondit Feirûs: „me quidem levirum tibi elegisti, Ebnaïtisque praefecisti; neque sane nos, nisi tu propheta esses, sortem nostram ullo pretio tibi vendidissemus. Quid vero jam, quum bona tam aeterna quam peritura in te nobis sint posita? Noli talia nobis infligere, qualia tibi renuntiata sunt; tuis jussis praesto sumus." Tum El aswad: has pecudes tu distribue; tu enim quae hic adsunt magis cognita habes. Itaque Feirûs ad incolas urbis Sanaae accessit, ipsisque tribulibus camelos mactatos tribuit, boves vero famulis, atque deinde accolis. Quibus confectis Feirûs El aswadum convenit, antequam domum reverteretur, illumque viro cuidam, qui Feirûsum deferebat, adstantem auscultantemque invenit. Auscultans etiam Feirûs El aswadum haec verba dicentem audit: „cras illum sociosque ejus interficiam; jam enim mihi irascitur." Tum El aswad reversus conspexit Feirûsum dixitque: siste! Feirûs vero, quae ipse egerat, exposuit; quibus auditis El aswad: bene fecisti! inquit. Deinde jumentum concitavit ad aedes rediens. Nos autem adiit Feirûs, et quae acciderant retulit; arcessito quoque Kaisso, in eo consilio acquieverunt omnes, ut iterum ego uxorem El aswadi adiens inceptum nostrum exponerem, et quae illa juberet explorarem.

Itaque mulierem illam adii dixique: quid excogitasti? Respondit: „jam ille sibi cavet perterritus, neque ullum ejus castellum est, quod non circumdent custodes, hac sola domo excepta, cujus pars postica illi loco contigua est ad viam jacenti. Quam ob rem vesperi accedentes, murum perfodite; ita enim custodes vitabitis. Neque aliquid relinquitur, nisi ut interficiatur ille." Addidit eadem: „in hac domo invenietis lucernam atque arma." Quibus cognitis abii, inciditque in me El aswad, ex domo quadam sua progrediens; qui mox: „quisnam, mihi inquit, te ad me introduxit?" colaphumque capiti meo talem duxit, ut humi prociderem; viribus enim ille pollebat. Tum mulier clamore terribili edito illum a me avertit; quod nisi

لا ذلك لقتلني وقالت ابن عمي جاء في زايرا فيضرب في فقال اسكني
لا ابا لك فقد وَعَبْتُهُ لك فتَوَالَتْ عني فَأَتَيْتُ اصحابي فقلت ٱلنَّجَآءَ
ٱلْهَرَبُ فاخبرتهم الخبر فابوا على ذلك حَيَارَى اذ جاء في رسولها لا تَدَعَنَّ
ما فارقتك عليه فاني لم أَزَلْ به حتى ٱطْمَأَنَّ فقلنا لفيروز إِيتِهَا
فَتَبَيَّتْ فَأَمَّا أَنَا فلا سَبِيلَ لِي إِلَى ٱلدُّخُولِ بَعْدَ ٱلنَّهْيِ فَفَعَلَ واذا هو
كان افطن مني فَلَمَّا أَخْبَرَتْهُ قال وكيف يُنْقَبُ على بيوت مُبَطَّنَة
ينبغي لنا ان نقلع بِطَانَةَ ٱلْبَيْتِ فَدَخَلَا فاقتلع ٱلْبِطَانَةَ ثم
اغلقاه وجلس عندها كالزاير فجلس فدخل فَٱسْتَخَفَّتْهُ غيرة واخبرته
برضاع وقرابة منها عنده مُحَرَّمٌ فصاح به وَأَخْرَجَهُ وجاءنا الخبرُ
فلما أَمْسَيْنَا عملنا في امرنا وقد وَاتَأَنَا اشياعنا وعجلنا عن مراسلة
ٱلْهَمْدَانِيِّينَ وَٱلْحِمْيَرِيِّينَ فَنَقَبْنَا البيت من خارج فدخلناه وفيه
سراج تحت جَفْنَةٍ وَٱتَّقَنَّا بِفَيْرُوزٍ وكان انجدنا وَأَشَدَّنَا فقلنا ٱنْظُرْ مَا
ذَا تَرَى فخرج ونحن بينه وبين ٱلْحَرَسِ في مقصورة معه فَلَمَّا دنا من
باب البيت سمع غطيطا شديدا واذا المراة جَالِسَةٌ فلما قام على
الباب اجلسه الشيطان فَكَلَّمَهُ على لسانه وَإِنَّهُ لَيَغُطُّ جَالِسًا وقال
ايضا ما لي ولك يا فيروزُ فَخَشِيَ إِنْ رَجَعَ أَنْ يُهْلِكَهُ وَتَهْلِكَ ٱلْمَرْأَةُ
فعاجله وخالطه وهو مثل الجمل فاخذ براسه فقتله فَدَقَّ عُنُقَهُ
ووضع ركبته في ظهره فَدَقَّهُ فقام ليخرج فَأَخَذَتْ بِذَيْلِهِ وهي ترى
انه لم يقتله فقالت أَيْنَ تَدَعُنِي قال أُخْبِرُ أَصْحَابِي بِقَتْلِهِ فاتانا
فقمنا معه فَأَرَدْنَا حَزَّ راسه فحركه الشيطان فاضطرب فلم
يَضْبِطْهُ فقلت ٱجْلِسُوا عَلَى ظَهْرِهِ فجلس اثنان على ظهره وَأَخَذَتِ
المراة بشعره وسمعنا بَرْبَرَةً فَأَلْجَمَتْهُ بِمِيلَاةٍ وَأَمَرَّ ٱلشَّفْرَةَ
على حَلْقِهِ فخار كَأَشَدِّ خوار ثور رايته قَطُّ فَٱبْتَدَرَ الحرسُ

ea fecisset, hic certe me interemisset. Dixitque illa: hic frater patruelis mihi est, qui ad visitandam me accessit. Ille vero, plagas mihi infligens: „tace tu, patre orbata! inquit; eum jam tibi dedi.“ Inde aufugit mulier, egoque ad amicos rodii, quibus dixi: „prospiciendum est saluti, atque fugiendum!“ exponens simul quae mihi acciderant. Ita quum in trepidatione versaremur, a muliere hic nuntius ad me perlatus est: „noli abjicere consilium, quod ceperas, quum a te discederem; neque enim ab El aswado destiti, quoad placatus fuit.“ Dixi itaque Feirûso: „tu nunc illam conveni; constanti animo enim illa erit. Quod vero ad me adtinet, aditus mihi non patet, postquam mihi interdictus fuit.“ Suscepit negotium Feirûs, qui me acutior erat. Quum igitur mulier rem ei exponeret, hic: „quo pacto vero nos domos farctas perfodere poterimus? avellenda nobis est farctura domus.“ Intravit itaque ille domum cum muliere, avulsitque farcturam; deinde, domo clausa, apud mulierem consedit, tanquam qui ad visitandum accessisset. Postquam consederat paulo intravit El aswad; quem quum subiret zelotypia, mulier quaedam ei de collactanei jure atque propinqui exposuit, quod ille sacrum haberet. Sed inclamavit El aswad in Feirûsum eumque expulit. Quibus cognitis nos vesperi ad rem nos accinximus; quum vero cum sociis nostris jam consentiremus, properantius egimus, neque ullos legatos ad Hamdanitas Himjaritasque misimus. Domum ab exteriore parte perfossam intravimus, invenimusque in ea lucernam scutellae suppositam. Feirûsum autem confidebamus nostrum strenuissimum esse fortissimumque; quam ob rem ei diximus: „vide tu quae conspicias!“ Abiit itaque illo, atque remansimus nos inter eum interpositi atque custodes, in conclavi quodam apud El aswadum commorantes. Tum ad januam domus accedens Feirûs ingentes rhonchos audivit, atque mulierem conspexit sedentem. Quum vero januam jam intraret, El aswadum erexit daemon, ipseque, illius ore utens, adloquutus est Feirûsum; El aswad enim, etsi erectus sederet, tamen stertebat; dixitque ille etiam haec: „quid mihi tecum est, o Feirûs?“ Sed Feirûs metuens jam, ne, si recederet ipse, mox ab El aswado ipse obrueretur periretque etiam mulier, celeriter in El aswadum irruit, eumque prehendit, quasi esset camelus. Caput illius adripuit Feirûs, eumque porcussit; collum quoque contudit et dorsum, cui imposuerat genu. Deinde ab eo surrexit, ut abiret; mulier vero, quae El aswadum a Feirûso nondum occisum esse intelligebat, laciniam Feirûsi prehendit dixitque: „ubinam me relinquis?“ Atque ille: „amicos de illius interfectione certiores faciam.“ Postquam itaque hic nos convenerat, una cum Feirûso ad El aswadum tetendimus, ut caput ei praecideremus. Sed El aswadum agitabat daemon, qua re Feirûs ita perturbatus est, ut El aswadum firmiter prehendere non posset; quam ob causam: „dorso ejus insidite!“ dixi. Duo itaque viri insederunt dorso, mulierque capillum illius prehendit; mox murmura andivimus edita; sudario enim El aswadum constrinxit mulier. Deinde Feirûs cultrum per guttur El aswado duxit; hic vero

الباب وهم حول المقصورة ما هذا ما هذا فقالت المراة ٱلَّتِي يُوحَى إِلَيْهِ مُحَمَّدٌ ثم سمرنا ليلتنا ونحن نامر كيف نُخْبِرُ أَشْيَاعَنَا لَيْسَ غَيْرُنَا ثَلَاثَتِنَا فَيْرُوزٍ وَدَاذُوَيْهِ وَقَيْسٍ فاجتمعنا على ٱلنِّدَآء بِشِعَارِنَا الذى بيننا وبين اشياعنا ثم يُنَادَى بِٱلْأَذَانِ

فَلَمَّا طلع الفجر نَادَى دَاذُوَيْهِ بِٱلشِّعَارِ ففزع المسلمون والكافرون وتجمع الحرس فاحاطوا بنا ثُمَّ نَادَيْتُ بِٱلْأَذَانِ وتوافت خيولهم الى الحرس فناديتهم أَشْهَدُ أَنَّ مُحَمَّدًا رَسُولُ ٱللَّهِ وَأَنَّ عَيْهَلَةَ كَذَّابٌ والقيت اليهم راسه فاقام وَبَرٌ الصلوة وَأَشْنَهَا القوم غارةً وناديْنا يَا أَهْلَ صَنْعَآء مَنْ دخل عليه داخلٌ فَتَعَلَّقُوا بِهِ وَمَنْ كان عنده منهم احدٌ فَتَعَلَّقُوا بِهِ ونادينا بمن فى الطريق تَعَلَّقُوا بِمَنِ ٱسْتَطَعْتُمْ فاختطفوا صبيانا كثيرا وانتهبوا ما انتهبوا ثُمَّ مَضَوْا خارجين فلما برزوا فَقَدُوا منهم سبعين فارسا وركبانا واذا أَهْلُ ٱلدُّورِ وَٱلطُّرُقِ قد وَافَوْنَا بهم وَفَقَدْنَا سبع مائة عَيِّلٍ فراسلونا وراسلناهم عَلَى أَنْ يَتْرُكُوا لنا ما فى ايديهم وَنَتْرُكَ لهم ما فى ايدينا فَفَعَلُوا فخرجوا لم يظفروا منا بشى فَتَرَدَّدُوا فيما بين صَنْعَآء وَنَجْرَانَ وَخَلَصَتِ ٱلْجُنْدُ واعزّ الله الاسلامَ واهلَهُ وتنافسنا الامارة وَتَرَاجَعَ اصحابُ النبى صلى الله عليه وسلم الى اعمالهم فَٱصْطَلَحْنَا على مُعَاذِ بْنِ جَبَلٍ فكان يصلى بنا وَكَتَبْنَا الى رسول الله صلى الله عليه بالخبر وَذَلِكَ فى حيوة النبى صلى الله عليه فاتاه ٱلْخَبَرُ مِنْ لَيْلَتِهِ وقَدِمَتْ رُسُلُنَا وقد مات النبى صلى الله عليه صَبِيحَةَ تلك الليلة فَأَجَابَنَا ابو بكر رحمه الله

حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللَّهِ قال اخبرنا عمى قال اخبرنى سَيْفٌ وحدثنى ٱلسَّرِيُّ قال حدثنا شُعَيْبٌ عن سَيْفٍ عن أَبِي ٱلْقَسِمِ ٱلشَّنَوِيّ عن ٱلْعَلَآء

quasi mugitum bovis edidit, quo vehementiorem ego nunquam audivi. Quo percepto custodes ad januam properarunt, circum conclave clamantes: quid hoc est? quid hoc est? Respondit mulier: propheta jam a Deo edocetur. Tum exspiravit El aswad; nos vero noctem transegimus confabulando, atque deliberando, quo modo socios nostros de hac re certiores faceremus; in eo loco enim nostrum non aderant nisi tres, Feirûs videlicet, et Dâduweih, atque Kais. Id denique consilium cepimus, ut primo proclamaretur tessera inter nos sociosque nostros constituta, atque deinde ad precationem conclamaretur.

Prima luce igitur Dâdnweih proclamavit tesseram, unde terror invasit quum Moslemos, tum homines incredulos; coiverunt vero custodes, atque circumdederunt nos. Deinde ad precationem conclamante me, equites quoque illorum ad custodes accesserunt. Ego vero proclamavi haec: „testor ego, Mohammedem esse legatum Dei, Aihalam vero esse impostorem!" quibus dictis caput illius ad homines projeci. Tum precationem instituit Wabar; at homines illi undique equites suos immittebant praedatores. Quam ob rem conclamavimus haec: „o incolae urbis Sanaae! quicunque aliquem ex illis ad se intrantem conspiciat, is illum prehendat, et quicunque aliquem ex illis in domo sua habeat, is quoque illum prehendat!" Deinde etiam in eos, qui ad viam aderant, haec inclamavimus: „prehendite quemcunque capiatis!" Hostes autem illi, postquam abripuerant pueros multos, praedamque abstulerant ingentem, abierunt relicta urbe; in campum progressi ex suis desiderarunt viros septuaginta, tam equis vectos, quam camelis. Quos captos ad nos adduxerunt incolae domnum et qui ad vias consederant; ipsi vero nos desiderabamus familiares septingentos. Itaque illi ad nos miserunt legatos, atque ad illos nos legatos misimus, qui paciscerentur, ut illi quos cepissent nobis redderent, nosque quos cepissemus redderemus illis. Acquieverunt illi, exindeque recesserunt, nulla re nobis erepta; vagati sunt vero hi deinde in terris inter Sanaam et Nedschrân sitis. Salva autem evasit urbs El dschened; atque ita victoriam Deus impertivit islamismo ejusque asseclis. Tum nos singuli imperio obtinendo operam dedimus, omnesque familiares prophetae, cui bene dicat Deus faveatque, simul una in provincias sibi demandatas redierunt; omnes vero nos recepimus Moâdsum ben dschebel, qui praecationem nobis praeibat. Atque ad legatum Dei, cui bene dicat Deus, litteras dedimus, quibus rem gestam nuntiaremus; quod fecimus vivo propheta, cui bene dicat Deus. Sed ipse propheta eadem jam nocte, qua gesta erat, rem compererat; neque ad eum legati nostri pervenerunt, nisi quum mortem jam obiisset propheta, cui bene dicat Deus, et quidem illius noctis postridie. Rescripsit itaque ad nos Abu bekr, cujus misereatur Deus.

Tradidit nobis Obeid alla dixitque: narravit nobis patruus meus dixitque: haec mihi narravit Seif; atque tradidit mihi Essurri dixitque: haec nobis tradidit Schoaib, qui a Seifo ea acceperat, cui tradita fuerant ab Abul kâssem Schenewita, qui ea audiverat ex El alâ ben seid,

بن زَيْدٍ عن ابن عُمَرَ قال أَتَى الخبرُ النبىَّ صلى الله عليه وسلم من السماء الليلةَ التى قُتِلَ فيها ٱلْعَنْسِىُّ ليبشّرنا فقال قُتِلَ ٱلْعَنْسِىُّ البارحةَ قَتَلَهُ رجلٌ مباركٌ من اهل بيت مباركين قيل وَمَنْ قال فَيْرُوزُ فَيْرُوزُ ❁ حَدَّثَنَا عبيد الله قال اخبرنا عمى قال اخبرنى سَيْفٌ وحدثنى ٱلسَّرِىُّ قال حدثنا شُعَيْبٌ عن سَيْفٍ عن ٱلْمُسْتَنِيرِ عن عُرْوَةَ عن ٱلضَّحَّاكِ عن فَيْرُوزٍ قال قَتَلْنَا ٱلْأَسْوَدَ وعاد امرُنا كما كان إِلَّا أَنَّا ارسلنا الى مُعَاذٍ فتراضينا عليه فكان يصلى فى صَنْعَآءَ فوالله ما صلّى بنا الا ثلثًا ونحن رَاجُونَ مُؤَمِّلُونَ لم يَبْقَ شى نَكْرَهُهُ الا مكان تلك الخيول التى تَتَرَدَّدُ بيننا وبين نَجْرَانَ حتى اتانا ٱلْخَبَرُ بِوَفَاةِ رسول الله صلى الله عليه وسلم فانتقضت الامورُ وانكرنا كثيرا مما كنا نَعْرِفُ فاضطربت ٱلْأَرْضُ

حَدَّثَنِى ٱلسَّرِىُّ قال حدثنا شُعَيْبٌ عن سَيْفٍ عن أَبِى ٱلْقَسِمِ وَأَبِى مُحَمَّدٍ عن أَبِى زُرْعَةَ يَحْيَى بن ابى عمرو ٱلشَّيْبَانِىِّ مِنْ جُنْدِ فِلَسْطِينَ عن عبد الله بن فَيْرُوزٍ ٱلدَّيْلَمِىِّ أَنَّ اباه حدّثه أَنَّ ٱلنَّبِىَّ صلى الله عليه وسلم بعث اليهم رَسُولًا يُقَالُ لَهُ وَبَرُ بْنُ يُحَنِّسَ ٱلْأَزْدِىُّ وكان منزله على دَاذَوَيْهِ ٱلْفَارِسِىِّ وكان ٱلْأَسْوَدُ كَاهِنًا معه شيطان وتابع فَخَرَجَ فنزل على مَلِكِ ٱلْيَمَنِ فقتل ملكنا ونكح امراته وَمَلَكَ ٱلْيَمَنَ وكان بَاذَامُ هلك قبل ذلك فَخَلَّفَ ٱبْنَهُ على أَمْرِهِ فقتله وتزوجها وَٱجْتَمَعْتُ أَنَا وَدَاذَوَيْهِ وَقَيْسُ بْنُ ٱلْمَكْشُوحِ ٱلْمُرَادِىُّ عِنْدَ وَبَرِ بْنِ يُحَنِّسَ رسول نبى الله صلى الله عليه فَأُمِرَ بقتل ٱلْأَسْوَدِ ثم إِنْ ٱلْأَسْوَدَ أَمَرَ الناس فاجتمعوا فى رَحَبَةِ صَنْعَآءَ ثم خرج حتى قام وَسْطَهُمْ ومعه حَرْبَةُ الملك ثم دعا بِفَرَسِ الملك فَأَوْجَرَهُ ٱلْحَرْبَةَ ثم أَرْسَلَ فجعل يجرى فى المدينة وَدِمَآؤُهُ تسيل حتى مات وقام وَسَطَ ٱلرَّحَبَةِ ثم دعا بِجُزُرٍ من وَرَآءِ ٱلْخَطِّ فاقامها وَأَعْنَاقُهَا وَرُؤُوسُهَا فى الخط ما تَجُوزُهُ ثم استقبلهن بحربته فنحرهن فَتَصَدَّعْنَ عَنْهُ

cui tradita fuerant ab Ebn omar; hic enim dixit: perlatus est nuntius ad prophetam, cui bene dicat Deus faveatque, ex coelo ipsa ea nocte, qua necatus est Anssita, ut laeta ille nobis quoque nuntiaret. Dixit itaque nobis propheta: „occisus est Anssita die hesterno; et quidem occidit eum vir quidam laudatus ex familiaribus laudatis." Tum nonnulli: „quisnam est?" inquiunt. Respondit propheta: Feirùs! Feirùs! Tradidit nobis Obeid alla dixitque: narravit nobis patruus meus, dixitque: haec mihi narravit Seif; atque tradidit mihi Essurri dixitque: tradidit nobis haec Schoaib, qui a Seif ea acceperat, cui tradita fuerant ab El mostenir, qui ex Urwa ea audiverat, cui tradita fuerant ab Eddachchâk, qui ex Feirùso ea acceperat; hic enim dixit: postquam occidimus El aswadum, res nostrae, quemadmodum constitutae fuerant, ita restitutae sunt; Moàdsum vero arcessivimus, omnesque nos eum gratum habuimus. Precationem hic praeibat in urbe Sanaa. Sed quum ille, per Deum, nonnisi per dies tres precationem nobis praeivisset, atque nos bonae spei et fiduciae ita pleni jam essemus, ut nihil fere superesset, qnod ingratum haberemus, nisi statio equitum illorum, qui inter nos ac terram Nedschràn vagarentur, tum nuntius ad nos perlatus est, mortem obiisse legatum Dei, cui bene dicat Deus faveatque. Quo cognito perturbatae sunt res, multaque nos comperimus, quae aegre ferremus; mox terra dissidio distracta est.

Tradidit nobis Essurri dixitque: haec nobis tradidit Schoaib, qui a Seif ea acceperat, cui tradita fuerant ab Abul kàssem et Abu mohammed, qui haec audiverant ex Abu sura jachja ben abi amr Scheibanita, oriundo ex praesidio Palaestinensi, cui tradita fuerant ab Abd alla ben feirùs Deilemita; hic enim dicebat, a patre sibi narrata esse haecce: propheta, cui bene dicat Deus faveatque, legatum misit, cui nomen erat Wabar ben jochannes Esdita; qui ad Daduweihum Persam devertit. El aswad autem erat hariolus, daemonemque quendam secum habebat genium; seditione facta, ipse regem terrae El jemen adgressus est; mox regem illum nostrum interfecit, ejusque uxorem in matrimonium duxit, totiusque terrae El jemen imperium occupavit. Bâdsàm vero jam ante has res gestas mortem obierat, filiumque reliquerat heredem regni; quo filio interfecto, El aswad reginam matrimonio sibi junxit. Tum ego, una cum Daduweih atque Kais ben el mekschûch Muradita, conveni Wabarum ben jochannes, prophetae Dei, cui Deus bene dicat, legatum, quem ille jusserat occidere El aswadum. Deinde vero, jubente El aswado, in aream urbis Sanaae coiverunt homines, ipseque ille in medium eorum progressus est, pugionem regis secum adferens. Equum regis adduci jussit, in quem mox pugionem infixit; quo peracto equus, quem jam missum fecerat ille, cruorem spargens discucurrit per urbem, donec exspiravit. El aswad autem deinde, in media area consistens, camelos mactandos pone lineam constitui jussit; quos ipse ita instruxit, ut colla capitaque in linea posita essent, neque eam hi transgrederentur. Tum pugionem in camelos obvertit, eosque perfodit; resiluerunt ab eo pecudes,

حتى نزع منهن ثم امسك حَرْبَتَهُ فى يده ثم أَكَبَّ على الارض ثم رفع راسه فقال إِنَّهُ يقول يعنى شيطانه الذى معه إِنَّ ٱبْنَ ٱلْمَكْشُوحِ مِنَ ٱلطَّغَايَا أَسْوَدُ ٱقْطَعْ قُنَّةَ رَأْسِهِ ٱلْعُلْيَا ثم أَكَبَّ رَأْسَهُ ايضا ينظر ثم رفع راسه فقال إِنَّهُ يَقُولُ إِنَّ ٱبْنَ ٱلدَّيْلَمِيِّ مِنَ ٱلطَّغَايَا أَسْوَدُ ٱقْطَعْ يَدَهُ ٱلْيُمْنَى وَرِجْلَهُ ٱلْيُمْنَى فلمّا سَمِعْتُ قوله قلت وَٱللّٰهِ مَا آمَنُ أَنْ يدعونى فينحرنى بِحَرْبَتِهِ كما نحر هذه ٱلْجُزُرَ فجعلتُ استتر بالناس لِئَلَّا يرانى حتى خرجت ولا أَدْرِى مِنْ حَذَرِى كَيْفَ آخُذُ فلما دنوت من منزلى لَقِيَنِى رجلٌ من قومه فدقّ فى رَقَبَتِى فقال ٱلْمَلِكُ يَدْعُوكَ وَأَنْتَ تَرُوغُ ٱرْجِعْ فردّنى فلما رايت ذلك خَشِيتُ أَنْ يقتلنى قال وَكُنَّا لا يكاد يفارق رَجُلًا مِنَّا ابدا خَنْجَرُهُ فَأَدُسُّ يدى فى خُفِّى فاخذت خنجرى ثم اقبلت وَأَنَا أُرِيدُ أَنْ احمل عليه فاطعنه به حتى اقتله ثم اقتل مَنْ مَعَهُ فلما دنوت منه راى فى وجهى الشرّ فقال مَكَانَكَ فوقفتُ فقال إِنَّكَ أَكْبَرُ مَنْ هَاهُنَا وَأَعْلَمُهُمْ بِأَشْرَافِ أَهْلِهَا فَٱقْسِمْ هَذِهِ ٱلْجُزُرَ بَيْنَهُمْ وركب فانطلق وَعَلِقْتُ أَقْسِمُ اللحم بين اهل صَنْعَآءَ فاتانى ذلك الذى دقّ فى رَقَبَتِى وقال أَعْطِنِى مِنْهَا فقلت لا والله ولا بَضْعَةً واحدةً أَلَسْتَ الذى دققتَ فى رَقَبَتِى فانطلق غضبانا حتى اتى ٱلْأَسْوَدَ فَأَخْبَرَهُ بما لَقِىَ مِنِّى وقلت له فلما فرغت اتيت ٱلْأَسْوَدَ امشى اليه فسمعتُ الرجلَ وهو يشكونى اليه فقال له ٱلْأَسْوَدُ أَمَا وَٱللّٰهِ لَأَذْبَحَنَّهُ ذبحا فقلت له إِنِّى فرغت مما امرتنى به وَقَسَمْتُهُ بين الناس قال قد أَحْسَنْتَ فانصرف

فَٱنْصَرَفْتُ فبعثنا الى امراة الملك إِنَّا نُرِيدُ قتل ٱلْأَسْوَدِ فَكَيْفَ لَنَا فارسلت إِلَىَّ أَنْ هَلُمَّ فاتيتها وَجَعَلَتِ الجارية على الباب لِتُؤْذِنَنَا اذا جآء ودخلتُ انا وهى البيتَ الآخرَ فَحَفَرْنَا حتى نَقَبْنَا ثم خرجنا الى البيت فارسلنا البشير فقلت إِنَّا نَقْتُلُهُ ٱللَّيْلَةَ فقالت فَتَعَالَوْا فما شَعَرْتُ بشى حتى اذا ٱلْأَسْوَدُ قد دخل البيت فاذا هو معنا فَأَخَذَتْهُ

ipseque ab iis recessit. Deinde, pugione arrepto, ad terram se inclinavit; mox vero capite erecto, dixit haec: „dicit ille, id est daemon, quem secum habebat: Ebn ol mekschûch est homo improbus; o Aswad, summum capitis fastigium ei praecido!“ Iterum deinde caput in terram inclinavit, visum figens; atque erecto denuo capite: „dicit ille, inquit: Ebn eddeilemi est homo improbus; o Aswad, manum dextram ei praecide, pedemque dextrum!“ Quibus auditis, ego: „per Deum! haud securum jam de eo me puto, quod me quoque arcessitum pugione suo ille jugulet, quemadmodum camelos illos jugulaverit.“ Itaque in hominum turbam me abdidi, ne forte ille me conspiceret; denique ex eo loco abii, prae timore dubius quid agerem. Quum jam ad domum meam pervenissem, ex satellitibus El aswadi vir quidam ad me accessit, qui cervici meae ictum inflixit, dixitque: „rex quidem te advocat; tu vero pavescis? ad illum redi!“ Quibus dictis, me retraxit ille; ego vero, his cognitis, metum concepi, ne statim ille me occideret. Addit Feirûs: mos autem ille nobis erat, ut nemo nostrum unquam fere cultrum suum a se deponeret; itaque manu in ocream abdita cultrum cepi, atque ad El aswadum perrexi, id jam intendens, ut in eum irruerem, unoque ictu eum conficerem, atque deinde eos quoque occiderem, quos apud El aswadum praesentes offenderem. Sed quum ad eum accederem, ex vultu meo ille quae impenderent mala cognovit; itaque mihi dixit: „locum tuum teneas!“ Constiti igitur; atque ille: „tu, inquit, aetate provectior es, quam caeteri qui hic adsunt, nobilissimosque homines urbis omnino nosti; quamobrem camelos hos mactatos hominibus illis disperti.“ Quibus dictis, in equum inscendit El aswad, abiitque. Ego vero carnes incolis urbis Sanaae dispertire coepi; tum vir ille ad me accessit, qui cervici meae ictum inflixerat, dixitque: mihi quoque aliquid da! Sed ego: „minime hoc, per Deum! ne frustum quidem unum; nonne tu is es, qui cervici meae ictum inflixit?“ Abiit itaque ille irascens, convenitque El aswadum, ad quem ipse retulit, quae a me perpessus erat, et quae ei dixeram. Atque ego, quum, absoluto negotio, ad El aswadum redirem, illum hominem audivi nomen meum ad El aswadum deferentem; cui respondit El aswad: „per Deum, sane illum ego mactabo!“ Ego vero regi: „absolvi jam, quae mihi mandaveras, carnemque hominibus dispertivi.“ Atque ille: „bene, inquit, rem egisti;“ quibus dictis abiit.

Tum ego quoque abii, moxque ad uxorem regis simul nos hunc nuntium misimus: „El aswadum occidere intendimus; quo pacto nobis agenda est res?“ Respondit mihi illa: „accedas huc.“ Itaque illam conveni. Deinde, puella quadam, quae nos certiores faceret, si forte accederet El aswad, ad januam collocata, ego una cum muliere domum alteram intravi, ubi fodiendo operam dedimus, donec murum perforavimus. Qua re peracta ad domum primam redivimus, exoptatumque nuntium ad socios misimus. Mulieri dixi: „hac nocte eum conficiemus;“ atque illa: „adestote igitur!“ Tum vero, me nihil suspicante, domum intravit El aswad, atque

غَيْرَةٌ شديدةٌ فجعل يَدُقُّ فى رَقَبَتِي وَكَفْكَفْتُهُ عنى وخرجت فاتيت اصحابى بالذى صنعت وَأَيْقَنْتُ بانقطاع الحيلة عنا فيه اذْ جآءنا رسول المراة أَلاَ يَكْسِرَنَّ عَلَيْكُمْ أَمْرَكُمْ مَا رَأَيْتُمْ فَاِنِّي قد قلت له بعد ما خَرَجْتَ أَلَسْتُمْ تَزْعُمُونَ أَنَّكُمْ اقوام احرار لكم حَسَنَاتٌ قال بَلَى فقلت جاء لى اخى يُسَلِّمُ عَلَيَّ ويكرمنى فوقعتَ عليه تَدُقُّ فى رَقَبَتِهِ حتى اخرجته فكانت هذه كَرَامَتُكَ إِيَّاهُ فلم أَزَلْ أَلُومُهُ حتى قال أَعْتَوَ أَخُوكَ ولام نفسه فقلت نَعَمْ فقال مَا شَعَرْتُ فاقبلوا الليلة لما اردتم

قَالَ ٱلدَّيْلَمِىُّ فَٱطْمَأَنَّتْ أَنْفُسُنَا واجتمع لنا امْرُنا فاقبلنا من الليل أَنَا وَدَاذُوَيْهِ وَقَيْسٌ حتى ندخل البيت الاقصى من ٱلنَّقْبِ الذى نقبنا فقلت يَا قَيْسُ أَنْتَ فَارِسُ ٱلْعَرَبِ ٱدْخُلْ فاقبل الينا الرجل قال اِنِّي يَأْخُذُنِي رِعْدَةٌ شَدِيدَةٌ عند ٱلْبَأْسِ فَأَخَافُ أَنْ اضرب الرجل ضربة لا تُغْنِي شَيْئاً وَلَكِنِ ٱدْخُلْ أَنْتَ يَا فَيْرُوزُ فَاِنَّكَ أَشَبُّنَا وَأَقْوَانَا قال فوضعت سيفى عند القوم ودخلت لِأَنْظُرَ أَيْنَ رَأْسُ ٱلرَّجُلِ فاذا السراج يَزْهَرُ واذا هو راقد على فَرْشٍ قد غاب فيها لا ادرى اين راسه وَاِذَا ٱلْمَرْأَةُ جَالِسَةٌ عِنْدَهُ كانت تطعمه رُمَّانًا حتى رقد فَأَشَرْتُ اِلَيْهَا اين راسه من رجليه فاذا هِيَ قد اشارت اليه فَأَقْبَلْتُ امشى حتى قمت عند راسه لِأَنْظُرَ فما ادرى أَنَظَرْتُ فى وجهه ام لا فاذا هو قد فتح عينيه فنظر اِلَيَّ فقلت اِنْ رَجَعْتُ اِلَى سَيْفِي خِفْتُ أَنْ يَفُوتَنِي وَيَأْخُذَ عُدَّةً يَمْتَنِعُ بِهَا مِنِّي واذا شيطانه قد أَنْذَرَهُ لمكانى وقد أَيْقَظَهُ فلما أَبْطَأَ كَلَّمَنِي على لسانه وَاِنَّهُ لَيَنْظُرُ وَيَغُطُّ فَأَضْرِبُ بيدى الى راسه فاخذتُ راسه بيدى وَلِحْيَتَهُ بِيَدِي ٱلْأُخْرَى ثم أَلْوِي عُنُقَهُ فدققتها ثم أَقْبَلْتُ الى اصحابى فاخذت المراة بثوبى فقالت أُخْتُكُمْ نَصِيحَتُكُمْ قلت قَدْ وَٱللّٰهِ قَتَلْتُهُ وَأَرَحْتُكِ مِنْهُ قال فدخلتُ على صَاحِبَيَّ فاخبرتهما قالا فَٱرْجِعْ فَٱحْتَزَّ رَأْسَهُ فَأْتِنَا بِهِ فدخلتُ فَبَرْبَرَ فَأَلْجَمْتُهُ فَحَزَزْتُ رَأْسَهُ فاتيتهما به ثم خرجنا

ad nos adgressus est; zelotypia vehementi correptus, cervici meae ictus infligere coepit. Sed ego illum a me repuli, relictaque domo, ad socios abii, eosque de iis, quae egeram, certiores feci; insidias vero, quas El aswado struebamus, irritas jam factas esse, putabam. Mox tamen a muliere hic nuntius ad nos perlatus est: „ne a consilio inito vos depellant ea, quae modo comperistis. Nam, postquam tu abieras, dixi El aswado: nonne vos contenditis, homines ingenuos vos esse, virtutibus claros? Respondit ille: ita est. Atque ego: jam vero me convenit frater, ut me salutaret reverenter; tu autem in eum irruens, ejus cervici ictus inflixisti, donec ex domo eum ejeceris. Sic tu illi reverentiam praestitisti. Quae quum El aswado exprobrarem, hic: „an re vera, inquit, frater tuus ille est?" seque jam vituperabat ipse. Respondi: est sane. Tum El aswad: „nesciebam hoc." Itaque hac nocte ad ea, quae suscepistis, adgredimini."

Addit Deilemita haec: quibus compertis animus nobis ita confirmatus est, ut in consilio inito persisteremus. Ingruente nocte ipse ego atque Dâduweih et Kais profecti sumus, extremamque El aswadi domum per foramen illud a nobis cavatum intravimus. Tum ego: „o Kais, tu fortissimus Arabum es; itaque intra!" Ille vero accedens: „me quidem, inquit, in re gravi occupatum tremor vehemens corripere solet, quam ob rem vereor, ne El aswado ictum infligam, qui nihil proficiat. Tu itaque intra, o Feirûs! aetate enim tu nobis antecedis ac roboro." Addit idem: gladio igitur apud socios relicto, intravi, ut explorarem, ubinam caput El aswadi positum esset; lucernam conspexi ardentem, atque El aswadum in lecto dormientem, et sic quidem in lecto conditum, ut, ubinam caput collocatum esset, non cognoscerem. Uxor vero ei adsidebat; malis granatis haec eum cibaverat, donec ille obdormiverat. Tum nutu ab ea quaesivi, ubi caput El aswadi positum esset, ubique pedes; atque illa locum capitis digito mihi monstravit. Accessi igitur pedetentim progrediens, donec capiti viri adstiti circumspiciens; sed ne sic quidem dignoscere poteram, utrum ejus vultum contuerer necne. Subito vero ille oculos adtollens me intuitus est. Quo cognito mihimet ipse dixi: quodsi jam ad quaerendum gladium redeo, metuendum mihi est, ne ille se subtrahat, subsidiaque, quibus se a me defendat, sibi paret; jam enim ejus daemon de adventu meo eum certiorem fecit, excitavitque ex somno. Quum moram traheret El aswad, ipse daemon illius ore utens me adloquutus est; El aswad autem circumspiciebat stertens. Tum ego manum ejus capiti injeci, quod manu prehendi, alteraque manu prehendi barbam; deinde ejus cervicem obtorsi rupique. Quo peracto, ad socios abii; sed mulier, veste mea prehensa, mihi dixit: „en sororem vestram sinceram!" Cui ego: „illum, per Deum, jam confeci, teque ab eo liberavi." Ad duos meos socios itaque perrexi, et quae egeram exposui. Hi mihi: „redi, inquiunt, caputque illius abscissum nobis adfer." Itaque ad El aswadum redii, qui murmura edebat; sed mulier eum constrinxit, egoque caput ei

حتى اتينا منزلنا وعندنا وَبَرُ بْنُ يُحَنِّسٍ ٱلْأَزْدِيُّ فقام معنا حتى ارتقينا على حِصْنٍ مرتفع من تلك الحصون وَأَذَّنَ وَبَرُ بْنُ يُحَنِّسٍ بِٱلصَّلٰوةِ فقلنا أَلَا إِنَّ ٱللّٰهَ قَدْ قَتَلَ ٱلْأَسْوَدَ ٱلْكَذَّابَ فاجتمع الناس الينا فرمينا براسه فَلَمَّا رَأَى قَوْمُهُ الذين كانوا معه أَسْرَجُوا خيولهم ثم جعل كل رجل منهم ياخذ غُلَامًا مِنْ أَبْنَآئِنَا من اهل البيت الذى كان نازلا فيهم فَأَبْصَرْتُهُمْ فِي ٱلْغَلَسِ مُرْدِفِينَ ٱلْغُلَامَ فَنَادَيْتُ أَخِي وهو اسفل مِنِّي مع الناس أَنْ تَعَلَّقُوا بِمَنِ ٱسْتَطَعْتُمْ مِنْهُمْ أَلَا تَرَوْنَ مَا يَصْنَعُونَ بِٱلْأَبْنَآءِ فتعلقوا بهم فحبسنا منهم سبعين رجلا وذهبوا مِنَّا ثلثون غُلَامًا فلما برزوا اذا هم يفقدون سبعين رجلا حتى تفقدوا اصحابهم فَأَتَوْنَا فقالوا أَرْسِلُوا إِلَيْنَا أَبْنَآءَنَا فارسلنا اليهم اصحابهم قال وَقَالَ رسول الله صلى الله عليه لاصحابه إِنَّ ٱللّٰهَ قَدْ قَتَلَ ٱلْأَسْوَدَ ٱلْكَذَّابَ ٱلْعَنْسِيَّ قتله رجل من اخوانكم وقوم اسلموا وصدّقوا فَكُنَّا كَأَنَّا على الامر الذى كان قبل قدوم ٱلْأَسْوَدِ علينا وَأَمِنَ ٱلْأُمَرَآءُ وتراجعوا واعتذر الناس وَكَانُوا حَدِيثَ عَهْدٍ بِٱلْجَاهِلِيَّةِ

حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللّٰهِ قال اخبرنى عمى قال اخبرنا سَيْفٌ وَحَدَّثَنِي ٱلسَّرِيُّ قال حدثنا شُعَيْبٌ عن سَهْلِ بْنِ يُوسُفَ عن ابيه عن عبيد بن صَخْرٍ قال كَانَ أَوَّلُ أَمْرِهِ إِلَى آخِرِهِ ثَلٰثَةَ أَشْهُرٍ ۞ وَحَدَّثَنِي ٱلسَّرِيُّ قال حدثنا شعيب عن سيف وحدثنا عبيد الله قال اخبرنا عمى قال اخبرنى سيف عن جَابِرِ بْنِ يَزِيدَ عَن عُرْوَةَ بْنِ غَزِيَّةَ عن ٱلضَّحَّاكِ بْنِ فَيْرُوزَ قال كان ما بين خروجه بِكَهْفِ خُبَّانٍ ومقتله نَحْوًا من أَرْبَعَةِ أَشْهُرٍ وقد كان قبل ذلك مستبشرا بامره حتى بَادَأَهُ بَعْدُ ۞ حَدَّثَنِي عُمَرُ بْنُ شَبَّةَ قال حدثنا علىّ بن محمد عن أَبِي مَعْشَرٍ وَيَزِيدَ بْنِ عِيَاضِ بْنِ جُعْدُبَةَ وَغَسَّانَ بْنِ عَبْدِ ٱلْحَمِيدِ وجُوَيْرِيَةَ بْنِ أَسْمَآءَ عَنْ مَشْيَخَتِهِمْ قالوا أَمْضَى ابو بكر جيش أُسَامَةَ بْنِ زَيْدٍ فى آخِرِ ربيع الاول واتى مقتل ٱلْعَنْسِيِّ فى آخِرِ ربيع ٱلْآخِرِ بعد مخرج أُسَامَةَ وكان ذلك أَوَّلَ فَتْحٍ أَتَى أَبَا بَكْرٍ وهو بالمدينة

praecidi, quod mox ad socios adtuli. Deinde ad aedes nostras rediimus; nosque convenit etiam Wabar ben jochannes Esdita. Hic nobiscum ad altam quandam arcem ibi sitam adscendit, precationemque indixit. Nos vero proclamavimus haec; „agitedum! Deus jam confecit El aswadum impostorem!" Quum ad nos concurrerent homines, caput El aswadi ad eos projecimus. Quod quum animadvertissent populares El aswadi, qui cum eo accesserant, ephippia imposuerunt equis, singulique aliquem puerum ex Ebnaïtis nostris rapere coeperunt, quos pueros iis urbis incolis eripiebant, a quibus hospitio excepti fuerant. Unde sub extrema nocte equites illos conspexi, qui pueros avehebant, sibi post tergum impositos equis. Quapropter ad fratrem, qui infra me in medio hominum collocatus erat, conclamavi haec: „arripite ex illis quotcunque poteritis! nonne videtis, quid hi faciant Ebnaïtis?" Itaque homines in illos equites insilnerunt, ceperuntque ex iis viros septuaginta; nos vero amisimus pueros triginta. Illi igitur quum in campum pervenissent, viros septuaginta desiderarunt, quos ex suis se amisisse aegre ferebant. Nos itaque illi adierunt, proponentes haec: „Ebnaïtas nostros ad nos remittite!" Itaque eorum socios ad eos remisimus. Addit idem: legatus Dei vero, cui bene dicat Deus, dixit amicis: „Deus profecto jam interemit El aswadum impostorem Anssitam; interemit eum enim vir quidam ex fratribus vestris, iisque quidem hominibus qui moslemi sinceri facti sunt." Nos autem tnne in eundem fere statum restituti eramus, quem ante obtinueramus quam El aswad in nos invaserat; praefecti nostri, securi jam facti, ad provincias redierunt certatim, populusque se excusavit; hi homines enim a paganismo recentes erant.

Tradidit nobis Obeid alla dixitque: haec mihi narravit patruus meus, dixitque: narravit nobis ea Seif; atque tradidit mihi quoque Essurri dixitque: haec nobis tradidit Schoaib, qui a Sahl ben jussuf ea acceperat, cui tradita fuerant a patre suo, qui ex Obeid ben sachr ea audiverat; dixit autem ille haec: expeditio El aswadi a principio ad finem usque computata explevit menses tres. Tradidit mihi Essurri dixitque: haec nobis tradidit Schoaib, qui a Seifo ea acceperat; atque tradidit nobis Obeid alla dixitque: haec nobis narravit patruus meus dixitque: narravit mihi ea Seif, qui a Dschaber ben jesid haec acceperat, cui tradita fuerant ab Urwa ben gasijja, qui ea ex Eddachchâk ben feirûs audiverat; hic enim dixit: inter primam El aswadi eruptionem, in Kehf choban factam, ejusque occisionem menses effluxerunt fere quattuor. Prospera autem antea de re sua sibi ominatus erat El aswad, donec deinde ad eam adgressus est. Tradidit mihi Omar ben scheibe dixitque: tradidit nobis Ali ben mohammed quae ipse acceperat ab Abu maascher, atque Jesid ben ijâd ben dschoodabe, et Gassân ben abd el hamid, et Dschoweirije ben esmâ, qui a magistris suis haec acceperant. Hi nempe dixerunt: misit Abu bekr exercitum Osâmae ben seid exeunte primo mense Rebi, confectusque est Anssita exeunte secundo mense Rebi, postquam iter ingressus erat Osâma. Quae prima fuit victoria Abu bekro in urbe El medina commoranti renuntiata.

وَقَالَ ٱلْوَاقِدِيُّ فى هذه السنة أَعْنِى سَنَةَ إِحْدَى عَشْرَةَ قَدِمَ وَفْدُ ٱلنَّخَعِ فِى ٱلنِّصْفِ مِنَ ٱلْمُحَرَّمِ على رسول الله راسهم زُرَارَةُ بن عمرو وَهُمْ آخِرُ مَنْ قَدِمَ مِنَ ٱلْوُفُودِ وفيها ماتت فَاطِمَةُ ٱبْنَةُ رسول الله صلى الله عليهما فى ليلة ٱلثُّلَثَآء لِثَلَثٍ خَلَوْنَ من شهر رَمَضَانَ وهى يومئذ ابنة تسع وعشرين سنة او نَحْوِهَا وَذَكَرَ أَنَّ ابا بكر بن عبد الله حَدَّثَهُ عن إِسْحَقَ بْنِ عبد الله عن أَبَانِ بْنِ صَالِحٍ بذلك وَزَعَمَ أَنَّ ٱبْنَ جُرَيْجٍ حَدَّثَهُ عن عمرو بن دينار عن ابى جعفر قال تُوُفِّيَتْ فَاطِمَةُ عليها السلم بعد النبى صلى الله عليه وسلم بِثَلَثَةِ أَشْهُرٍ ۞ قال وحدثنى ٱبْنُ جُرَيْجٍ عن ٱلزُّهْرِىّ عن عروة قال توفيت فاطمة بعد النبى صلى الله عليه بِسِتَّةِ أَشْهُرٍ ۞ قَالَ ٱلْوَاقِدِيُّ وَهُوَ أَثْبَتُ عِنْدَنَا قال وغسّلها عَلِىٌّ عليه السلم وَأَسْمَآءُ بِنْتُ عُمَيْسٍ قَالَ وَحَدَّثَنِى عبد الرحمن بن عبد العزيز بن عبد الله بن عُثْمَنَ بْنِ حُنَيْفٍ عن عبد الله بن ابى بكر بن حَزْمٍ عن عَمْرَةَ ٱبْنَةِ عبد الرحمن قالت صَلَّى عَلَيْهَا ٱلْعَبَّاسُ بْنُ عَبْدِ ٱلْمُطَّلِبِ وحدثنا أَبُو زَيْدٍ قال حدثنا عَلِىٌّ عن ابى معشر قال دَخَلَ قَبْرَهَا العبّاسُ بن عَلِىّ والفضل بن العبّاس قال وفيها تُوُفِّىَ عبد الله بن ابى بكر بن أَبِى قُحَافَةَ وكان اصابه بِٱلطَّائِفِ سَهْمٌ مع النبى صلى الله عليه رماه أَبُو مِحْجَنٍ وَٱنْدَمَلَ ٱلْجُرْحُ حتى ٱنْتَقَضَ به فى شَوَّال فمات ۞ وحدثنى أَبُو زَيْدٍ قال حدثنى عَلِىٌّ قال حدثنا أَبُو مَعْشَرٍ ومحمد بن اسحق وَجُوَيْرِيَةُ بْنُ أَسْمَآءَ بِإِسْنَادِهِ الذى ذكرت قَبْلُ قالوا فى العام الذى بُويِعَ فيه ابوبكر مَلَّكَ أَهْلُ فَارِسَ عَلَيْهِمْ يَزْدَجَرْدَ

Atque ait El wâkedi: eodem anno, id est anno undecimo, et quidem medio mense El moharrem ad legatum Dei accesserunt Nochaïtarum legati, quibus praeerat Sorâra ben amr; hi autem extremi fuerunt, qui accesserunt legati. Atque eodem anno mortem obiit Fatima, filia legati Dei, quorum utrique bene dicat Deus, et quidem nocte martis, exactis tribus noctibus mensis Ramadân; quae tunc annos viginti novem, vel hoc circiter, nata erat. Ait idem, sibi Abu bekrum ben abd alla haec tradidisse, qui ab Ishak ben abd alla ea acceperit, cui tradita fuerint ab Abân ben sâlech. Atque dicit, sibi tradidisse Ebn dschoreich, quae ipse ab Amr ben dinâr acceperit, cui tradita fuerint ab Abu dschaafer, et quidem haec: exstincta est Fatima, quae salutetur, tribus post mensibus quam mortuus erat propheta, cui dene dicat Deus faveatque. Dicit ille: haec vero mihi tradidit Ebn dschoreich, ut ab Essohri accepta, cui tradita fuerant ab Urwa; eum nempe dixisse: exstincta est Fatima sex post mensibus quam mortuus erat propheta, cui bene dicat Deus. Ait vero El wâkedi, qui magis fide dignus a nobis existimatur, illum dixisse: abluerunt Fatimam Ali, qui salutetur, atque Esma filia Omeissi. Dicit: tradiditque mihi haec Abd errachmân ben abd el asis ben abd alla ben othmân ben hobeik, qui ea audiverat ex Abd alla ben abu bekr ben hasm, cui tradita fuerant ab Amra, filia Abd errachmâni; haec autem dixit: precationem super Fatima fecit El abbâs ben abd el mottalib. Tradidit nobis Abu seid dixitque: haec nobis tradidit Ali, qui ea ab Abu maascher acceperat; hic autem dixit: intrarunt in sepulcrum Fatimae El abbâs ben ali atque El fadl ben el abbâs. Dixit ille: eodem anno mortem obiit etiam Abd alla ben abu bekr ben abu kohâfe, quem ad urbem Ettâïf, quum prophetae, cui bene dicat Deus, ipse adesset, sagitta ferierat, ab Abu michdschan jacta; coiverat quidem vulnus, sed recruduit mense Schewwâl, unde ille mortuus est. Tradidit mihi Abu seid dixitque: tradidit mihi Ali dixitque: haec nobis tradiderunt Abu maascher, et Mohammed ben ishâk, atque Dschoweirije ben esmâ, eosdem narrationis auctores recensens, quos commemoravi supra; dixerunt autem hi: quo anno fides sponsa est Abu bekro, eodem Persae regem suum crearunt Jesdedscherdum.

قال أبو جعفر وفيها كان لقآء ابى بكر رحمة الله عليه خارجة بن حصن الفزارى حدّثنى أبو زيد قال حدثنا على بن محمد بإسناده الّذى ذكرت قبل قالوا قام ابو بكر بعد وفاة رسول الله صلى الله عليه وتوجيهه أسامة فى جيشه الى حيث قتل أبوه زيد بن حارثة من ارض الشام وهو الموضع الذى كان رسول الله صلى الله عليه أمره بالمسير اليه لم يحدث وقد جآء ته وفود العرب مرتدين يقرون الصلاة ويمنعون الزكوة فلم يقبل ذلك منهم وردّهم واقام حتى قدم أسامة بن زيد بن حارثة بعد اربعين يوما من شخوصه ويقال بعد سبعين يوما فلمّا قدم أسامة بن زيد استخلفه ابو بكر على المدينة وشخص ويقال استخلف سنانا الضمرى على المدينة فسار ونزل بذى القصّة فى جمدى الأولى ويقال فى جمدى الآخرة وكان نوفل بن معوية الديلمى بعثه رسول الله صلى الله عليه وسلم فلقيه خارجة بن حصن بالشربة فاخذ ما فى يديه فردّه على بنى فزارة فرجع نوفل الى ابى بكر بالمدينة قبل قدوم أسامة على ابى بكر فأوّل حرب كانت فى الردّة بعد وفاة النبى صلى الله عليه حرب العنسى باليمن ثم حرب خارجة بن حصن ومنظور بن زبّان بن سيّار فى غطفان والمسلمون غازون فحاز ابو بكر الى أجمة فاستتر بها ثم هزم الله المشركين

وحدّثنى عبيد الله قال اخبرنا عمى قال اخبرنى سيف وحدثنى السرى قال

Caput quintum.

Apostatae Absitae debellantur ad Dsul kassam.

Dicit Abu dschaafer: eodem anno Abu bekr, cui misericordiam impertiat Deus, conflixit cum Châredscha ben hisn Fesârita. Tradidit mihi Abu seid dixitque: tradidit nobis haec Ali ben mohammed, eosdem narrationis auctores recensens, quos commemoravi supra; qui dixerunt haec: necdum aliquid novi imperaverat Abu bekr, postquam mortuus erat legatus Dei, cui Deus bene dicat, atque ipse Osâmam cum exercitu proficisci jusserat eum in locum, quo Osâmae pater, Seid ben hâretha, occisus fuerat, ad provinciam Syriam pertinentem; quem in locum progredi Osâmam jusserat etiam legatus Dei, cui Deus bene dicat. Tum jam Abu bekrum adierunt Arabum legati apostatae, qui precationem quidem pollicebantur, collationem vero recusabant. Quorum petitioni haud adnuit Abu bekr, sed eos reppulit. Ipse autem ibi commoratus est, donec rediit Osâma ben seid ben hâretha, postquam hic abfuerat dies quadraginta, vel, ut dicunt alii, dies septuaginta. Reducem Osâmam ben seid urbi El medinae praefecit Abu bekr, ipseque discessit; sunt vero etiam, qui dicant, El medinae cum praefecisse Sinânum Damritam. Discessit itaque Abu bekr, castraque posuit ad Dsul kassam primo mense Dschomâda, vel, ut dicunt alii, secundo mense Dschomâda. Miserat autem antea legatus Dei, cui bene dicat Deus faveatque, Naufelum ben moâwije Deilemitam; cui in loco Eschscherba occurrit Châredscha ben hisn, accepitque quae ille adferebat, eaque ad Fesâritas retulit; quo peracto Naufel ad Abu bekrum El medinae commorantem redierat, antequam ad Abu bekrum reversus erat Osâma. Bellorum, quae propter apostasiam post mortem prophetae, cui bene dicat Deus, exortam subinde gesta sunt, primum contra Anssitam in terra El jemen susceptum est; secundum bellum gestum est contra Châredscham ben hisn, atque Mendûrum ben sejjân ben sejjâr in tribu Gatafanitarum. Incurrerunt Moslemi; Abu bekr vero in saltum quendam se contulit, ubi ipse constitit; deinde Deus in fugam convertit polytheïstas.

Tradidit mihi Obeid alla dixitque: narravit nobis patruus meus dixitque: haec mihi tradidit Seif; atque tradidit mihi Essurri dixitque: tradidit nobis Schoaib dixitque: haec nobis

حدثنا شُعَيْبٌ قال حدثنا سَيْفٌ عن ٱلْخَالِدِ بْنِ سَعِيدٍ قال لَمَّا فَصَلَ أُسَامَةُ كفرت الارض وتصرّمت وَٱرْتَدَّتْ من كل قبيلة عَامَّةٌ أَوْ خَاصَّةٌ الَّا قُرَيْشًا وَثَقِيفًا وَحَدَّثَنِى عُبَيْدُ ٱللَّهِ قال اخبرنا عمى قال اخبرنا سَيْفٌ وحدثنى ٱلسَّرِىُّ قال اخبرنا شُعَيْبٌ قال حدّثنا سَيْفٌ عن هِشَامِ بْنِ عُرْوَةَ عن ابيه قال لَمَّا مات رسول الله وَفَصَلَ أُسَامَةُ ٱرْتَدَّتِ ٱلْعَرَبُ عَوَامُّ أَوْ خَوَاصٌّ وَتَوَحَّتْ عن مُسَيْلِمَةَ وَطُلَيْحَةَ فاستغلظ امرهما واجتمع على طُلَيْحَةَ عَوَامُّ طَيِّءٍ وَأَسَدٍ وارتدّت غَطَفَانُ إِلَّا ما كان من أَشْجَعَ وَخَوَاصٌّ من ٱلْأَفْنَاءِ فبايعوه وَقَدِمَتْ هَوَازِنُ رِجْلًا وَأَخَّرَتْ رِجْلًا امسكوا الصدقة الا ما كان من ثقيف وكفّها فانهم ٱقْتَدَى بِهِمْ عَوَامُّ جَدِيلَةَ وَٱلْأَعْجَازِ وَٱرْتَدَّتْ خَوَاصٌّ من بَنِي سُلَيْمٍ وكذلك سائر الناس بكل مكان قال وَقَدِمَتْ رُسُلُ النبى صلى الله عليه من ٱلْيَمَنِ وَٱلْيَمَامَةِ وبلاد بنى أَسَدٍ وَوُفُودُ من كان كاتبه النبى صلى الله عليه وَأَمَّرَ أَمْرَهُ فى ٱلْأَسْوَدِ وَطُلَيْحَةَ بالاخبار والكتب فَدَفَعُوا كُتُبَهُمْ الى ابى بكر وَأَخْبَرُوهُ ٱلْخَبَرَ فقال لهم ابو بكر لا تَبْرَحُوا حَتَّى تَجِيءَ رُسُلُ أُمَرَاءِ كُمْ بِأَدْهَى مِمَّا وَصَفْتُمْ وامروا بنقاص الامور فلم يلبثوا أَنْ قَدِمَتْ كُتُبُ أُمَرَاءِ النبى صلى الله عليه من كل مكان بانتقاص عَامَّةٍ أَوْ خَاصَّةٍ وَبَسْطِهِمْ بِأَنْوَاعِ ٱلْمَثْلِ على المسلمين فَحَارَبَهُمْ ابو بكر بما كان رسول الله حاربهم بِٱلرُّسُلِ فَرَدَّ رُسُلَهُمْ بِأَمْرِهِ وَأَتْبَعَ ٱلرُّسُلَ رُسُلًا وانتظر بمصادمتهم قُدُومَ أُسَامَةَ وكان أَوَّلَ مَنْ صادم عَبْسٌ وَذُبْيَانُ عاجلوه فقاتلهم قبل رجوع أُسَامَةَ

حَدَّثَنِي عُبَيْدُ ٱللَّهِ قال اخبرنا عمى قال اخبرنى سَيْفٌ وَحَدَّثَنِى ٱلسَّرِىُّ قال حدثنا شُعَيْبٌ قال حدثنا سَيْفٌ عن ٱبْنِ عُمَرَ عن زَيْدِ بْنِ أَسْلَمَ قال مات رسول الله وَعُمَّالُهُ على قُضَاعَةَ وعلى كَلْبٍ ٱمْرُؤُ ٱلْقَيْسِ بْنُ ٱلْأَصْبَغِ ٱلْكَلْبِىُّ من بنى عبيد الله وَعَلَى ٱلْقَيْنِ عَمْرُو بْنُ ٱلْحَكَمِ وَعَلَى سَعْدِ هُذَيْمٍ مُعَوِيَةُ بْنُ فُلَانٍ ٱلْوَابِلِىُّ وَقَالَ ٱلسَّرِىُّ ٱلْوَالِبِىُّ فَٱرْتَدَّ وَدِيعَةُ ٱلْكَلْبِىُّ فيمن آزَرَهُ من كَلْبٍ وبقى ٱمْرُؤُ ٱلْقَيْسِ على دينه وَٱرْتَدَّ زُمَيْلُ بْنُ

tradidit Seif, qui ea audiverat ex El modschâled ben said: hic enim dixit: postquam discesserat Osâma, a religione defecit terra, atque ita distracta est, ut in quacunque tribu vel principes, vel homines plebeji, apostatae fierent, exceptis solis Koreischitis et Thakifitis. Tradidit mihi Obeid alla dixitque: narravit nobis patruus meus dixitque: haec nobis narravit Seif; atque tradidit mihi Essurri dixitque: narravit nobis Schoaib dixitque: haec nobis tradidit Seif, qui ab Heschâm ben urwa ea acceperat, cui a patre suo tradita fuerant; hic enim dixit: postquam mortuus erat legatus Dei, discesseratque Osâma, ubique apostatae facti sunt Arabes, vel principes, vel plebeji; excitabantur ab Moscilema atque Toleiha, quorum auctoritas jam invaluerat. Adhaesit autem Toleichae Tajjitarum atque Asaditarum plebs, defeceruntque etiam Gatafanitae, exceptis solis Aschdschaïtis, virique principes ex Efnaïtis; qui fidem illi spoponderunt. Hewâsenitae alterum pedem proferebant, alterum retrahebant; pia dona dare recusarunt hi, exceptis Thakifitis miscellisque horum asseclis; quos imitati sunt Dschedilitarum plebs atque Adschaitae. Defecerunt quoque viri principes ex Soleimitis, caeterique homines in locis quibuscunque. Addit idem: advenerunt interea legati, quos antea miserat propheta, cui bene dicat Deus, ex terris El jemen et El jemâma, et Asaditarum territorio, atque etiam homines missi ab iis, ad quos propheta, cui bene dicat Deus, litteras dederat, jubens, ut opprimerent El aswadum atque Toleicham; qui legati nuntios attulerunt et litteras. Litteras Abu bekro reddiderunt, et quae acciderant exposuerunt. Quibus respondit Abu bekr: „nolite discedere, quoad accesserint legati a praefectis vestris missi, qui infeliciora renuntient, quam quae optaretis; ad turbandas res enim jam excitant.“ Neque multo post undique adlatae sunt litterae praefectorum, quos constituerat propheta, cui benedicat Deus faveatque; quae nuntiabant, vel ab hominibus plebejis, vel a principibus concitari turbas, suppliciisque variis affici Moslemos. Quibus Abu bekr, quemadmodum fecerat legatus Dei, bellum intulit per legatos; remisit enim legatos cum mandatis, legatisque mox subjunxit legatos alios. Exspectavit autem, antequam cum illis confligeret, adventum Osâmae. Primi vero, quibuscum conflixit, Absitae fuerunt et Dsobjanitae; qui quum subito Abu bekrum premerent, arma ipse prius in eos convertit, quam redierat Osâma.

Tradidit mihi Obeid alla dixitque: narravit nobis patruus meus dixitque: haec mihi narravit Seif; atque tradidit mihi Essurri dixitque: tradidit nobis Schoaib dixitque: haec nobis tradidit Seif, qui ab Ebn omar ea acceperat, cui tradita fuerant a Seid ben aslam; hic enim dixit: quum legatus Dei mortem obiret, praefecti ab eo constituti hi fuere: Kodâïtis Kelbitisque praeerat Emrul kais ben el asbag Kelbita, ex tribu Obeid alla oriundus; Kainitis praeerat Amr ben el hakem, atque tribui Saad hodseim praeerat Moâwije ben fulân Wâbelita, quem Essurri adpellat Wâlebitam. A religione defecit autem Wedia Kelbita cum iis, qui ex Kelbitis ad ejus partes transierunt; Emrul kais vero in religione sua perstitit. Porro defecit Someil ben

قُطْبَةَ ٱلْقَيْسِيُّ فيمن آزَرَهُ من بَنِى ٱلْقَيْنِ وبقى عَمْرٌو وَٱرْتَدَّ مُعَوِيَةُ فِيمَنْ آزَرَهُ مِنْ سَعْدِ هُذَيْمٍ فكتب أَبُو بَكْرٍ الى آمْرِئِ ٱلْقَيْسِ بْنِ فُلَانٍ وهو جَدُّ سُكَيْنَةَ ٱبْنَةِ حُسَيْنٍ فسار بِوَدِيعَةَ الى عَمْرٍو فاقام لِزُمَيْلٍ والى مُعَوِيَةَ ٱلْعُذْرِيِّ فلما توسّط أُسَامَةُ بلاد قُضَاعَةَ بَثَّ الخيول فيهم وامرهم أَنْ يُنْهِضُوا مَنْ اقام على الاسلام الى مَنْ رجع عنه فَخَرَجُوا فُرَّابًا حتى أَرَزُوا الى دُومَةَ واجتمعوا الى وَدِيعَةَ ورجعت خيول أُسَامَةَ اليه فمضى فيها أُسَامَةُ حتى اغار على ٱلْحَمْقَتَيْنِ فَأَصَابَ فى بَنِى ٱلضُّبَيْبِ مِنْ جُذَامٍ ومن بَنِى خُلَيْلٍ مِنْ لَخْمٍ وَلَفَّهَا من القبيلين وَجَازَهُمْ من أُبْنَى وَٱنْكَفَأَ سَالِمًا غَانِمًا

حَدَّثَنِى ٱلسَّرِىُّ قال حدثنا شُعَيْبٌ عن سَيْفٍ عن سَهْلِ بْنِ يُوسُفَ عن ٱلْقَسِمِ بن محمد قال مات رسول الله صلى الله عليه واجتمعت أَسَدٌ وَغَطَفَانُ وَطَيِّءٌ على طُلَيْحَةَ إِلَّا ما كان من خواصّ اقوام فى ٱلْقَبَائِلِ ٱلثَّلَثِ فاجتمعت أَسَدٌ بِسُمَيْرَآءَ وَفَزَارَةُ وَمَنْ يَلِيهِم من غَطَفَانَ بِجَنُوبِ طَيْبَةَ وَطَيِّءٌ على حدود ارضهم واجتمعت ثَعْلَبَةُ بْنُ سَعْدٍ وَمَنْ يَلِيهِمْ مِنْ مُرَّةَ وَعَبْسٍ بِٱلْأَبْرَقِ مِنَ ٱلرَّبَذَةِ وَتَأَشَّبَ اليهم نَاسٌ من بَنِى كِنَانَةَ فلم تحملهم البلاد فافترقوا فرقتين فاقامت فرقة منهم بِٱلْأَبْرَقِ وَسَارَتِ ٱلْأُخْرَى إِلَى ذِى ٱلْقَصَّةِ فَأَمَدَّهُمْ طُلَيْحَةُ بِحِبَالٍ فكان حِبَالٌ على اهل ذى ٱلْقَصَّةِ مِنْ بَنِى أَسَدٍ وَمَنْ تَأَشَّبَ مِنْ لَيْثٍ وَٱلدِّيلِ وَمُدْلِجٍ وكان على مُرَّةَ بِٱلْأَبْرَقِ عَوْفُ بْنُ فُلَانِ بْنِ سِنَانٍ وعلى ثَعْلَبَةَ وَعَبْسٍ ٱلْحَرِثُ بْنُ فُلَانٍ أَحَدُ بَنِى سُبَيْعٍ وقد بعثوا وفودا فَقَدِمُوا المدينة فنزلوا على وجوه الناس فَأَنْزَلُوهُمْ مَا خَلَا عَبَّاسًا فتحملوا بهم على ابى بكر عَلَى أَنْ يُقِيمُوا الصلاة وَعَلَى أَنْ لا يُؤْتُوا ٱلزَّكَوةَ فَعَزَمَ الله لابى بكر على الحق وقال لَوْ مَنَعُونِى عِقَالًا لَجَاهَدْتُهُمْ عَلَيْهِ وَكَانَ عُقُلُ ٱلصَّدَقَةِ عَلَى أَهْلِ ٱلصَّدَقَةِ مَعَ ٱلصَّدَقَةِ فَرَدَّهُمْ فَرَجَعَ وَفْدُ مَنْ يَلِى المدينة من ٱلْمُرْتَدَّةِ فاخبروا عشايرهم بقلّة من اهل المدينة وَأَطْمَعُوهُمْ فيها وجعل ابو بكر بعد ما اخرج الوفد على أَنْقَابِ المدينة نفرا عَلِيًّا وَٱلزُّبَيْرَ وَطَلْحَةَ وَعَبْدَ ٱللَّهِ بْنَ مَسْعُودٍ واخذ اهل المدينة بِحُضُورِ المسجد وقال لهم إِنَّ ٱلْأَرْضَ كَافِرَةٌ وَقَدْ رَأَى وَفْدُهُمْ مِنْكُمْ قِلَّةً

kotba Kainita cum iis, qui ex Kainitis ad ejus partes transierunt; fidem servavit vero Amr. Atque defecit Moâwije cum iis, qui ex tribu Saad hodseim ad ejus partes transierunt. Abu bekr autem litteras dedit ad Emrul kais ben fulân, avum Sokeinae, filiae Hosseini, qui Wediam adduxit ad Amrum, instititque Someilo; atque etiam ad Moâwije Udsritam. Osâma vero, quum in mediam Kedâïtarum terram pervenisset, equitatum emisit, jussitque, ut eos homines, qui in islamismo perstitissent, adversus apostatas excitarent. Hi autem in fugam se dantes, ad Dumam se receperunt, seque conjunxerunt Wediae. Quum itaque ad Osâmam rediisset equitatus, ipse cum eo Osâma in utramque turbam excucurrit. Praedam reportavit ex Dobeibitis, qui ad Dschodsamitas pertinent, et ex Chalilitis, qui ad Lachmitas pertinent, et ex miscella utriusque tribus turba, elientibusque eorum Obuitis. Deinde reversus est salvus spolisque referens.

Tradidit mihi Essurri dixitque: haec nobis tradidit Schoaib, qui a Seifo ea acceperat, cui tradita fuerant a Sahl ben jussuf, qui ex El kassem ben mohammed haec audiverat; hic enim dixit: quum legatus Dei, cui bene dicat Deus, mortem obiisset, ad partes Toleichae transierunt Asaditae, Gatafanitae et Tajjitae, exceptis nonnullis viris principibus, qui ex tribus his gentibus erant. Convenerunt Asaditae in locum Someirâ; atque Fesârıtae una cum iis, qui ex Gatafanitis ad eos accedebant, convenerunt ad latus australe Tibae et Dobbae, quod ad eorum territorii fines pertinet. Tribus Thaalaba ben saad cum iis, qui ex Morritis et Absitis ei adhaerebant, convenit in locum El abrak, qui ad Errabadsam pertinet; quibus se adjunxerunt etiam aliquot homines ex Kenânitis. Quum vero hanc turbam terra non ferret, in agmina duo discesserunt, quorum alterum in loco El abrak remansit, alterum ad Dsul kassam perrexit. Suppetias iis tulit Toleicha misso Hibâlo; qui praefuit iis, qui ad Dsul kassam erant ex Asaditis, reliquisque hominibus qui illis se adjungebant ex Leithitis, et Scilitis, et Mudlidschitis. Morritis vero in loco El abrak praefuit Auf ben fulân ben sinân; Thaalabitis et Absitis praefuit El hareth ben fulân, qui ex Sabiitis erat. Hae gentes miserunt legatos, qui, quum El medinam venissent, ad viros principes deverterunt; atque hi, excepto Abbâso, legatos hospitio exceperunt, eosque Abu bekro commendarunt, ut ad precationem faciendam promtos, collationem vero detrectantes. Sed Deus Abu bekrum amplecti fecit recta; respondit itaque: „etsi illi non denegarent nisi unius cameli vinculum, tamen propterea bellum iis inferrem.“ Praeter pia dona enim camelorum vincula ii dabant, a quibus pia dona exigebantur. Reppulit igitur illos Abu bekr. Tum legati tribuum apostatarum, quae ad El medinam accesserant, redierunt ad suos; nonnisi paucos homines in El medina inesse, renuntiarunt popularibus, hisque capiendae urbis cupidinem injecerunt. Abu bekr autem, postquam legatos ejecerat, ad limites El medinae certos viros constituit, Alium, Essobeirum, Taleham, et Abd allam ben mesûd; incolasque urbis ad templum congregatos adiit, iisque dixit: „haec terra religionem jam abjicit, atque legati illorum paucos vos esse animadverterunt;

وانكم لا تدرون أليلا تؤتون أم نهارا أو أدناهم منكم على بريد وقد كان القوم يأملون أن نقبل منهم ونوادعهم وقد اتينا عليهم ونبذنا اليهم عهدهم فاستعدّوا وأعدّوا فما لبثوا الّا ثلثا حتّى طرقوا المدينة غارة مع الليل وخلّفوا بعضهم بذي حسى ليكونوا لهم ردءا فوافوا الغوار ليلا الأنقاب وعليها المقاتلة ودونهم اقوام يدرجون فنبّهوهم وارسلوا الى ابى بكر بالخبر فارسل اليهم ابو بكر أن الزموا اماكنكم ففعلوا وخرجوا فى اهل المسجد على النواضح اليهم فنفش العدوّ فاتبعهم المسلمون على ابلهم حتى بلغوا ذا حسى فخرج عليهم الردء بأنحاء قد نفخوها وجعلوا فيها الحبال ثم دهدهوها بارجلهم فى وجوه الابل فتدهده كلّ نحى فى طوله فنفرت ابل المسلمين وهم عليها ولا تنفر من شى نفارها من الأنحاء فعاجت بهم ما يملكونها حتى دخلت بهم المدينة فلم يصرع مسلم ولم يصب فقال فى ذلك الحطيئة بن أوس

فدى لبنى ذبيان رحلى وناقتى   عشيّة يحدى بالرماح أبو بكر
ولكن يدهدى بالرجال فهبنه   الى قدر ما إن تقيم ولا تسرى
ولله أجناد تذاق مذاقه   لتحسب فيما عدّ من عجب الدهر

وأنشده الزهرىّ من حسب الدهر ✿ وقال عبد الله الليثىّ وكانوا بنو عبد مناة من المرتدة وهم بنوا ذبيان فى ذلك الامر بذى القصّة وبذى حسى

أطعنا رسول الله ما كان بيننا   فيآل عباد الله ما لأبى بكر
أيورثنا بكرا اذا مات بعده   وتلك لعمر الله قاصمة الظهر
فهلّا رددتم وفدنا بزمانه   وهلّا خشيتم حسّ راعية البكر
وإنّ الذى سألوكم فمنعتم   لكالتمر أو أحلى لذاك من التمر

فظنّ القوم بالمسلمين الوهن وبعثوا الى اهل ذى القصّة بالخبر فقدموا عليهم اعتمادا فى الذين اخبروهم وهم لا يشعرون لامر الله عزّ وجلّ الذى اراده فاحبّ ان

neque scitis utrum noctu futurum sit ut invadamini, an interdiu, aut qui ex illis proximus ad vos accessit stationem unam absit. Sperabant illi homines, nos ipsis gratificaturos esse atque adsensuros; sed contra eos insurreximus, amicitiamque eorum rejecimus. Quam ob rem promti jam estote paratique." Tribusque diebus interjectis illi in El medinam incurrerunt noctu; reliquerant autem in loco Dau hisa quandam agminis partem, ut haec ipsis praesidio esset. Incursantes hostes itaque noctu ad fauces pervenerunt, quibus instabant milites dimicantes; infra quos ascendebant homines quidam. Qui quum illos expergefecissent, Abu bekrum de hac re certiorem fecerunt; qui hunc ad eos nuntium remisit: „locum retinete!" Quod hi effecerunt; quin mox cum iis, qui ad templum aderant, in hostes egressi sunt jumentis aquariis vecti; cesserunt hostes, insecutique sunt Moslemi camelis suis vecti, donec ad Dsu hisam pervenerunt. Tum contra eos erupit praesidium, utres secum adferens, quos inflaverant, religaverantque funibus; hos utres in conspectum camelorum ita pedibus provolvebant, ut unus quisque uter cum fune suo adjuncto advulveretur. Quo viso cameli, quibus vehebantur Moslemi, expaverunt; nihil enim hi magis expavescunt quam utres. De via deflectentes cameli, quum coerceri non possent, ad El medinam reportarunt Moslemos. Quorum nullus occisus est, neque vulneratus. In quam rem dixit El hoteia ben aus:

1. Devotum sit pro Dsobjânitis ephippium meum et camele
Illo vespere, quo quidem educebat hastas Abu bekr;
2. Sed a viris volutatum est; quod ita expaverunt,
Ut neque subsisterent, neque iter facerent.
3. Dei sane sunt cohortes, quibus gustandus datur ejus gustus!
Certe eae reputabuntur inter miracula aetatis.

Essohri haec ita recitavit: inter decora aetatis. Atque Abd alla Leithita, quum etiam tribus Abd menât ex apostatis illis, id est Dsobjanitis, esset, in rem illam in locis Dsul kasa et Dsu hisa gestam dixit haec:

1. Obtemperavimus legato Dei, quoad ipse inter nos adfuit;
Sed, o gens servorum Dei, quid sibi vult Abu bekr?
2. Num juvencae nos legabit, quum ipse obierit?
Hoc quidem foret, per vitam Dei, dira calamitas!
3. Agite dum! repellite legatos nostros inique!
Agite dum! timeteque domum pastoris juvencae!
4. Quod illi a te petierunt, tu vero denegasti,
Id, certe, instar dactyli est, vel etiam dulcius dactylo.

Tum gentes illae debilitatos esse Moslemos putarunt, atque rem iis nuntiarunt, qui Dsul kassae erant; qui ad illos accesserunt, fidem habentes nuntiis. Nesciebant vero, quae a Deo venerando reverendoque ita jam decreta erant, ut haec ille mox contra eos acturus esset. Ita–

يبلغه فيهم فبات أَبُو بَكْرٍ لَيْلَتَهُ يَتَهَيَّأُ فَعَبَّى ٱلنَّاسَ ثم خرج على تَعْبِيَةٍ من الحجاز ليلته يمشي. وَعَلَى مَيْمَنَتِهِ ٱلنُّعْمَانُ بْنُ مُقَرِّنٍ وَعَلَى مَيْسَرَتِهِ عَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ مُقَرِّنٍ وَعَلَى ٱلسَّاقَةِ سُوَيْدُ بْنُ مُقَرِّنٍ مَعَهُ ٱلرُّكَّابُ فما طلع الفجر الا وهم والعدو في صعيد واحد فما سمعوا للمسلمين هَمْسًا ولا حِسًّا حتى وضعوا فيهم السيوف فاقتتلوا أَعْجَازَ ليلتهم فما ذَرَّ قَرْنُ ٱلشَّمْسِ حَتَّى وَلَّوْهُمُ ٱلْأَدْبَارَ وغلبوهم على عامّة ظهرهم وَقُتِلَ رِجَالٌ وَٱتَّبَعَهُمْ ابو بكر حتى نزل بِذِى ٱلْقَصَّةِ وكان اول الفتح وَوَضَعَ بِهَا ٱلنُّعْمَنَ بْنَ مُقَرِّنٍ فِي عَدَدٍ ورجع الى المدينة فَذَلَّ لَهَا ٱلْمُشْرِكُونَ فوثب بَنُوا ذُبْيَانَ وعَبْس على من فيهم من المسلمين وقتلوهم كُلَّ قِتْلَةٍ وفعل مَنْ وَرَآءَهُمْ فعلهم وَعَزَّ ٱلْمُسْلِمُونَ بوقعة ابى بكر وَحَلَفَ ابو بكر لَنَقْتُلَنَّ في المشركين كُلَّ قِتْلَةٍ وَلَنَقْتُلَنَّ في كلّ قبيلة بِمَنْ قُتِلُوا من المسلمين وَزِيَادَةً في ذلك يقول زِيَادُ بْنُ حَنْظَلَةَ ٱلتَّمِيمِيُّ

غَدَاةَ سَعَى أَبُو بَكْرٍ إِلَيْهِمْ   كَمَا يَسْعَى لِمَوْتَتِهِ جُلَالُ
أَرَاحَ عَلَى نَوَاهِقِهَا عَلِيًّا   وَمَجَّ لَهُنَّ مُهْجَتَهُ حِبَالُ

وَقَالَ أَيْضًا

أَقَمْنَا لَهُمْ عُرْضَ ٱلشِّمَالِ فَكُبْكِبُوا   كَكَبْكَبَةِ ٱلْغُزَّى أَنَاخُوا عَلَى ٱلْوَفْرِ
فَمَا صَبَرُوا لِلْحَرْبِ عِنْدَ قِيَامِهَا   صَبِيحَةَ يَسْمُو بِٱلرِّجَالِ أَبُو بَكْرِ
طَرَقْنَا بَنِي عَبْسٍ دَهَآءً تُبَاجِهُهَا   وَذُبْيَانَ بُهْتَهَا بِقَاصِمَةِ ٱلظَّهْرِ

ثُمَّ لَمْ يُصْنَعْ إِلَّا ذَلِكَ حَتَّى ٱزْدَادَ المسلمون لها ثباتا على دينهم في كلّ قبيلة وَٱزْدَادَ لَهَا المشركون انعكاسا من امرهم في كلّ قبيلة وَطَرَقَتِ ٱلْمَدِينَةَ صَدَقَاتُ نَفَرٍ صَفْوَانَ وَٱلزِّبْرِقَانِ وَعَدِيّ وَصَفْوَانَ ثم ٱلزِّبْرِقَانِ ثم عَدِيّ صَفْوَانَ أَوَّلَ الليل والثانى في وَسَطِهِ والثالث في آخِرِهِ فكان الذى بَشَّرَ بِصَفْوَانَ سَعْدُ بْنُ أَبِي وَقَّاصٍ والذى بشّر بِٱلزِّبْرِقَانِ عَبْدُ ٱلرَّحْمَنِ بْنُ عَوْفٍ والذى بشّر بِعَدِيّ عبد الله بن مسعود وقال غيره أَبُو قَتَادَةَ قال وقال

que Abu bekr in parandis armis militibusque instruęndis noctem consumsit; deinde vergente nocte cum agmine profectus est. Alae dextrae praeerat Ennoomân ben mokarren, sinistrae Abd alla ben mokarren, atque extremo agmini Soweid ben mokarren, cui aderant qui camelis vehebantur. Ante primam lucem in eundem jam, quem hostes occupabant, clivum pervenerunt; neque hostes ullum Moslemorum strepitum vel motum perceperunt, quoad hi gladios in eos conjecerunt. Tum per extremam noctem conseruerunt manus. Antequam illuxit sol, hostes terga dederunt, quos mox omnes a tergo praecipites verterunt Moslemi. Aliquot viri occisi sunt, hostesque insecutus est Abu bekr, donec ad Dsul kassam pervenit; quae prima ejus victoria fuit. In Dsul kassam collocavit Ennoomânum ben mokarren cum agmine suo, ipseque rediit El medinam. Qua re gesta perturbati sunt polytheïstae; irruerunt autem Dsobjanitae in moslemos, qui inter ipsos degebant, eosque ad internecionem ceciderunt; quod etiam qui pone illos locati erant, ita fecerunt. Moslemos vero proelium hoc ab Abu bekro editum erexit; juravitque Abu bekr haec: „nae etiam nos ad internecionem caedemus polytheïstas, caedemusque in quacunque tribu pro singulis, quos illi ceciderunt, moslemis totidem homines atque etiam plus.“ In hanc rem gestam dixit Sijâd ben handala Temimita:

1. Illo die, quo mane ad eos properavit Abu bekr,
Quemadmodum ad victum properat vir fortis,
2. Reduxit super eorum guttura Alium,
Exspuitque propterea sanguinem cordis Hibâl.

Dixitque ille porro haec:

1. Obstitimus iis a septentrione, ipsique prostrati sunt,
Tanquam caterva hominum, qui decubuerunt ad sarcinas.
2. Neque sustinuerunt certamen, quod exortum est,
Quum primo mane cum viris adparuisset Abu bekr.
3. Adgressi sumus Absitas, in quos callide irruisti,
Et Dsobjanitas, quibus intulisti calamitatem diram.

Simul atque haec gesta fuerunt, in tribubus omnibus quicunque erant moslemi propterea denuo religioni suae adhaeserunt, atque contra polytheïstae tribuum omnium a re suscepta deterriti sunt. Mox El medinam adlata sunt pia dona, ab hominibus variis missa, et quidem a Safwân, et Essibrikân, et Adi; primus sua misit Safwân, deinde Essibrikân, et denique Adi. A Safwâno adlata sunt prima nocte, ab altero media nocte, a tertio sub finem noctis. De Safwâno laeta haec nuntiavit Saad ben abu wakkâs, de Essibrikâno vero Abd errachman ben auf, atque Abd alla ben mesûd, vel, ut alii dicunt, Abu katâde, de Adio. Addit idem: homines autem singulis his viris, quum accederent, dixerunt: en legatum. Abu bekr vero dixit: „en laetum nuntium; hic est fortis, non item ignavus.“ Quum inde fausta indiceret Abu bekr,

الناس لكلّهم حين طلع نَذِيرٌ وقال ابو بكر بَشِيرٌ هٰذَا حَامِ وَلَيْسَ بِوَانٍ هذا نادى بالخير قالوا طال مَا بَشَّرتَ بِٱلْخَيْرِ وذلك لِتَمَامِ ستين يوما من مخرج أُسَامَةَ

وَقَدِمَ أُسَامَةُ بَعْدَ ذلك بِأَيَّامٍ بِشَهْرَيْنِ وَأَيَّامٍ فاستخلفه ابو بكر على المدينة وقال له ولجنده أَرِيحُوا وَأَرِيحُوا ظَهْرَكُمْ ثم خرج في الذين خرج الى ذي ٱلْقَصَّةِ والذين كانوا على ٱلْأَنْصَابِ على ذلك ٱلظَّهْرِ فقال له المسلمون نُنْشِدُكَ ٱللّٰهَ يَا خَلِيفَةَ رَسُولِ ٱللّٰهِ أَنْ تُعَرِّضَ نَفْسَكَ فَإِنَّكَ إِنْ تُصَبْ لَمْ يَكُنْ لِلنَّاسِ نِظَامٌ وَمَقَامُكَ أَشَدُّ عَلَى ٱلْعَدُوِّ فَٱبْعَثْ رَجُلاً فَإِنْ أُصِيبَ أَمَّرْتَ آخَرَ فقال لا وَٱللّٰهِ لا أَفْعَلُ وَلَأُوَاسِيَنَّكُمْ بِنَفْسِي فخرج في تعبيته الى ذي حِسًى وَذِي ٱلْقَصَّةِ والنعمن وعبد الله وَسُوَيْدٌ على ما كانوا عليه حتى نزل على اهل ٱلرَّبَذَةِ بِٱلْأَبْرَقِ فاقتتلوا فَهَزَمَ ٱللّٰهُ ٱلْحَرِثَ وَعَوْفًا واخذ الحطيئة أَسْرًا فطارت عَبْسٌ وَبَنُوا بَكْرٍ واقام ابو بكر على الابرق اياما وقد غلب بَنِي ذُبْيَانَ على البلاد وقال حَرَامٌ عَلَى بَنِي ذُبْيَانَ أَنْ يتملكوا على هذه البلاد اذ غَنَّمَنَاهَا الله وَأَجْلَاهَا فلما غلب اهل ٱلرِّدَّةِ ودخلوا في الباب الذى خرجوا منه وشاع ٱلْبَأْسُ جَآءَتْ بَنُوا ثَعْلَبَةَ وهم كانوا ينازلونهم لينزلوها فَمُنِعُوا مِنْهَا فَأَتَوْهُ في المدينة فقالوا عَلَامَ نُمْنَعُ مِنْ نُزُولِ بِلَادِنَا قال كَذَبْتُمْ لَيْسَتْ لَكُمْ بِبِلَادٍ وَلٰكِنَّهَا مَوْهِبِي وَنَقَذِي وَلَمْ يُعْتِبْهُمْ وَحَمَى ٱلْأَبْرَقَ لخيول المسلمين وَأَرْعَى سائر بلاد ٱلرَّبَذَةِ والناسُ على بنى ثَعْلَبَةَ ثم حَمَاهَا كُلَّهَا لصدقات المسلمين لقتال كان وقع بين الناس واصحاب الصدقات فمنع بذلك بعضهم من بعض وَلَمَّا فُضَّتْ عَبْسٌ وَذُبْيَانُ أَرَزُوا إِلَى طُلَيْحَةَ وقد نزل طُلَيْحَةُ على بُزَاخَةَ وارتحل عن سُمَيْرَآءِ اليها فاقام عليها وقال في يوم ٱلْأَبْرَقِ زِيَادُ بْنُ حَنْظَلَةَ

وَيَوْمٍ بِٱلْأَبَارِقِ قَدْ شَهِدْنَا   عَلَى ذُبْيَانَ تَلْتَهِبُ ٱلْتِهَابَا
أَتَيْنَاهُمْ بِدَاهِيَةٍ نَسُوفٍ   مَعَ ٱلصِّدِّيقِ إِذْ تَرَكَ ٱلْعِتَابَا

حَدَّثَنِي ٱلسَّرِيُّ قال حدثنا شُعَيْبٌ عن سَيْفٍ عن عبد الله بن سَعْدِ بن ثَابِتٍ

responderunt homines: „diu est quum fausta pollicitus es." Haec gesta sunt sexaginta post diebus quam discesserat Osâma.

Deinde rediit Osâma aliquo tempore interjecto; et quidem duobus mensibus et aliquot diebus; quem El medinae praefecit Abu bekr. Dixitque hic illi ejusque militibus: „respirate nunc, jumentaque reficite!" Ipse vero Abu bekr iter ingressus est iis cum copiis, quas antea ad Dsul kassam eduxerat, atque iis, quae in limitibus eo latere collocatae fuerant. Moslemi quidem dixerunt Abu bekro: „per Deum te obtestamur, o successor legati Dei, ne ipsum te exponas. Quodsi enim feriris, disciplina hominum evanescet. Quod domi te teneas, majorem perniciem adferet hosti. Lega itaque aliquem virum, qui si feritur, alium mandabis." Sed respondit ille: „nequaquam, per Deum, sic agam; verum me ipsum laboris consortem vobiscum faciam." Itaque Abu bekr cum agmine profectus est Dsu hisam et Dsul kassam; in quo agmine Ennoomân, et Abd alla et Soweid iisdem cohortibus, quibus antea, praeerant. Adgressus est ille incolas Errabadsae in loco El abrak collocatos; ubi mox manus conseruerunt. Tum Deus in fugam conjecit El harethum et Aufum, captusque est Elchataba. Aufugerunt Absitae et Bekritae; Abu bekr vero in loco El abrak per aliquot dies commoratus est, eripuitque terram Dsobjânitis. Dixit ille haec: „digni non sunt Dsobjânitae, qui hanc regionem possideant, quum nobis eam tradiderit Deus, illosque expulerit." Postquam vero apostatas debellaverat, atque hi per eandem, ex qua exiverant, portam intrarunt, calamitate ingravescente, eo accesserunt Thaalabitae; qui arma intulerunt illis, ut recuperarent terram; sed ab ea prohibiti sunt. Tum hi ad Abu bekrum El medinae commorantem perrexerunt, et: „quonam titulo, inquiunt, prohibemur, quo minus terram nostram incolamus?" Respondit ille: „mentimini hoc; haec vestra terra non est; sed mihi data, et a me recuperata est." Itaque his non adnuit Abu bekr. Locum El abrak ipse equis Moslemorum reservavit; reliquum Errabadsae territorium vero in pastum concessit, hominesque restiterunt Thaalabitis; deinde totam regionem piis donis Moslemorum reservavit, quoniam inter homines atque eos, qui piis donis praeerant, pugnatum fuerat; ita enim utramque partem diremit. Absitae autem et Dsobjânitae, postquam in fugam conjecti fuerant, ad Toleicham se receperunt, qui ad Bosâcham castra posuerat. Eo enim hic ex Someira profectus, constitit. In proelium illud ad El abrak commissum dixit Sijâd ben handala:

1. Proelium ad El abârek! quo conspeximus
Ipsos Dsobjânitas conflagrantes incendio;
2. Intulimus iis calamitatem pestiferam
Cum Essiddiko, qui missa fecerat jurgia.

Tradidit mihi Essurri dixitque: haec nobis tradidit Schoaib, qui a Seifo ea acceperat, cui tradita fuerant ab Abd alla ben saad ben thabet ben el chasradsch, et ab Hisâm ben othman,

بن ٱلخزرج وجزام بن عثمن عن عبد ٱلرحمن بن كعب بن مالك قال لما قدم أسامة بن زيد خرج ابو بكر واستخلفه على المدينة ومضى حتى انتهى الى ٱلربذة فلقى بنى عبس وذبيان وجماعة من بنى عبد مناة بن كنانة فلقيهم بٱلأبرق فقاتلهم فهزمهم الله وفلّهم ثم رجع الى المدينة فلما جمّ جند أسامة وثار من حول المدينة خرج الى ذى ٱلقصّة فنزل بهم وهو على بريد من المدينة تلقآء نجد فقطّع فيها ٱلجند وعقد ٱلألوية عقد أحد عشر لوآء على أحد عشر جندا وأمّر أمير كل جند باستنفار من مرّ به من المسلمين من اهل القوة وتخلّف بعض اهل القوة يمنع بلاده

حدثنى ٱلسرى قال حدثنا شعيب عن سيف عن سهل بن يوسف عن ٱلقسم بن محمد قال لما أراح أسامة وجنده ظهرهم وجمّوا حتى جآءت صدقات كثيرة تفضل عنهم قطّع ابو بكر ٱلبعوث وعقد ٱلألوية فعقد أحد عشر لوآء عقد لخالد بن ٱلوليد وأمره بطليحة بن خويلد فاذا فرغ سار الى ملك بن نويرة بٱلبطاح ان اقام له ولعكرمة بن أبى جهل وأمره بمسيلمة وللمهاجر بن أبى أمية وامره بجنود ٱلعنسى ومعونة ٱلأبنآء على قيس بن المكشوح ومن اعانه من اهل ٱليمن عليهم ثم يمضى الى كندة بحضرموت ولخالد بن سعيد بن ٱلعاص وكان قدم على بقية ذلك الامر من ٱليمن وترك عمله وبعثه الى الحمقتين من مشارف الشام ولعمرو بن ٱلعاص الى جمّاع قضاعة ووديعة وٱلحرث ولحذيفة بن محصن ٱلغلفانى وامره باهل دبا ولعرفجة بن هرثمة وأمره بمهرة وامرهما ان يجتمعا وكل واحد منهما فى عمله على صاحبه وبعث شرحبيل بن حسنة فى إثر عكرمة بن أبى جهل وقال اذا فرغ من ٱليمامة فالحق بقضاعة وانت على خيلك تقاتل اهل الردة ولطريفة بن حاجز وامره ببنى سليم ومن معهم من هوازن ولسويد بن مقرن وأمره بتهامة ٱليمن وللعلآء بن ٱلحضرمى وأمره بٱلبحرين ففصلت الامرآء من ذى القصّة ونزلوا على قصدهم فلحق بكل امير جنده وقد عهد اليهم عهده وكتب الى

qui haec audiverant ex Abd errachmân ben kaab ben mâlek; is autem dixit: quum redierat Osâma ben seid, iter ingressus est Abu bekr, postquam illum praefecerat El medinae. Ipse Abu bekr profectus est Errabadsam, ubi incidit in Absitas et Dsobjânitas, atque partem quandam tribus Abd menât ben kenâna; quibus obviam ivit in loco El abrak, armaque intulit. In fugam illos conjecit Deus dispersitque; quo confecto Abu bekr El medinam rediit. Deinde vero, quum exercitus Osâmae refectus jam, et circa El medinam diffusus esset, Abu bekr profectus est Dsul kassam, ubi ad eos devertit; qui locus ab El medina stationem unam abest, ad Nedschdum situs. Hoc loco autem exercitum dispertivit, vexillaque singulis ducibus tradidit. Vexilla undecim tradidit, undecim agminibus destinata; agminumque ducibus singulis imperavit, ut, in quos inciderent, Moslemos validos ad se evocarent, relictis tamen nonnullis hominibus validis, qui terram suam defenderent.

Tradidit mihi Essurri dixitque: tradidit nobis Schoaïb quae a Seifo acceperat, cui tradita fuerant a Sahl ben jussuf, qui ea audiverat ex El kâssem ben mohammed; hic autem dixit: postquam Osâma ejusque agmen jumenta viresque refecerant, piis donis adlatis ita multis ut superfluerent, Abu bekr exercitus dispertivit, vexillaque tradidit ducibus; tradidit autem vexilla undecim. Primo vexillum tradidit Châledo ben el walid, eumque emisit in Toleicham ben choweiled; quem quum confecisset, pergendum ei erat adversus Mâlekum ben noweira, in locis El bitâch commorantem, si modo resisteret. Deinde vexillum tradidit Ikrimae ben abi dschehl, quem emisit in Moseilemam. Porro vexillum tradidit El mohâdschero ben abi omajja, quem emisit in milites Anssitae, atque tribum Moawijam Ebnaïtarum, ut bellum inferret Kaisso ben el mekschûch, et qui huic adhaererent Jemenitis; quos quum expulisset, pergendum illi erat ad Kinditas in terram Hadramaut. Porro vexillum tradidit Châledo ben said ben el âss, qui ad eas res, quae de turbis Jemenicis supererant, se converterat, provincia relicta; hunc ille emisit in locum El homketân, qui in confiniis Syriae est. Porro vexillum tradidit Amro ben el âss, eumque in Kodâïtarum turbas, et Wediam, et El harethum emisit. Porro Hodseifae ben michsan Galfânitae, quem emisit ad incolas Dabae. Atque Arfadschae ben harthama, quem in Mehram emisit. Quos ambos jussit copias suas conjungere, sed ita ut uterque in territorio suo praepositus esset collegae. Schorachbilum ben hassana emisit in vestigia Ikrimae ben abi dschehl, eique dixit: „rebus Jemâmicis confectis, ad Kodâïtas accede, et cum equitatu tuo bellum infer apostatis." Porro vexillum tradidit Toreifae ben hâdschis, eumque emisit in Soleimitas, et qui his se adjunxerant Hewâsenitas. Porro vexillum tradidit Soweido ben mokarren, eumque emisit in Tehâmam jemenicam; atque El alâo ben el hadrami, quem emisit in provinciam El bachrein. Itaque Dsul kassa relicta, singuli duces suum quisque iter ingressi sunt, agminaque ad singulos eos accesserunt sua. Abu bekr vero mandata sua cuique dedit, litteras-

مَنْ بعـث اليه مِنْ جَمِيـعِ ٱلْمُرْتَدَّةِ حَدَّثَـنِي ٱلسَّرِيُّ قال حدّثنـا شُعَيْبٌ عن سيف عن عبد الله بن سعيد عن عبد الـرحمن بْنِ كَعْبِ بْنِ مَالِكٍ وَشَارَكَهُ فِي ٱلْعَهْدِ وَٱلْكِتَـابِ فَحَـكَمَ فكانت الكتب الى قبايـل العرب المـرتدّة كِتَابًـا وَاحِدًا

بِسْـمِ ٱللَّـهِ ٱلـرَّحْمَـٰنِ ٱلـرَّحِيـمِ

مِنْ أَبِي بَكْرٍ خَلِيفَةِ رَسُـولِ ٱللَّهِ صَلَّى ٱللَّهُ عَلَيْـهِ وَسَلَّمَ إِلَى مَنْ بَلَغَـهُ كِتَابِي هـذا مِنْ عَامَّةٍ وَخَاصَّةٍ أَقَامَ عَلَى إِسْـلَامِهِ أَوْ رَجَـعَ عَنْهُ سَلَامٌ عَلَى مَنِ ٱتَّبَـعَ ٱلْهُدَى وَلَمْ يَرْجِـعْ بَعْدَ ٱلْهُدَى إِلَى ٱلضَّلَالَـةِ وَٱلْهَـدْيِ فَـإِنِّي أَحْمَدُ إِلَيْكُمُ ٱللَّهَ ٱلَّذِي لَا إِلَهَ إِلَّا هُـوَ وَأَشْهَـدُ أَنْ لَا إِلَـهَ إِلَّا ٱللَّهُ وَحْدَهُ لَا شَرِيكَ لَهُ وَأَنَّ مُحَمَّـدًا عَبْدُهُ وَرَسُـولُهُ نُقِـرُّ بِمَـا جَآءَ بِهِ وَنُكَفِّـرُ مَنْ أَبَى وَنُجَاهِـدُهُ أَمَّـا بَعْدُ فَـإِنَّ الله تعـالى ارسـل محمدا بـالحـقّ من عنـده الى خَلْقِـهِ بَشِيـرًا وَنَذِيـرًا وَدَاعِيًـا الى الله بـاذنه وسراجا منيـرا لِيُنْـذِرَ من كـان حَيًّـا وَيَحِـقَّ ٱلْقَـوْلُ على الكافـرين فَـهَـدَى الله بـالحـقّ من اجـاب اليـه وَضَـرَبَ رسـول الله من ادبـر عنه حـتى صـار الى الاسـلام طـوعا وكرهـا ثُمَّ تَـوَفَّى ٱللَّهُ رَسُـولَهُ وقـد نفّـذ لامـر الله ونصـح لِأُمَّتِـهِ وقضـى الـذى عليـه وكـان الله قد بَـيَّنَ لـه ذلـك ولاهـل الاسـلام فى الكـتـاب الذى انـزل فقـال إِنَّـكَ مَيِّتٌ وَإِنَّـهُمْ مَيِّتُـونَ فقـال وَمَـا جَعَلْنَـا لِبَشَـرٍ مِنْ قَبْلِـكَ ٱلْخُـلْدَ أَفَـإِنْ مِـتَّ فَـهُمُ ٱلْخَـالِدُونَ وقال للمـومنـين وَمَـا مُحَمَّـدٌ إِلَّا رَسُـولٌ قَدْ خَلَـتْ مِنْ قَبْلِـهِ ٱلـرُّسُـلُ أَفَـإِنْ مَـاتَ أَوْ قُتِـلَ ٱنْقَلَبْتُـمْ عَلَى أَعْقَـابِكُـمْ وَمَـنْ يَـنْقَلِـبْ عَلَى عَقِبَيْـهِ فَلَـنْ يَضُـرَّ ٱللَّهَ شَيْـأً وَسَيَجْـزِي ٱللَّـهُ ٱلـشَّـاكِرِيـنَ فَمَـنْ كـان انمـا يعـبـد محمـدا فـإِنَّ محمـدا قـد مـات وَمَـنْ كَـانَ انمـا يعـبـد اللـه فـإِنَّ الله حَـيٌّ لَا يَمُـوتُ وَلَا تَـأْخُذُهُ سِنَـةٌ وَلَا نَـوْمٌ حَـافِـظٌ لِأَمْـرِهِ مُنْـتَـقِـمٌ مِـنْ عَـدُوِّهِ بِحَـرْبِـهِ وَإِنِّي أُوصِـيكُـمْ بتقـوى الله وَحَظِّكُـمْ ونصيبكـم من الله ومـا جَآءَكُـمْ بـه نبيُّكـم صَلى الله عليـه وَأَنْ تهتدوا بهداه وَأَنْ تعتصمـوا بديـن الله فَإِنَّ كُلَّ من لـم يَهْدِهِ الله ضَالٌّ وكـلّ من لـم يعبد الله مخـذول فمَـنْ هداه الله كـان

que ad quemcunque apostatam, in quem emitteret ducem, scripsit. Tradidit mihi haec Essurri dixitque: tradidit nobis haec Schoaib, qui a Seifo ea acceperat, cui tradita fuerant ab Abd alla ben said, qui ea audiverat ex Abd errachmân ben kaab ben mâlek, qui mandatorum litterarumque particeps fuit. Properanter fecit ille, litteraeque ad Arabum tribus apostatas datae uno ore omnes proponebant haec:

„Nomine Dei misericordis, miseratoris.

Ab Abu bekro, successore legati Dei, cui bene dicat Deus faveatque, haec nuntiantur omnibus singulis, ad quos hae meae litterae perferantur, quum plebejis, tum principalibus, sive in islamismo suo perstiterint, sive ab eo defecerint. Salvus sit autem quicunque ad ductum rectum se adplicaverit, neque idem ad errores atque deliria relapsus sit. Ego vero coram vobis celebro laudibus Deum, qui ipse unus solus Deus est; atque adtestor, nullum deum esse praeter illum Deum solum, expertem socii, atque Mohammedem hujus servum esse ac legatum. Rata nos habemus quae hic ad nos adtulit, rejicimusque eos, qui reluctantur, eosque invadimus. Deinde vos sciatis haec. Venerandus Deus Mohammedem, doctrinam veram a Deo adferentem, ad homines misit ut laetum nuntium atque monitorem, qui ad Deum homines advocaret, permittente Deo, et tanquam illuminantem lucernam, ut ipse quemcunque vivum cohortaretur, atque in homines incredulos sententia competeret. Itaque eos recte duxit Deus, qui illi obtemperarunt; qui vero tergiversabantur, eos legatus Dei adeo pressit usque, donec ad islamismum accesserunt, vel lubentes, vel inviti. Deinde Deus legatum suum abstulit, postquam hic mandata Dei persequutus erat, popularibusque commonefactis officium expleverat. Quam rem ei Moslemisque Deus jam praedixerat in eo, quem demisit, libro; quo ait: „morieris tu, morienturque illi." Atque idem ait porro: „neque ante te ulli mortali perennitatem tribuimus; an itaque, quum tu moriturus sis, semper vivent illi?" Aitque ille porro hominibus credentibus: „neque est Mohammed nisi legatus, quem jam antecesserunt legati alii; an itaque vos, sive occisus fuerit, sive diem obierit, ad pristinos mores revertemini? Qui vero ad pristinos mores revertantur, nihil tamen eo detrimenti afferent Deo, qui praemia persolvet hominibus gratis." Quapropter quicunque nonnisi Mohammedem coluerit, is sciat jam Mohammedem mortuum esse; quicunque vero nonnisi Deum coluerit, is sciat Deum vivum esse, neque moriturum unquam; neque torporem in eum cadere, neque somnum, sed res suas eum obtinere, ultionemque ab hostibus exigere in bello suo. Hoc igitur vobis praecipio, ut revereamini Deum, ex quo pendent fortuna vestra et sors, atque etiam ea, quae adtulit propheta vester, cui bene dicat Deus; atque ut ad ejus ductum vos adplicetis, religionique Dei adhaereatis. Etenim quemcunque Deus non ducat, is aberrat, et quicunque Deum non colat, ope destituitur; quemcunque vero ducat Deus, is

مُهْتَدِيًا ومن اضلّه الله كان ضالاً قال الله تعالى مَنْ يَهْدِ ٱللّٰهُ فَهُوَ ٱلْمُهْتَدِى وَمَنْ يُضْلِلْ فَلَنْ تَجِدَ لَهُ وَلِيًّا مُرْشِدًا ولم يُقْبَلْ لَهُ فِي ٱلدُّنْيَا عَمَلٌ حَتَّى يُقِرَّ بِهِ وَلَمْ يُقْبَلْ لَهُ فِي ٱلآخِرَةِ صَرْفٌ وَلا عَدْلٌ وَقَدْ بَلَغَنِي رُجُوعُ مَنْ رَجَعَ منكم عن دينه بَعْدَ أَنْ أَقَرَّ بالاسلام وعمل به اغترارا بالله وجهلا بامره واجابة للشيطان قال الله تعالى وَإِذْ قُلْنَا لِلْمَلَائِكَةِ ٱسْجُدُوا لِآدَمَ فَسَجَدُوا إِلَّا إِبْلِيسَ كَانَ مِنَ ٱلْجِنِّ فَفَسَقَ عَنْ أَمْرِ رَبِّهِ أَفَتَتَّخِذُونَهُ وَذُرِّيَّتَهُ أَوْلِيَاءَ مِنْ دُونِي وَهُمْ لَكُمْ عَدُوٌّ بِئْسَ لِلظَّالِمِينَ بَدَلاً وقال إِنَّ ٱلشَّيْطَانَ لَكُمْ عَدُوٌّ فَٱتَّخِذُوهُ عَدُوًّا إِنَّمَا يَدْعُو حِزْبَهُ لِيَكُونُوا مِنْ أَصْحَابِ ٱلسَّعِيرِ وانى بعثتُ اليكم فلانا فى جيش من المهاجرين والانصار والتابعين بإِحْسَانٍ وَأَمَرْتُهُ أَنْ لا يقبل من احد الا الايمان بالله وَلاَ يَقْبَلَهُ حتى يدعوه الى الله تَبَارَكَ وَتَعَالَى فَإِنْ اجاب وَأَقَرَّ وعمل صالحا قبل منه واعانه عليه وَمَنْ أَبَى حَارَبَهُ عليه حتى يَفِيءَ الى امر الله ثُمَّ لا يُبْقِىَ على احد منهم قَدَرَ عليه وَأَنْ يَحْرِقَهُمْ بالنار وَيَقْتُلَهُمْ كُلَّ قِتْلَةٍ وَأَنْ يَسْبِىَ النساء والذرارى ولا يَقْبَلَ من احد الا الاسلام فَمَنِ ٱتَّبَعَهُ فهو خير له وَمَنْ تركه فلن يُعْجِزَ اللهُ وَقَدْ أَمَرْتُ رَسُولِي أَنْ يَقْرَأَ كتابى فى كل مجمع لكم وَٱلدَّاعِيَةُ ٱلأَذَانُ فاذا أَذَّنَ المسلمون فَأَذِّنُوا كُفُّوا عنهم وَإِنْ لَمْ يُؤَذِّنُوا عَاجِلُوهُمْ وان لم يُؤَذِّنُوا ٱسْأَلُوهُمْ ما عليهم فَإِنْ أَبَوْا عَاجِلُوهُمْ وَإِنْ أَقَرُّوا قُبِلَ منهم وحملتهم على ما ينبغى لهم فَنَفَذَتِ ٱلرُّسُلُ بالكتب أَمَامَ الجنود وخرجت الامراء ومعهم ٱلْعُهُودُ

بِسْمِ ٱللّٰهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ

هَذَا عَهْدٌ مِنْ أَبِي بَكْرٍ خَلِيفَةِ رَسُولِ ٱللّٰهِ صَلَّى ٱللّٰهُ عَلَيْهِ لِفُلَانٍ حِينَ بَعَثَهُ فِيمَنْ بَعَثَهُ لِقِتَالِ مَنْ رَجَعَ عَنِ ٱلْإِسْلَامِ وَعَهِدَ إِلَيْهِ أَنْ يَتَّقِىَ ٱللّٰهَ مَا ٱسْتَطَاعَ فِي أَمْرِهِ كُلِّهِ سِرِّهِ وَعَلَانِيَتِهِ وَأَمَرَهُ بِٱلْجِدِّ فى امر الله ومجاهدة اعدآيه وَمَنْ تَوَلَّى عنه ورجع عن الاسلام فَإِنْ اجابوه أَمْسَكَ عنهم وإِنْ لم يجيبوه شَنَّ غَارَتَهُ عليهم حتى يُقِرُّوا ثم

recte ductus est, et quemcunque abstrahat Deus, is aberrat. Dixit ipse venerandus Deus: „quemcunque ducat Deus, is recto ductus est; quemcunque vero ille abstrahat, ei nullum reperies patronum recte ducentem;" neque ullum ab eo in hac vita acceptum habebitur opus donec ipse Deum agnoverit, neque in vita futura ei permittetur redemtio vel pensatio. Sed jam certior factus sum, nonnullos ex vobis, qui islamismum amplexi erant, eique operam dederant, nunc a religione sua defecisse, a Deo obcaecatos, ejusque legis oblitos, obtemperantesque satanae. Verum venerandus Deus inquit: „quum diximus angelis: veneraminor Adamum! omnes cum hi venerati sunt, excepto Ibliso, qui ex daemonibus erat, atque jussui domini sui refragabatur. An itaque hunc hujusque prolem vos adsciscetis patronos, posthabito me, etsi illi inimici vobis sunt? Mala haec certe, quae hominibus improbis placuit, permutatio." Atque ait porro: „satanas inimicus vobis est; itaque inimicum eum habete; hic asseclas suos ad se non advocat, nisi ut injiciantur flammis." Atque jam certum virum ad vos mitto cum exercitu ex Mohâdscheris, et Anssâriis et piis asseclis conflato. Cui hoc praecepi, ut ab hominibus nihil acceptum habeat nisi fidem in Deum, neque ullum hominem prius recipiat, quam eum advocaverit ad agnoscendum Deum venerandum laudibusque celebrandum. Quicunque ei obtemperabit, atque Deum agnoscet, operamque dabit virtuti, ab eo haec accepta ille habebit, eique opitulabitur. Quicunque vero reluctabitur, ei ille propterea bellum usque inferet, donec hic imperio Dei se submittat. Deinde vero ille contumacibus, contra quos praevaleat, parcat nullis, sed igne eos comburat, et ad internecionem caedat, captivasque abducat mulieres ac liberos; neque ab ullo aliquid acceptum habeat, nisi islamismum. Quicunque huic adhaereat, ei res bene cedent; quicunque vero ab eo desciscat, is sciat, Deum haud exstiturum debilem. Jussi etiam legatum meum in quocunque coetu litteras meas vobis recitare. Invitatio autem est precatio indicta. Quodsi, quum precationem indicunt moslemi, etiam illi indicunt precationem, nolite eos vexare; si vero illi precationem non indicunt, eos aggredimini, atque, si ne tum quidem precationem indicunt, ab iis exigite, quae iis incumbunt. Tum si reluctantur, denuo eos aggredimini; si vero adstipulantur, acceptum hoc ab iis habebitur, iisque, quales convenit, vos praebebitis." Quas litteras transmiserunt legati, praecedentes agmina. Deinde etiam duces profecti sunt, secum adferentes mandata haecce:

„Nomine Dei misericordis, miseratoris."

Hoc est mandatum, ab Abu bekro, successore legati Dei, cui bene dicat Deus, datum certo viro, quum eum cum exercitu emitteret ad debellandos eos, qui ab islamismo defecerunt. Mandavit autem illi hoc, ut in rebus suis quibuscunque, quum secretis, tum publicis, quantum modo possit, revereatur Deum. Eumque jussit, rem Dei naviter curare, bellumque inferre illius hostibus, iisque hominibus, qui ab eo defecerunt, rejecto islamismo. Qui si illi morem gerunt, ab iis vexandis abstineat; si vero morem non gerunt, populatores in eos immittat us-

يُنَبِّئَهُمْ بالذى لهم والذى عليهم فيَأْخُذُوا ما لهم وَيُعْطِيَهُمْ ما عليهم لا يُنْظِرُهُمْ
وَلَا يَرُدَّ المسلمين عن قتال عدوهم فمن اجاب الى امر الله وَأَقَرَّ له قَبِلَ ذلك
مِنْهُ واعانه عليه بالمعروف فَإِنَّا إِنَّمَا نقاتل من أَقَرَّ بالله على الاقرار بما جاء
من عند الله فَإِنْ اجاب الدعوة لم يكن عليه سَبِيلٌ وكان الله حَسْبَهُ بَعْدُ
فيما اسْتَسَرَّ به ومن لم يُجِبْ داعية الله قُتِلَ وَقُوتِلَ حَيْثُ كان وَحَيْثُ بلغ
مُرَاغَمُهُ وَلَا يَقْبَلَ من احد شيا اعطاه الا الاسلام فمن اجابه وَأَقَرَّ قَبِلَ منه
وَعَلَّمَهُ وَمَنْ أَبَى قاتله فَإِنْ اظهره الله قَتَلَ مِنْهُمْ كُلَّ قِتْلَةٍ بالسلاح والنيران ثُمَّ
قَسَمَ ما أَفَاءَ ٱللَّهُ عليه الاَّ ٱلْخُمُسَ فانه يُبْلِغُنَاهُ وَأَنْ يَمْنَعَ أَصْحَابَهُ ٱلْعَجَلَةَ وَٱلْفَسَادَ
وَأَلَّا يُدْخِلَ فيهم حَشْوًا حتى يعرفهم ويعلم ما هم لا يكونوا عَيْنًا ولا يُؤْتَى
الناس مِنْ قِبَلِهِمْ وَأَنْ يقتصد بالمسلمين وَيَرْفُقَ لهم فى المسير والمنزل
وَيَتَفَقَّدَهُمْ وَلَا يُعَجِّلَ بعضهم عن بعض وَلْيَسْتَوْصِ بالمسلمين خَيْرًا فى حُسْنِ ٱلصُّحْبَةِ
وَلِينِ ٱلْقَوْلِ

que, donec religionem profiteantur. Deinde iis exponat, quum quae iis prosint, tum quae iis obsint, ut quae iis prosint hi sibi sumant, quae vero obsint, ipse in eos conferat, nulla iis mora concessa. Neque moslemos ab insequendis hostibus prohibeat. Quicunque vero jussui Dei obtemperet, eumque profiteatur, ab eo acceptum hoc ille habeat, eique in hac re opituletur benigne. Nos enim ei, qui Deum profitetur, bellum non inferimus, nisi ut profiteatur etiam ea, quae a Deo adlata sunt. Quodsi invitationi pareat, haud vexandus est, ipseque Deus deinde judicet quae in eo abscondita latent. Quicunque vero invitationi Dei non paret, conficiatur, atque impugnetur ubicunque degat, et quocunque fugiat. Neque legatus meus ab ullo homine aliquid, quod offerat, acceptum habeat, praeter solum islamismum. Unde qui ei obtemperat, religionemque profitetur, ab eo haec ille accepta habeat, eumque erudiat. Qui vero refragatur, ei bellum inferat; tum si Deus victorem eum efficit, illos ad internecionem conficiat quum armis, tum flammis. Deinde, quam Deus ei largietur, praedam distribuat, excepta parte quinta, quam ad nos transmittat. Cohibeat ille a temeritate et protervitate comites suos, neque in eorum agmen homines ignobiles prius recipiat, quam eos exploraverit, et quinam ipsi sint, cognoverit. Neque divites hi sint, neque ab iis homines lacessantur. Praecepi legato meo, ut justum se praebeat Moslemis, iisque benigne faciat, tam in itinere, quam in castris; neque eos, quum emittat, in varias partes disjiciat. Ita sibi commendatos moslemos habeat, ut cum iis conversetur comiter, et cum iis colloquatur humaniter."

ذِكْرُ بَقِيَّةِ ٱلْخَبَرِ عَنْ غَطَفَانَ حِينَ ٱنْضَمَّتْ إِلَى طُلَيْحَةَ وَمَا آلَ إِلَيْهِ أَمْرُ طُلَيْحَةَ ❊ حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللّٰهِ بْنُ سَعْدٍ قال حدّثنا عمّى قال اخبرنا سَيْفٌ وحدّثنى ٱلسَّرِيُّ قال حدّثنا شُعَيْبٌ قال حدّثنا سَيْفٌ عن سَهْلِ بن يوسف عن ٱلْقسمِ بن محمد وَبَدْرِ بْنِ خَلِيلٍ وَهِشَامِ بْنِ عُرْوَةَ قال لَمَّا أَرَزَتْ عَبْسٌ وَذُبْيَانُ وَلِفُّهَا إِلَى بُزَاخَةَ ارسل طُلَيْحَةُ الى جَدِيلَةَ وَٱلْغَوْثِ أَنْ يَنْضَمُّوا اليه فتعجّل اليه اناس من الحيين وامروا قَوْمَهُمْ بِٱللَّحَاقِ بِهِمْ فَقَدِمُوا على طليحة وَبَعَثَ ابو بكر عَدِيًّا قبل توجيه خالدٍ من ذى ٱلْقَصَّةِ الى قومه وقال أَدْرِكْهُمْ لا يُؤْكَلُوا فخرج اليهم ففاتلهم فى ٱلذُّرْوَةِ وَٱلْغَارِبِ وخرج خَالِدٌ فى إِثْرِهِ وَأَمَرَهُ ابو بكر أَنْ يَبْدَأَ بِطَيِّىءٍ على ٱلْأَكْنَافِ ثم يَكُونَ وجهه الى ٱلْبُزَاخَةِ ثم يُثَلِّثَ بِٱلْبِطَاحِ ولا يَرِيمَ اذا فرغ من قوم حتى يُحْدِثَ اليه وامره بذلك وَأَظْهَرَ أَبُو بَكْرٍ أَنَّهُ خَارِجٌ الى خَيْبَرَ وَمُنْصَبٌّ لهم فيها حتى يُلَاقِيَهُ بِٱلْأَكْنَافِ أَكْنَافِ سَلْمَى فخرج خَالِدٌ فَٱزْوَرَّ عَنِ ٱلْبُزَاخَةِ وَجَنَحَ الى أَجَأ واظهر انه خارج الى خيبر ثم مُنْصَبٌّ عليهم فَقَعَدَ ذلك وَبَطَّأَهُمْ عَنْ طُلَيْحَةَ وَقَدِمَ عليهم عَدِيٌّ فدعاهم فقالوا لا نُتَابِعُ أَبَا ٱلْفَصِيلِ أَبَدًا فقال لقد أَتَاكُمْ قَوْمٌ لَيَبْتَجِزُ حَرِيمَكُمْ وَإِنَّهُ لَلْفَحْلُ ٱلْأَكْبَرُ فَشَأْنُكُمْ بِهِ فقالوا له فَٱسْتَقْبِلِ ٱلْجَيْشَ فَنَهْنِهْهُ عَنَّا حَتَّى نَسْتَخْرِجَ مَنْ لَحِقَ بِٱلْبُزَاخَةِ مِنَّا فَإِنَّا إِنْ خَالَفْنَا طُلَيْحَةَ وَهُمْ فِي يَدَيْهِ

Caput sextum.

Toleicha apostata proelio superatur ad Bosachâm.

Exponuntur reliqua, quae Gatafânitis, quum Toleichae se adjunxissent, ibi acciderunt, itemque qui rebus Toleichae contigit exitus. Tradidit nobis Obeid alla ben saad dixitque: haec nobis narravit patruus meus dixitque: narravit nobis ea Seif; atque tradidit mihi Essurri dixitque: haec nobis tradidit Schoaïb dixitque: tradidit nobis ea Seif, qui ea compererat ex Sahl ben jussuf, cui tradita fuerant ab El kassem ben mohammed, et Bedr ben chalil, atque Heschâm ben urwa; dixit autem ille haec: quum Absitae et Dsobjânitae miscellaque eorum turba ad Bosâcham se recepissent, missis nuntiis Toleicha imperavit Dschedilitis et Gauthitis, ut ad se accedederent. Festinanter igitur ex utraque tribu ad eum perrexerunt aliquot homines, qui populares, ut sequerentur, cohortati sunt; itaque hi ad Toleicham accesserunt. Abu bekr vero ante, quam Châledum emisit, Adium ex Dsul kassa ad populares suos legaverat, eique dixerat: „adgredere illos, neque fidentes hi fiant." Quam ob rem ad illos profectus est Adi, atque cum iis conflixit in locis Eddsurwa et El gâreb. Mox eum sequutus est Châled, cui Abu bekr hoc praecepit, ut primos invaderet Tajjitas circa locum El ektâf, atque inde ad El bosâcham se converteret, tertiamque denique peteret regionem El bitâch; neque singulis gentibus subactis, novam expeditionem prius susciperet, quam cum ipso sermones contulisset. Hoc quidem illi praecepit Abu bekr; at simulavit tamen, ad Chaibar perrecturum esse Châledum, ibique illis instituturum, quoad ipse ad eum accederet in loco El ektâf, id est eo, qui Ektâf selma nuncupatur. Itaque iter ingressus est Châled, atque, ab El bosâcha recedens, deflexit ad Endscham; simulabat enim, ad Chaibar se perrecturum, illisque instituturum. Quae minitans, a Toleicha illos paullulum avocavit. Sed accessit ad illos Adi, eosque ad obsequium cohortatus est; responderunt vero: „patri pulli camelini nos haud parebimus unquam." Addidit ille: „sed jam adest exercitus, qui bellum vestrum conficiat. Et quidem hic est admissarius validus; itaque eum adgredimini!" Tum illi: „huic exercitui tu obviam prodi, eumque compesce, quoad nos eos revocaverimus, qui ex nobis El bosâcham profecti sunt. Nos enim si Toleichae refragemur, dum illi in ejus potestate sunt, illos vel in-

قَتَلْتُمْ أَوِ ٱرْتَهَنْتُمْ فاستقبلَ عَدِيٌّ خالدا وهو بالسُّنْحِ فقال يا خالدُ أَمْسِكْ عَنَّا ثَلَاثًا يَجْتَمِعْ لَكَ خَمْسُ مِأَيةِ مُقَاتِلٍ تضرب بهم عدوك وذلك خَيْرٌ مِنْ أَنْ تعجلهم الى النار فَتُشَاغِلَ بهم فَفَعَلَ فعاد عَدِيٌّ اليهم وقد ارسلوا إِخْوَانَهُمْ اليهم فاتوهم من بُزَاخَةَ ولو لا ذلك لَمْ يُتْرَكُوا فعاد عَدِيٌّ باسلامهم الى خالد وَٱرْتَحَلَ خالد نحو ٱلْأَنْسُرِ يريد جَدِيلَةَ فقال عَدِيٌّ إِنَّ طَيِّئًا كَٱلطَّائِرِ وَإِنَّ جَدِيلَةَ أَحَدُ جَنَاحَيْ طَيِّءٍ فَأَجِّلْنِي أَيَّامًا لَعَلَّ ٱللّٰهَ أَنْ ينتقذ جديلة كما انتقذ ٱلْغَوْثَ فَفَعَلَ فاتاهم عَدِيٌّ فلم يزل حتى بايعوه فجاءه باسلامهم وَلَحِقَ بالمسلمين منهم أَلْفُ رَاكِبٍ فكان خير مولود وُلِدَ فى ارض طَيِّءٍ وَأَعْظَمَهُ بَرَكَةً عليهم

وَأَمَّا هِشَامُ ٱبْنُ ٱلْكَلْبِيِّ فانه زعم أَنَّ ابا بكر لما رجع اليه أُسَامَةُ وَمَنْ كان معه مِنَ الجيش جَدَّ فى حرب اهل ٱلرِّدَّةِ وخرج فى الناس وهو فيهم حتى نزل بِذِى ٱلْقَصَّةِ مَنْزِلًا من المدينة عَلَى بَرِيدٍ من نحو نَجْدٍ فَعَبَّى هنالك جنوده ثم بعث خَالِدَ بْنَ ٱلْوَلِيدِ على الناس وجعل ثَابِتَ بْنَ قَيْسٍ على الانصار وامره الى خالد وامره ان يَصْمُدَ لِطُلَيْحَةَ وَعُيَيْنَةَ بْنِ حِصْنٍ وهما على بُزَاخَةَ ماء مِنْ مِيَاهِ بَنِى أَسَدٍ واظهر إِنِّى أُلَاقِيكَ بِمَنْ مَعِى مِنْ نَحْوِ خَيْبَرَ مَكِيدَةً وقد أَوْعَبَ مع خَالِدٍ النَّاسَ وَلَكِنَّهُ اراد ان يَبْلُغَ ذلك عَدُوَّهُ فَيُرْعِبَهُمْ ثم رجع الى المدينة وسار خالد بن الوليد حتى اذا دنا من القوم بعث عُكَّاشَةَ بْنَ مِحْصَنٍ وَثَابِتَ بْنَ أَقْرَمَ أَحَدَ بَنِى ٱلْعَجْلَانِ حَلِيفًا لِلْأَنْصَارِ طَلِيعَةً حتى اذا دنوا من القوم خرج طُلَيْحَةُ واخوه سَلَمَةُ ينظران وَيَسْأَلَانِ فَأَمَّا سَلَمَةُ فَلَمْ يُمْهِلْ ثَابِتًا أَنْ قَتَلَهُ ونادى طليحة اخاه حين راى أَنَّهُ قد فرغ من صاحبه أَنْ أَعِنِّى عَلَى ٱلرَّجُلِ فَإِنَّهُ آكِلٌ فَٱعْتَوَنَا عليه فقتلاه ثم رجعا وَأَقْبَلَ خَالِدٌ بالناس حتى مَرُّوا بِثَابِتِ بْنِ أَقْرَمَ قتيلا فلم يَفْطُنُوا له حتى وَطِئَتْهُ ٱلْمَطِيُّ بِأَخْفَافِهَا فَكَبُرَ ذلك على المسلمين ثم نظروا فاذا هُمْ بِعُكَّاشَةَ بْنِ مِحْصَنٍ صَرِيعًا فَجَزِعَ لذلك المسلمون وقالوا قُتِلَ سَيِّدٌ مِنْ سَادَاتِ ٱلْمُسْلِمِينَ وَسَيِّدٌ آخَرُ وَهُمَا فَارِسَانِ مِنْ فُرْسَانِهِمْ فانصرف خالد نحو طَيِّءٍ

terficiet Toleicha, vel obsides iis imperabit." Obviam itaque Adi prodiit Châledo, in loco Essunch commoranti, dixitque: „o Châled, a nobis abstineas per dies tres, ut ad tuas partes accedant milites quingenti, quibus hostes conficias. Hoc enim fieri praestat, quam in flammas te illos conjicere, iisque te detineri." Quibus annuit Châled. Reversus est igitur Adi ad illos, qui ex suis jam aliquot homines ad populares legaverant; hi autem, mox Bosâcha relicta, eos convenerunt. Quod nisi esset factum, a Toleicha hi dimissi non essent. Tum, ad islamismum hos rediisse, ad Chaledum retulit Adi. Deinde in locum El enssur versus castra movit Châled, ut Dschedilitas invaderet. Inquit vero ei Adi: „Tajjitae quasi avis sunt, cujus ala altera sunt Dschedilitae. Quam ob rem per aliquot dies moram mihi concede; fieri enim potest, ut Deus, quemadmodum Gauthitis potitus est, ita potiatur etiam Dschedilitis." Quibus annuit Châled. Perrexit ad illos Adi, neque ab iis destitit, quoad fidem spoponderunt, atque ad islamismum eos rediisse ipse nuntiavit. Quo facto, ad Moslemos ex illis transierunt equites mille, qui ex nobilissimis terrae Tajjiticae juvenibus erant, atque de gente sua optime meritis.

Heschâm vero, filius Kelbitae, tradit haec: Abu bekr, postquam ad eum redierant Osâma ejusque agmen, ad debellandos apostatas omne studium contulit. Ipse cum exercitu profectus est, castraque ad Dsul kassam posuit, in loco quodam, qui stationem unam ab El medina abest, a regione Nedschdi situs. Hic agminibus constitutis, Chaledum ben el walid cum exercitu emisit, praefecitque Anssâriis Thabetum ben kaïs, cumque adjunxit Châledo. Hunc vero petere jussit Toleicham et Ojeinam ben hisn, qui ad Bosâcham erant, puteum quendam Asaditarum. Simulando vero illi dixit Abu bekr: „cum agmine meo ad te accedam circa Chaibarum;" quod astu prae se ferebat. Etsi enim ipse milites omnes cum Châledo emiserat, tamen illud nuntiari voluit hostibus, ut his terrorem injiceret. Quibus confectis Abu bekr El medinam rediit. Châled ben el walid vero iter ingressus est. Qui quum prope ab hoste abesset, exploratores praemisit Okkâscham ben michsan, atque Thâbetum ben akram Adschlânitam, Anssariorum foederatum. Hi quum ad hostes propius accessissent, prodierunt Toleicha ejusque frater Salama, spectaturi quaesiturique, quinam illi essent. Salama vero, nil cunctatus, occidit Thâbetum; atque Toleicha, quum a fratre adversarium jam confectum cerneret, ad illum clamavit: „auxilium contra hunc virum mihi fer; est enim is vir princeps!" Conjuncti itaque illum oppresserunt; quo confecto ad suos reversi sunt. Quum vero Châled cum exercitu propius accessisset, inciderunt in Thâbetum ben akram, qui caesus jacebat; neque tamen ad eum attenderunt, quoad ungulis eum proculcarent jumenta. Tum vero hoc Moslemos dolore perculit; qui mox etiam Okkâscham ben michsan prostratum ibi conspicientes, ingentem in luctum inciderunt. Atque dixerunt: „caesi sunt princeps quidam Moslemorum, atque princeps alter, quorum uterque ex fortissimis eorum fuit." Tum Châled ad Tajjitas reversus est.

قال هشام قال أبو مخنف فحدثنى سعد بن مجاهد عن المحل بن خليفة عن عدىّ بن حاتم قال بعثتُ الى خالد بن الوليد أن سر الىّ فأقم عندى أيّامًا حتى ابعث الى قبائل طيّ فاجمع لك منهم اكثر ممن معك ثم أصحبك الى عدوّك قال فسار الى عدىّ ✿ قال هشام قال أبو مخنف فحدثنى عبد السلام بن سويد أنّ بعض الانصار حدّثه أنّ خالدا لما راى ما باصحابه من الجزع عند مقتل ثابت وعكاشة قال لهم هل لكم الى أن أميل بكم الى حىّ من العرب كثير عددهم شديدة شوكتهم لم يرجع عن الاسلام منهم رجل قالوا له الناس ومن هذا الحىّ الذى تعنى فنعم والله الحىّ هو قال لهم طيّ قالوا وفّقك الله نعم الرأى رأيت فانصرف بهم حتى نزل بالجيش فى طيّ قال هشام حدثنى جذيل بن جأب النبهانى من بنى عمرو بن أبى أنّ خالدا جاء حتى نزل على أرل مدينة سلمى قال هشام قال أبو مخنف حدثنى اسحق أنه نزل بأجا ثم تعبّى لحربه ثم سارحتى التقيا على بزاخة وبنو عامر على سادتهم وقادتهم قريبا يستمعون ويتربصون على من تكون الدبرة قال هشام عن أبى مخنف حدثنى سعد بن مجاهد أنه سمع اشياخا من قومه يقولون سألنا خالدا أن نكفيه قيسا فانّ بنى أسد حلفاؤنا فقال والله ما قيس بأوهن الشوكتين اصمدوا الى أىّ القبيلتين أحببتم قال عدىّ لو نزل هذا على الذين أسرتى الأدنى فالأدنى لجاهدتهم عليه فأنا أمتنع من جهاد بنى أسد لحلفهم لا لعمر الله لا أفعل فقال له خالد إنّ جهاد الفريقين جميعا جهاد لا تخالف رأى أصحابك امض الى احد الفريقين وامض بهم الى القوم الذين هم لقتالهم أنشط قال هشام عن ابى مخنف فحدثنى عبد السلام بن سويد ان خيل طيّ كانت تلقى خيل بنى أسد وفزارة قبل قدوم خالد عليهم فيتشامون ولا يقتتلون فتقول أسد وفزارة لا والله لا نبايع أبا الفصيل أبدا فتقول لهم طيّ أشهد ليقاتلنّكم حتّى تكنّوه أبا الفحل الأكبر

فحدّثنا ابن حميد قال حدثنا سلمة عن محمد بن اسحق عن محمد بن طلحة

Dixit Heschâm: dixit mihi Abu mochnef: haec mihi tradidit Saad ben modschâhed, qui ab El machil ben chalifa haec acceperat, cui tradita fuerant ab Adi ben hâtem. Hic enim dixit: ad Châledum ben el walid hunc nuntium misi: „ad me accede, et per aliquot dies apud me commorare, ut, nuntio ad Tajjitarum tribus misso, plus militum, quam qui jam tecum sunt, ex iis tibi cogam, atque deinde contra hostes tecum ipse progrediar.“ Addit: tum ad Adium se contulit Châled. Dixit Heschâm: dixit mihi Abu mochnef: tradidit mihi Abd essalem ben soweid, quosdam Anssârios sibi tradidisse haec: Châled, quum socios ingentem ex interitu Thâbeti et Okkâschae luctum contraxisse cerneret, iis dixit: „placetne vobis, ut ad tribum quandam Arabum vos conducam, pollentem numero, potentiaque praevalentem, ex qua nemo adhuc ab islamismo defecit?“ Responderunt: „quaenam est illa tribus, a te commemorata? macte, per Deum, tribum hanc!“ Tum Châled: „sunt hi Tajjitae.“ Quibus illi: „te adjuvet Deus; macte consilium tuum!“ Itaque Châled, exercitu reducto, in territorio Tajjitarum castra posuit. Dixit Heschâm: tradidit mihi Hidjel ben dschaab Nehhâbita, ex tribu Amr ben abi oriundus, accessisse eo Châledum, castraque posuisse ad Urul, urbem regionis Selma. Dixit Heschâm: dixit mihi Abu mochnef: haec mihi tradidit Ishâk: Châled castra posuit ad montes Adscha. Deinde proelio paratus iter fecit, donec ad Bosâcham conflixerunt. Ameritae vero cum principibus ducibusque in vicinia loci constiterant, exploraturi atque exspectaturi, utrum illorum fortuna adversa oppNimeret. Dixit Heschâm, ex Abu mochnef se audivisse haec: tradidit mihi Saad ben modschâhed, senes quosdam, populares suos, sibi haec tradidisse: a Châledo hoc nos petivimus, ut contra Kaissitas eum defenderemus; Asaditas enim foederatos nostros esse. Respondit ille: „Kaissitae, per Deum, duarum illarum gentium non sunt debilissima; utram tribum malitis, eam invadite!“ Tum dixit Adi: „quodsi vel proximis meis cognatis hic vir bellum inferret, etiam vos proximos hos bello peteretis. Ab Asaditis vero invadendis propter foedus sancitum abstineam ego? Nequaquam, per vitam Dei! nequaquam sic agam!“ Respondit ei Châled: „bellum utrique tribui illatum est bellum sacrum; quam ob rem tuorum sententiae repugnare noli. Alteram utram illarum tribuum pete, et quidem contra eam tuos educ gentem, ad quam invadendam alacerrimi sunt.“ Dixit Heschâm, Abu mochnefum sibi tradidisse haec: narravit mihi Abd essalem ben soweid dixitque: Taijitarum equitatus ante, quam ad eos accesserat Châled, in equitatum Asaditarum et Fesâritarum inciderat; tum congressi quidem sunt, manus vero non conseruerunt. Dicebant autem Asaditae Fesâritaeque: „nunquam nos, per Deum, fidem spondebimus patri pulli camelini.“ Quibus responderunt Tajjitae: „juramus nos, bellum illum vobis illaturum, donec eum adpelletis patrem admissarii fortissimi.“

Tradidit nobis Ebu homeid dixitque: haec nobis tradidit Salama, qui ea ab Mohammed ben ishâk acceperat, cui tradita fuerant ab Mohammed ben talcha ben jesid ben rokâne, qui ea

بْنِ يَزِيدَ بْنِ رُكَانَةَ عن عُبَيْدِ ٱللّٰهِ بن عبد الله بن عُتْبَةَ قال حُدِّثْتُ لَمَّا ٱقْتَتَلُوا قَاتَلَ عُيَيْنَةُ مع طُلَيْحَةَ فى سبع ماية من بنى فَزَارَةَ قتالا شديدا وطُلَيْحَةُ مُتَلَفِّفٌ فِي كِسَآءٍ لَهُ مِنْ شَعْرٍ يَتَنَبَّى لَهُمْ والناس يقتتلون فلما هَزَّتْ عُيَيْنَةَ ٱلْحَرْبُ وَضَرَسَ ٱلْقِتَالُ كَرَّ عَلَى طُلَيْحَةَ وقال هَلْ جَآءَكَ جِبْرِيلُ بَعْدُ قال لا قال فرجع فقاتل حتى اذا ضَرَسَ ٱلْقِتَالُ وَهَزَّتْهُ ٱلْحَرْبُ كَرَّ عليه فقال لا أَبَا لَكَ أَجَآءَكَ جِبْرِيلُ بَعْدُ قال لا والله قال يقول عُيَيْنَةُ حَلِفًا إِلَى مَتَى قَدْ وَٱللّٰهِ بَلَغَ مِنَّا قال ثم رجع فقاتل حتى اذا بلغ كَرَّ عليه فقال هَلْ جَآءَكَ جِبْرِيلُ بَعْدُ قال نَعَمْ قال فَمَا ذَا قَالَ لَكَ قال قَالَ لِي إِنَّ لَكَ رَحًا كَرَحَاهُ وَحَدِيثًا لَا يَنْسَاهُ قال يقول عُيَيْنَةُ أَظُنُّ قَدْ عَلِمَ ٱللّٰهُ أَنَّهُ سَيَكُونُ حَدِيثٌ لا يَنْسَاهُ يا بَنِى فَزَارَةَ ٱنْصَرِفُوا وانهزم الناس فَغَشُوا طُلَيْحَةَ يقولون مَا ذَا تَأْمُرُنَا وقد كان أَعَدَّ فَرَسَهُ عنده وَهَيَّأَ بَعِيرًا لامرأته ٱلنَّوَارِ فَلَمَّا أَنْ غَشُوهُ يقولون مَا ذَا تَأْمُرُنَا قام فوثب على فرسه وحمل امرأته ثم نجا بها وقال يَا مَعْشَرَ فَزَارَةَ مَنِ ٱسْتَطَاعَ مِنْكُمْ أَنْ يَفْعَلَ مِثْلَ مَا فَعَلْتُ وَيَنْجُوَ بِأَهْلِهِ فَلْيَفْعَلْ ثم سَلَكَ بِٱلْحَوْشِيَّةِ حتى لَحِقَ بالشام وَٱرْفَضَّ جَمْعُهُ وقتل الله من قتل منهم وَبَنُوا عَامِرٍ قريبا منهم على قادتهم وسادتهم وتلك القبايل من سُلَيْمٍ وَهَوَازِنَ على تلك الحال فلما أَوْقَعَ الله بِطُلَيْحَةَ وَفَزَارَةَ ما اوقع أَقْبَلَ اوليك يقولون نَدْخُلُ فِيمَا خَرَجْنَا مِنْهُ وَنُؤْمِنُ بِٱللّٰهِ ورسوله ونسلم لِحُكْمِهِ فى اموالنا وانفسنا

قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وَكَانَ سَبَبُ ٱرْتِدَادِ عُيَيْنَةَ وَغَطَفَانَ ومن ٱرْتَدَّ من طَيِّءٍ ما حدثنا عبيد الله بن سعد قال اخبرنا عَمِّى قال اخبرنى سَيْفٌ وحدثنا ٱلسَّرِيُّ قال حدثنا شعيب عن سيف عن طَلْحَةَ ٱلْأَعْلَمِ عن حَبِيبِ بْنِ رَبِيعَةَ ٱلْأَسَدِيِّ عن عُمَارَةَ بْنِ فُلَانٍ ٱلْأَسَدِيِّ قال ٱرْتَدَّ طُلَيْحَةُ فى حيوة رسول الله صلّى الله عليه وسلّم فَٱدَّعَى ٱلنُّبُوَّةَ فوجّه ٱلنَّبِيُّ صلّى الله عليه وسلّم ضِرَارَ بْنَ ٱلْأَزْوَرِ الى عُمَّالِهِ عَلَى بَنِي أَسَدٍ فى ذلك وامرهم بالقيام فى ذلك على

compererat ex Obeid alla ben abd alla ben otba; hic autem dixit: narrata mihi sunt haec: quum illi proelium committerent, Ojeina, Fesâritas septingentos secum habens, una cum Toleicha acriter pugnavit. Atque Toleicha veste quadam crinita obvolutus, prophetica dicta fundebat, dum homines pugnabant. Ojeina vero dimicando fessus, quum ingravesceret proelium, ad Toleicham contendit, atque: „nonne, inquit, denuo te convenit Gabriel?" Respondit ille: minime. Addit narrator: tum Ojeina ad dimicationem reversus est, donec, iterum ingravescente proelio, ipse dimicatione fessus Toleicham adiit, eique dixit: „orberis patre! nondum denuo te convenit Gabriel?" Respondit ille: „minime, per Deum!" Addit narrator: tum Ojeina: „quousque necessitas mea? jam ea nos conficit!" At rursus tamen proelium renovavit Ojeina, donec, quum vehementer premeretur, iterum ad Toleicham contendit, dixitque: „nondum denuo te convenit Gabriel?" Respondit ille: „convenit me." Atque Ojeina: „quidnam ille tibi dixit?" Toleicha vero: „dixit mihi ille, tibi esse molam suae molae similem, teque rem gessurum, cujus ipse obliturus non sit unquam." Addit narrator: tum Ojeina: „equidem censeo ego, hoc Deo jam cognitum esse, hic gestum iri quandam rem, cujus ille obliturus non sit unquam. O Fesâritae, discedite nunc!" Quibus auditis, fugae se dederunt homines, atque ad Toleicham ruentes: „quid nos, inquiunt, facere jubes?" Hic autem equum jam sibi paraverat, instructumque camelum uxori suae Ennawâr; itaque, irruentibus illis atque clamantibus: „quid nos facere jubes?" in equum insiluit Toleicha, et cum uxore in camelum imposita aufugit. Ad milites vero haec clamavit: „o coetus Fesâritarum, quicunque ex vobis facere eadem, quae ego, atque cum suis aufugere potest, faciat haec!" Deinde camelum propulit, donec in Syriam pervenit; agmen ejus vero dispersum est, multosque ex iis Deus occidit. Ameritae interea cum principibus ducibusque in vicinia loci constiterant; atque sic hae tribus, quae ad Soleimitas et Hewâsenitas genere pertinent, per aliquod tempus haeserunt. Sed postquam Deus Toleichae Fesâritisque illam calamitatem intulerat, accesserunt hi homines, atque: „unde exivimus, inquiunt, eo rursus intrabimus nunc, fidemque habebimus Deo ejusque legato, bonaque nostra huic ipsosque nos dedemus."

Dixit Abu dschaafer: initium defectionis Ojeinae et Gatâfanitarum, eorumque, qui ex Tajjitis apostatae facti sunt, ita nobis exposuit Obeid alla ben saad; dixit nempe hic: narravit nobis patruus meus dixitque: haec mihi narravit Seif; atque tradidit nobis eadem etiam Essurri dixitque: nobis ea tradidit Schoaib, cui narrata fuerant a Seifo, qui ex Talcha el âlam ea audiverat, cui tradita fuerant ab Habib ben rebia Asadita, qui ea acceperat ab Omâra ben fulân Asadita; hic enim dixit: ab islamismo defecit Toleicha vivo legato Dei, cui bene dicat Deus faveatque, ipsumque se prophetam esse contendit. Propterea propheta, cui bene dicat Deus faveatque, ad praefectos suos, qui Asaditis praeerant, misit Derârnm ben el aswar, praefectisque

كلّ من ٱرْتَدّ فَٱشْجَوا طُلَيْحَةَ واخافوه ونزل المسلمون بِوَارِدَاتَ ونزل المشركون بِسُمَيْرَآء فما زال المسلمون فى نَمَآء وما زال المشركون فى نُقْصَانٍ حتى هَمّ ضِرَارٌ بالمسير الى طُلَيْحَةَ فلم يَبْقَ احد الا اخذه سِلْمًا إلّا ضَرْبَةً كان ضَرَبَهَا بِٱلْجُرَازِ فَنَبَا عَنْهُ فَتَبَاغَتْ فى الناس فَأُتِيَ المسلمون وَهُمْ على ذلك بِخَبَرِ مَوْتِ النبى صلى الله عليه فقال نَاس من النَاس لِتِلْكَ ٱلضَّرْبَةِ إنّ ٱلسِّلَاحَ لا يُحِيكُ فِي طُلَيْحَةَ فما أَمْسَى المسلمون فى ذلك اليوم حتى عَرَفُوا ٱلنُّقْصَانَ وَٱرْفَضّ الناسُ الى طُلَيْحَةَ واستطار أَمْرُهُ واقبل ذُو ٱلْخِمَارَيْنِ عَوْفٌ ٱلْجِذَامِيُّ حتى نزل بِإزَآئِنَا وارسل اليه ثُمَامَةُ بْنُ أَوْسِ بْنِ لَأْمٍ ٱلطَّآئِيُّ أَنْ معى من جَدِيلَةَ خمس مايةٍ فان دَهِمَكُمْ أَمْرٌ فنحن بِٱلْقَرْدُودَةِ وَٱلْأَنْسَرِ وَبِنَ ٱلرَّمْلِ وارسل اليه مُهَلْهِلُ بْنُ زَيْدَانَ أَنّ مَعِي حَدّ ٱلْغَوْثِ فان دهمكم امر فنحن بِٱلْأَكْتَافِ بِحِبَالِ فَيْدٍ وانما تحدثت طَيّ على ذِي ٱلْخِمَارَيْنِ عَوْفٍ انه كان بين أَسَدٍ وَغَطَفَانَ وَطَيِّءٍ حِلْفٌ فى الجاهلية فلما كان قَبْلَ مَبْعَثِ النبى صلى الله عليه اجتمعت غَطَفَانُ وَأَسَدٌ عَلَى طَيِّءٍ فَأَزَاحُوهَا عن دارها فى الجاهلية وَجَدِيلَتِهَا فَكَرِهَ ذَلِكَ عَوْفٌ فقطع ما بينه وبين غَطَفَانَ وَتَابَعَ ٱلْحَيَّانِ عَلَى ٱلْجَلَآءِ وارسل عَوْفٌ الى الحيين من طَيِّءٍ فاعاد حِلْفَهُمْ وقام بِنُصْرَتِهِمْ فرجعوا الى دُورِهِمْ وَٱشْتَدّ ذلك على غَطَفَانَ فلما مات رسول الله صلى الله عليه قام عُيَيْنَةُ بْنُ حِصْنٍ فى غَطَفَانَ فقال ما أَعْرِفُ حُدُودَ غَطَفَانَ مُنْذُ ٱنْقَطَعَ ما بيننا وبين بَنِى أَسَدٍ وَإِنِّي لَمُجَدِّدٌ ٱلْحِلْفَ الذى كان بيننا فى القديم وَمُتَابِعٌ طُلَيْحَةَ والله لَأَنْ نَتَّبِعَ نَبِيًّا مِنَ ٱلْحَلِيفَيْنِ أَحَبُّ إِلَيْنَا مِنْ أَنْ نَتَّبِعَ نَبِيًّا مِنْ قُرَيْشٍ وقد مات محمد وبقى طُلَيْحَةُ فطابقوه على رايه ففعل وفعلوا فَلَمَّا اجتمعت غَطَفَانُ على المطابقة لطليحة هرب ضِرَارٌ وَقُضَاعِيٌّ وَسِنَانٌ ومن كان قام بِشَيْءٍ مِنْ أَمْرِ النبى صلى الله عليه وسلم فِي بَنِي أَسَدٍ الى أَبِي بَكْرٍ وَٱرْفَضّ من كان معهم فَأَخْبَرُوا ابا بكر الخبر فقال ضِرَارُ بْنُ ٱلْأَزْوَرِ فَمَا رَأَيْتُ أَحَدًا أَمْلَأَ بِحَرْبٍ شَعْوَآءَ من ابى بكر يجعلنا حيث اراد وَقَدِمَتْ عليه وُفُودُ أَسَدٍ وَغَطَفَانَ وَهَوَازِنَ وَتَلَقَّتْ وُفُودُ قُضَاعَةَ أُسَامَةَ بْنَ زَيْدٍ فَحَوَّزَهَا الى ابى بكر فاجتمعوا بالمدينة

imperavit, ut in hac re unicuique, qui apostata fieret, fortiter obsisterent. Itaque hi urgentes Toleicham, pavorem ei injecerunt. Castra posuerunt Moslemi in loco Wâredât, polytheïstae vero ad Someiram, quibus locis Moslemorum numerus indies increscebat, polytheïstarum vero imminuebatur. Denique Derâr constituit, ut ipsum Toleicham peteret. Cepit omnes pactione facta; unum ictum vero peracuto gladio Toleichae inflixit. Sed ense ab eo retuso, ad homines repercussus est ictus. Quo in negotio dum Moslemi versabantur, nuntiatum iis est, mortem obiisse prophetam, cui bene dicat Deus. Tum quidam homines, ictum illum respicientes: „arma, inquiunt, Toleicham non laedunt." Ipsoque illo die jam ante vesperum factum Moslemi, numerum suum imminui, compertum habuerunt; multi enim homines ad Toleicham transfugerunt, unde ejus auctoritas rapide increvit. Mox eo accessit Dsul chimârein auf Dschodsâmita, castraque e regione nostrorum posuit. Ad quem Thomâma ben aus ben lam Tajjita hunc nuntium misit: „mecum sunt Dschedilitae quingenti; quam ob rem, si forte aliquid adversi vobis superveniat, nos in El kordûde esse mementote, et in El ansarad, et Binn erraml." Misitque ad eundem hunc nuntium Mohalbel ben scidân: „mecum sunt robora Arabum; quam ob rem, si forte aliquid adversi vobis superveniat, nos in loco El ektâf esse mementote, qui ex montibus Fidae est." Sermones contulerunt Tajjitae cum Dsul chimârein auf, quoniam tempore paganismi inter Asaditas et Gatafânitas, Tajjitasque foedus sancitum fuerat. Sed paulo ante quam propheta, cui bene dicat Deus, legatus est, Gatafânitae et Asaditae contra Tajjitas conjurarunt, eosque e sedibus suis, quas per paganismi tempus tenuerant, tractuque suo ejecerunt. Quod quum aegre ferret Auf, amicitiam renuntiavit Gatafânitis. Utraque tribus exsilium subiit; Auf vero, nuntiis ad utramque tribum Tajjitarum missis, foedus renovavit, auxiliumque ita illis tulit, ut hi sedes suas recuperarunt. Quod acerbius tulerunt Gatafânitae. Sed postquam mortuus erat legatus Dei, cui Deus bene dicat, inter Gatafânitas exstitit Ojeina ben hisn, proponens haec: „limites Gatafânitarum non novi, ex quo ab Asaditis dissociati sumus. Itaque, quod antiquitus inter nos sancitum fuit, foedus instaurabo, atque sequar Toleicham. Nam, per Deum, ut prophetam, ex tribubus foederatis exortum, sequamur, id magis gratum nobis est, quam ut sequamur prophetam ex Koreischitis exortum. Atque jam mortuus est Mohammed, superstes vero Toleicha." Quo illius consilio a suis comprobato, effecit illud Ojeina, eumque secuti sunt caeteri. Quum igitur Gatafânitae omnes ad partes Toleichae transiissent, tum Derâr, et Kodâï, atque Sinân, et qui alii a propheta, cui bene dicat Deus faveatque, rebus Asaditarum praefecti fuerant, ad Abu bekrum aufugerunt, dispersique sunt, qui cum iis fuerant homines. Ad Abu bekrum detulerunt rem. Ait Derâr ben el aswar: nunquam hominem vidi, qui ad gerendum bellum late diffusum paratior esset Abu bekro; hic quocunque vellet, nos emittebat. Quibus confectis ad Abu bekrum perrexerunt legati Asaditarum, atque Gatafânitarum, Hewâsenitarumque; Kodâïtarum legati vero obviam iverunt Osâmae ben seid.

14 *

فنزلوا على وجوه الناس من المسلمين لِعَاشِرَةٍ مِنْ مُتَوَفَّى رسول الله صلى الله عليه فَعَرَضُوا الصَّلٰوةَ عَلَى أَنْ يُعْفُوا مِنَ الزَّكٰوةِ فاجتمع مَلَأٌ مِمَّنْ انزلهم على قبول ذلك حتى يبلغوا ما يريدون فَلَمْ يَبْقَ من وجوه المسلمين أَحَدٌ الا انزل منهم نَازِلًا إِلَّا الْعَبَّاسُ ثم أَتَوْا ابا بكر فاخبروه خبرهم وما اجتمع عليه مَلَأُهُمْ إِلَّا ما كان من ابى بكر آنى ما كان رسول الله اخذ بوفودهم وَأَجَّلَهُمْ يَوْمًا وَلَيْلَةً فتطايروا الى عشايرهم

حَدَّثَنَا السَّرِيُّ قال حدّثنا شُعَيْبٌ عن سَيْفٍ عن الْحَجَّاجِ عن عَمْرِو بْنِ شُعَيْبٍ قال كان رسول الله صلى الله عليه قد بَعَثَ عَمْرَو بْنَ الْعَاصِ الى جَيْفَرٍ مُنْصَرَفَهُ مِنْ حَجِّهِ فمات رسول الله صلى الله عليه وَعَمْرٌو بِعُمَانَ فاقبل حتى اذا انتهى الى الْبَحْرَيْنِ وَجَدَ الْمُنْذِرَ بْنَ سَاوَا فى الموت فقال له الْمُنْذِرُ أَشِرْ عَلَيَّ فِي مَالِي بِأَمْرٍ لِي وَلَا عَلَيَّ قال صَدِّقْ بعقار صدقة تجرى من بعدك ففعل ثُمَّ خَرَجَ من عنده فسار فى بَنِي تَمِيمٍ وخرج منها الى بلاد بَنِي عَامِرٍ فنزل على قُرَّةَ بْنِ هُبَيْرَةَ وَقُرَّةُ يُقَدِّمُ رِجْلًا وَيُؤَخِّرُ رِجْلًا وعلى ذلك بَنُوا عَامِرٍ كُلُّهُمْ ثم سار حتى قَدِمَ المدينة فَأَطَافَتْ بِهِ قُرَيْشٌ وَسَأَلُوهُ فاخبرهم أَنَّ الْعَسَاكِرَ مُعَسْكِرَةٌ مِنْ دَبَا إِلَى حَيْثُ انْتَهَيْتُ إِلَيْكُمْ فتفرّقوا وَتَحَلَّقُوا حَلَقًا واقبل عُمَرُ بْنُ الْخَطَّابِ يريد التسليم على عَمْرٍو فَمَرَّ على حَلْقَةٍ وَهُمْ فِي شَيْءٍ مِنَ الَّذِي سَمِعُوا مِنْ عَمْرٍو فى تلك الْحَلْقَةِ عُثْمَنُ وَعَلِيٌّ وَطَلْحَةُ وَالزُّبَيْرُ وَعَبْدُ الرَّحْمٰنِ وَسَعْدٌ فلما دنا عُمَرُ منهم سكتوا قال فِيمَ أَنْتُمْ فلم يجيبوه فقال مَا أَعْلَمَنِي بِالَّذِي خَلَوْتُمْ عَلَيْهِ فغضب طَلْحَةُ وقال تَاللّٰهِ يَا ابْنَ الْخَطَّابِ لَتُخْبِرُنَا بِالْغَيْبِ قال لا يعلم الغيب الا الله وَلٰكِنْ أَظُنُّ قُلْتُمْ مَا أَخْوَفَنَا عَلَى قُرَيْشٍ مِنَ الْعَرَبِ وَأَخْلَقَهُمْ أَلَّا يُقِرُّوا بهذا الامر قالوا صَدَقْتَ قال فلا تخافوا هذه المنزلة أَنَا وَاللّٰهِ مِنْكُمْ عَلَى الْعَرَبِ أَخْوَفُ مِنِّي مِنَ الْعَرَبِ عَلَيْكُمْ وَاللّٰهِ لَوْ تَدْخُلُونَ مَعَاشِرَ قُرَيْشٍ جُحْرًا لَدَخَلَتْهُ الْعَرَبُ فِي آثَارِكُمْ فَاتَّقُوا اللّٰهَ فِيهِمْ ومضى الى عَمْرٍو فسلّم عليه ثم انصرف الى ابى بكر

Quos hic ad Abu bekrum transmisit. Convenerunt El medinam, ibique ad viros principes Moslemos deverterunt die post obitum legati Dei, cui bene dicat Deus, decimo. Tum hi precationem polliciti sunt, cum hac exceptione, ut a collatione immunes essent. Atque eorum hominum, qui legatos hospitio exceperant, concilium ad hanc conditionem descendendum esse censuit, ut illi, quae vellent, nanciscerentur. Neque ullus principum Moslemorum fuit, qui non aliquem legatorum hospitio exceperit, praeter solum El abbâs. Deinde hi homines, Abu bekrum convenientes, ad eum retulerunt, quae proposuerant legati, et quae suorum concilio placuerant. Sed Abu bekr juravit haec: „legatus Dei illorum legationem non accepisset;" moramque legatis concessit unius diei noctisque. Itaque hi ad suos quisque populares revolarunt.

Tradidit nobis Essurri dixitque: haec nobis tradidit Schoaib, qui a Seifo ea acceperat, cui tradita fuerant ab El haddschâdsch, qui ea compererat ex Amro ben schoaib; hic enim dixit: miserat legatus Dei, cui Deus bene dicat, Amrum ben el âss, ex itinere sacro reducem, ad Dschaifarum; pauloque post mortuus est legatus Dei, cui Deus bene dicat, quum Amr in terra Omân adesset. Hic itaque in iter se dedit, adiitque terram El bachrein, ubi El mondsirum ben sâwâ invenit moribundum. Qui Amro: „dic mihi, inquit, quo pacto bona mea ita legem, ut mihi prosint, non vero obsint." Respondit Amr: „pium donum ex fundo constitue, quod post mortem tuam continuum solvatur." Quod effecit El mondsir. Amr vero, relicto illo, ad Temimitas progressus est, indeque in terram Ameritarum pervenit, ubi hospitio usus est Korrae ben hobeira. Hic Korra vero alterum pedem proferebat, alterum retrahebat, eodemque animo erant Ameritae omnes. Denique Amr pervenit El medinam, ubi eum Koreischitae circumsistunt, quid cognoverit, sciscitantes. Respondit: „exercitus usquequaque coacti sunt, ab urbe Daba usque ad eum locum, ubi in vos incidi." Quibus cognitis, huc illuc illi discesserunt, atque in circulos consederunt. Tum Omar ben el chattâb, ut Amrum salutaret, accedens, circulum quendam illorum transiit, de iis rebus, quas ex Amro audiverant, confabulantem; in quo circulo aderant Othmân, Ali, Talcha, Essobeir, Abd errachmân, atque Saad. Sed quum propius ad eos accessisset Omar, tacuerunt. Tum hic: „quamnam agitatis rem?" Illi vero responsum nullum dederunt. Atque ille: „perquam bene sane novi, quidnam in medio vestro agitetis!" Talcha vero irascens: „bone Deus, o Ebn el chattâb, tu certe nobis aperis occulta." Respondit ille: „occulta quidem non novit nisi Deus. Ego vero suspicor, vos dixisse haec: gravia nos Koreischitis metuimus ab Arabibus;" atque jurare eos jussit, se non exposuisse illa. Tum hi: vera dixisti. Omar vero: „hunc casum metuere nolite. Ego quidem, per Deum, magis a vobis metuo Arabibus, quam ab Arabibus vobis. Quin imo, per Deum, o Koreischitarum coetus, si vel in speluncam vos condatis, eadem se condent etiam Arabes, vestigia vestra prementes. Ergo reverentes Dei vos illis praebeatis!" Quibus dictis, Omar ad Amrum accessit, eumque salutavit; deinde ad Abu bekrum rediit.

حَدَّثَنَا ٱلسَّرِىُّ قال حدّثنا شُعَيْبٌ عن سَيْفٍ عن هِشَامِ بْنِ عُرْوَةَ عن ابيه قال نَزَلَ عَمْرُو بْنُ ٱلْعَاصِ مُنْصَرَفَهُ مِنْ عُمَانَ بعد وفاة رسول الله صلى الله عليه بِقُرَّةَ بْنِ هُبَيْرَةَ بْنِ سَلَمَةَ بْنِ قُشَيْرٍ وحوله عسكر من بنى عامر من أَفْنَائِهِمْ فَذَبَحَ له وَأَكْرَمَ مَثْوَاهُ فلما اراد ٱلرِّحْلَةَ خَلَا بِهِ قُرَّةُ فقال يا هذا إِنَّ ٱلْعَرَبَ لا تَطِيبُ لَكُمْ نَفْسًا بِٱلْإِتَاوَةِ فان اعفيتموها من اخذ اموالها فتسمع لكم وتطيع وَإِنْ أَبَيْتُمْ فَلَا أَرَى أَنْ تَجْتَمِعَ عَلَيْكُمْ فقال عمرو أَكَفَرْتَ يَا قُرَّةُ وحوله بنو عامر فَكَرِهَ أَنْ يبوح بمبايعتهم فيكفروا بمبايعته وينفر فى شَرٍّ فقال لَنَرُدَّنَّكُمْ إِلَى فِيئَتِكُمْ وكان من امره الاسلام أَجْعَلُوا بَيْنَنَا وَبَيْنَكُمْ مَوْعِدًا فقال عمرو أَتُوَاعِدُنَا بالعرب وتخوّفنا بها مَوْعِدُكَ حِفْشُ أُمِّكَ فوالله لَأُوطِئَنَّهُ عليك الخيل وَقَدِمَ على ابى بكر والمسلمين فاخبرهم

حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدّثنا سَلَمَةُ عن ابن إِسْحَقَ قال لَمَّا فَرَغَ خَالِدٌ من امر بَنِى عَامِرٍ وبيعتهم على ما بايعهم عليه أَوْثَقَ عُيَيْنَةَ بْنَ حِصْنٍ وَقُرَّةَ بْنَ هُبَيْرَةَ فبعث بهما الى ابى بكر فَلَمَّا قَدِمَا عليه قال له قُرَّةُ يا خليفة رسول الله قَدْ كُنْتُ مُسْلِمًا ولى من يشهد باسلامى عَمْرُو بْنُ ٱلْعَاصِ قد مَرَّ بى فاكرمته وقربته ومنعته قال فدعا ابو بكر عَمْرَو بْنَ ٱلْعَاصِ فقال مَا تَعْلَمُ مِنْ أَمْرِ هَذَا فقصّ عليه الخبر حتى انتهى الى ما قال له من أَمْرِ ٱلصَّدَقَةِ قال له حَسْبُكَ رحمك الله قال لا والله حتى ابلغ له كلّ ما قُلْتَ فَبَلَّغَ له فتجاوز عنه ابو بكر وَحَقَنَ دَمَهُ ✿ حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدثنا سلمة قال حدثنى محمد بن إِسْحَقَ عن محمد بن طَلْحَةَ بن يزيد بن رُكَانَةَ عن عبد الله بن عُتْبَةَ قال اخبرنى مَنْ نَظَرَ إِلَى عُيَيْنَةَ بْنِ حِصْنٍ مَجْمُوعَةٍ يَدَاهُ إِلَى عُنُقِهِ بحبل يَنْخَسُهُ غلمان المدينة بالجريد يقولون أَىْ عَدُوَّ ٱللّٰهِ أَكَفَرْتَ بَعْدَ إِيمَانِكَ فيقول والله مَا كُنْتُ آمَنْتُ بالله قَطُّ فتجاوز عنه ابو بكر وَحَقَنَ لَهُ دَمَهُ ✿

حَدَّثَنِى ٱلسَّرِىُّ قال حدّثنا شعيب عن سيف عن سَهْلِ بن يُوسُفَ قال أَخَذَ المسلمون رجلا من بَنِى أَسَدٍ فَأُتِىَ بِهِ خَالِدٌ فى ٱلْغَمْرِ وكان عالما

Tradidit nobis Essurri dixitque: tradidit nobis Schoaib, quae compererat ex Seifo, cui tradita fuerant ab Heschâm ben urwa, qui ea audiverat ex patre; hic autem dixit haec: Amr ben el âss, quum post mortem legati Dei, cui Deus bene dicat, ex provincia Omân rediret, hospitio usus est Korrao ben hobeira ben salama ben koscheir, apud quem exercitus Ameritarum aderat, ex Efnäitis eorum conflatus. Korra bestias mactavit Amro, honorificeque eum excepit. Qui quum de profectione jam cogitaret, in secretum eum seduxit Korra, dixitque: „o amice! Arabes erga vos bono animo non sunt, propter tributum exactum. Si vero a capiendis eorum bonis abstineatis, vobis obtemperabunt parebuntque. Quod si renuitis, ego non censeo, acquiescendum nobis esse in vobis." Cui Amr: „esne incredulus, o Korra?" Quum vero eum circumsisterent Ameritae, aliquid de eorum stipulatione exponere nolebat, ne forte stipulationi suae repugnarent, ipsique turpiter fugiendum esset. Tum Korra: „te remittemus, inquit, ad gentem tuam;" amplexus autem ille erat islamismum; „constituite nobis vobisque locum aliquem condictum." Quibus respondit Amr: „tune Arabes nobis polliceris, tuque iis nos terres? locus tibi condictus sit cunnus matris tuae! faciam, per Deum, ut equis te ille proculcet." Deinde ad Abu bekrum Moslemosque rediit, et quae compererat ad eos retulit.

Tradidit nobis Ebn homeid dixitque: haec nobis tradidit Salama, cui tradita fuerant ab Ebn ishâk; hic enim dixit haec: Châled quum Ameritarum res composuisset, et quae vellet cum iis pactus esset, Ojeinam ben hisn atque Korram ben hobeira vinculis constrictos ad Abu bekrum transmisit. Qui quum ad Abu bekrum adducti essent, dixit Korra: „o successor legati Dei, sum Moslemus, atque est mihi quidam vir, qui Moslemum me esse testetur, isque Amr ben el âss, quem ad me devertentem honorifice et eum observantia excepi, lauteque tuitus sum." Tum Abu bekr, advocato Amro ben el âss: „quaenam, inquit, de rebus hujus hominis cognita tibi sunt?" Exposuit Amr quae acciderant, donec narrando ad ea pervenit, quae de piis donis ad eum detulerat Hobeira. Tum hic Amro: „satis dixisti; misereatur tui Deus!" Sed Amr: „satis, per Deum, non dixero, nisi quum quae loquutus es ad eum retulero omnia." Itaque haec narravit illi. Sed Abu bekr ignovit Korrae, pepercitque ejus sanguini. Tradidit nobis Ebn homeid dixitque: tradidit nobis Salama dixitque: haec mihi tradidit Mohammed ben ishâk, qui ea compererat ex Mohammed ben talcha ben jesid ben rokâne, cui tradita fuerant ab Abd alla ben otba; hic enim dixit: narrarunt mihi haec quidam homines, qui ipsi Ojeinam ben hisn eo tempore viderant ita constrictum, ut utraque ejus manus ad cervicem fune adligata esset. Pueri El medinae eum caedebant palmitibus, inclamabantque: „o hostis Dei! incredulusne factus es, postquam fidem habueras?" Respondebat vero ille: „ego, per Deum, Deo fidem non habui unquam." Sed Abu bekr ei ignovit, ejusque sanguini pepercit. Tradidit mihi Essurri dixitque: haec nobis tradidit Schoaib, qui ex Seifo ea compererat, cui tradita fuerant a Sahl ben jussuf; hic vero dixit: ceperunt Moslemi vi-

بامر طُلَيْحَةُ فقال له خالد حَدِّثْنَا عنه وعن ما يقول لكم فزعم أَنَّ فيما اتى به وَٱلْحَمَامِ وَٱلْيَمَامِ وَٱلصُّرَدِ ٱلصُّوَّامِ قَدْ صَمْنَ قَبْلَكُمْ بِأَعْوَامٍ لَيَبْلُغَنَّ مُلْكُنَا ٱلْعِرَاقَ وَٱلشَّامَ

حَدَّثَنِى ٱلسَّرِىُّ بن يحيى قال حدثنا شعيب عن سيف عن ابى يعقوب سعيد بن عبيد الله قال لما أَرَزَ أَهْلُ ٱلْغَمْرِ الى البزاخة امر فيهم طُلَيْحَةُ ثم قال أُمِرْتُ أَنْ تَصْنَعُوا رَحًا ذَاتَ عُرًى يَرْمِى ٱللّٰهُ بِهَا مَنْ رَمَى يَهْوِى عَلَيْهَا مَنْ هَوَى ثم عَبَّأَ جنوده قال ٱبْعَثُوا فَارِسَيْنِ عَلَى فَرَسَيْنِ أَدْهَمَيْنِ مِنْ بَنِى نَصْرِ بْنِ قُعَيْنٍ يَأْتِيَانِكُمْ بِعَيْنٍ فبعثوا فارسين من بَنِى قُعَيْنٍ فخرج هو وَسَلَمَةُ طَلِعَتَيْنِ ✿ حَدَّثَنِى ٱلسَّرِىُّ قال حدثنا شعيب عن سيف عن عبيد الله بن سعيد بن ثابت بن ٱلْجِذْعِ عن عبد الرحمن بن كَعْبٍ عن مَنْ شَهِدَ بُزَاخَةَ من الانصار قال لم يُصِبْ خَالِدٌ على البزاخة عَيِّلًا وَاحِدًا كانت عِيَالَاتُ بنى اسد مُحْرَزَةً وقال ابو يعقوب بين مِثْقَبٍ وَفَلْجٍ وكانت عِيَالَاتُ قيس بين ٱلْفَلْجِ وَوَاسِطَ فَلَمْ يَعْدُ أَنْ انهزموا فاقرّوا جميعا بالاسلام خَشْيَةً على الذرارى وَٱتَّقَوْا خالدا بِطَلِبَتِهِ واستحقوا الامان ومضى طُلَيْحَةُ حتى نزل على كَلْبٍ بِٱلنَّقْعِ فاسلم ولم يزل مقيما فى كَلْبٍ حتى مات ابو بكر وكان اسلامه هنالك حين بلغه أَنَّ أَسَدًا وَغَطَفَانَ وَعَامِرًا قد اسلموا ثم خرج نحو مَكَّةَ مُعْتَمِرًا فى إِمَارَةِ ابى بكر ومرّ بجنبات المدينة فقيل لابى بكر هذا طليحة فقال مَا أَصْنَعُ بِهِ خَلُّوا عَنْهُ فقد هداه الله للاسلام ومضى طليحة نحو مَكَّةَ فقضى عُمْرَتَهُ ثم اتى عُمَرَ الى البيعة حين استخلف فقال له عُمَرُ انت قاتل عُكَّاشَةَ وَثَابِتٍ والله لا أُحِبُّكَ ابدا فقال ما يهمّ من رجلين اكرمهما الله بيدى ولم يُهِنِّى بايديهما فبايعه عُمَرُ ثم قال له خَدِعَ ما بقى من كِهَانَتِكَ قال نفخة او نفختان بالكير ثم رجع الى دار قومه فاقام بها حتى خرج الى العراق

rum quendam Asaditam, eumque in concienem adduxerunt, ad Châledum. Qui hemo quum res Toleichae bene nosset, dixit ei Châled: „aliquid de eo nobis narra, et de iis, quae ille vobis exponebat.“ Tum illo home ex iis, quae vaticinaretur Toleicha, haec fuisse inquit: „per columbas turturesque, atque falcones jejunos! pluribus annis ante vos hoc spopondit ille: imperium certe nostrum proferetur ad Irâkam atque Syriam usque.“

Tradidit mihi Essurri ben jachja dixitque: haec nobis tradidit Schoaib, qui ex Seifo ea compererat, cui tradita fuerant ab Abu jakûb said ben obeid alla; qui dixit haec: quum ad El bosâcham se contulisset concio, mandata sua iis dedit Toleicha. Deinde: „hoc jam, inquit, jubeo, ut molam faciatis ansatam, quam Deus in quemcunque velit immittat, atque in quam, cui id decretum sit, incidat.“ Mox cohertibus instructis: „duos equites emittite, inquit, nigricantibus equis vectes, ex tribu Nasr ben koain oriundes, qui ad vos adferant nuntium.“ Itaque dues equites Koainitas emiserunt; atque ipse Toleicha et Salama quoque exiverunt tanquam praecursores. Tradidit mihi Essurri dixitque: haec nobis tradidit Schoaib, ut a Seifo accepta, qui ea audiverat ex Obeid alla ben saìd ben thâbet ben el dschadsa, cui tradita fuerant ab Abd errachmân ben kaab, qui ea compererat ex quedam Anssârio, qui ad Bosâcham adfuerat. Hic vero dixit: ex familiis hestium nullum hominem ad El bosâcham cepit Châled; familiae enim Asaditarum in tuto collocatae erant, et quidem, ut ait Abu jakûb, inter loca Mithkab et Feldsch; familiae Kaissitarum vero inter El feldsch atque Wâset commorabantur. Sed quum non multum abesset, quin illi in fugam effunderentur, islamismum amplexi sunt omnes, familiis suis metuentes. Extimescebant enim, ne Châled quaestionem constitueret; sic vero digni visi sunt, quibus impunitas daretur. Ipse Toleicha ad Kelbitas se recepit, in Ennaka commorantes, ubi islamismum amplexus est, atque mansit, quoad mortuus est Abu bekr. Islamismi amplectendi causa ei fuit, quod compererat, Asaditas omnes, atque Gatafânitas, Ameritasque factos esse Moslemos. Deinde ad Meccam contendit, ut iter sacrum perageret, imperium tenente Abu bekro. Quum latera urbis El medinae praeteriret, dictum est Abu bekro: en Toleicham; respondit vero ille: „quid ei faciam? sinite eum! jam ad islamismum adduxit eum Deus.“ Adiit itaque Meccam Toleicha, iterque sacrum perfecit. Interjecto deinde tempore, ad Omârum, quum hic chalifa creatus esset, contendit, ut fidem ei sponderet. Tum Omar „tu, inquit, Okkâscham interfecisti, atque Thâbetum; te, per Deum, haud amabo unquam.“ Ille vero: „inter eos bini viri non exstiterunt, ques per manus meas nobilitaverit Deus, quin per eorum manus me depresserit.“ Itaque fidem eum spondere fecit Omar; deinde ei dixit: „languet jam, quod de vaticinatione tua superest.“ Respondit ille: „non fuit ea, nisi flatus unus, vel duo, ex folle.“ Rediit inde Toleicha ad sedes gentis suae, ubi commoratus est, quoad in Irâkam contendit.

ذِكْرُ رِدَّةِ هَوَازِنَ وَسُلَيْمٍ وَعَامِرٍ ✿ حَدَّثَنَا ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سَهْلٍ وعبد الله قالا أَمَّا بَنُوا عَامِرٍ فانهم قَدَّمُوا رِجْلًا وَأَخَّرُوا رِجْلًا ونظروا ما تصنع أَسَدٌ وَغَطَفَانُ فلما أُحِيطَ بِهِمْ وَبَنُوا عَامِرٍ على قادتهم وسادتهم كان قُرَّةُ بْنُ هُبَيْرَةَ فِي كَعْبٍ وَمَنْ دَانَهَا وَعَلْقَمَةُ بْنُ عُلَاثَةَ فِي كِلَابٍ وَمَنْ لَافَّهَا وقد كان عَلْقَمَةُ أَسْلَمَ ثم ارتدّ فى زمان النبى صلى الله عليه وسلم ثم خرج بعد فتح ٱلطَّائِفِ حتى لحق بالشام فلما تُوُفِّيَ النبى صلى الله عليه أَقْبَلَ مُسْرِعًا حتى عسكر فى بَنِي كَعْبٍ مُقَدِّمًا رِجْلًا وَمُؤَخِّرًا أُخْرَى وبلغ ذلك أَبَا بَكْرٍ فبعث اليه سَرِيَّةً وَأَمَّرَ عليها ٱلْقَعْقَاعَ بْنَ عَمْرٍو وقال يا قَعْقَاعُ سِرْ حتى تغير على عَلْقَمَةَ بْنِ عُلَاثَةَ لَعَلَّكَ أَنْ تاخذه لى او تقتله وَٱعْلَمْ أَنَّ شِفَاءَ ٱلنَّفْسِ ٱلْحَوْصُ فاصنع ما عندك فخرج فى تلك ٱلسَّرِيَّةِ حتى اغار على الماء الذى عليه عَلْقَمَةُ وكان لا يَبْرَحُ أَنْ يَكُونَ عَلَى رَحْلٍ فسابقهم على فرسه فسبقهم مُرَاكَضَةً وَأَسْلَمَ اهله وَوُلْدَهُ فَٱنْتَسَفَ امراته وبناته وَنِسَاءَهُ ومن اقام بالرجال فَٱتَّقَوْهُ بالاسلام فَقَدِمَ بهم على ابى بكر فَجَحَدَ وُلْدُهُ وزوجته ان يكونوا مالوا الى عَلْقَمَةَ وكانوا مقيمين فى الدار ولم يبلغه ذلك وقالوا مَا ذَنْبُنَا فيما يصنع عَلْقَمَةُ من ذلك فَأَرْسَلَهُمْ ثُمَّ أَسْلَمَ فَقَبِلَ ذلك منه وَحَدَّثَنَا ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سَيْفٍ عن أَبِي عَمْرٍو وَأَبِي ضَمْرَةَ عن ٱبْنِ سِيرِينَ مِثْلَ مَعَانِيهِ وَأَقْبَلَ بَنُوا عَامِرٍ بعد هزيمة اهل بُزَاخَةَ يقولون نَدْخُلُ فِيمَا خَرَجْنَا مِنْهُ فبايعهم على ما بايع عليه أَهْلَ ٱلْبُزَاخَةِ من أَسَدٍ وَغَطَفَانَ وَطَيِّءٍ قبلهم وَأَعْطَوْهُ بِأَيْدِيهِمْ على

Caput septimum.

Debellantur Omm siml et El fudschâa apostatae.

Exponitur defectio Hewâsenitarum, et Soleimitarum, Ameritarumque. Haec nobis tradidit Essurri, cui tradita fuerant a Schoaib, qui ex Sahl et Abd alla ea compererat. Hi enim dixerunt: Ameritae quidem alterum pedem proferebant, alterum retrahebant, exspectantes quid facturi essent Asaditae et Gatafânitae. Qui quum ab hoste circumvenirentur, Ameritae vero apud duces suos principesque consisterent, Korra ben hobeira inter Kaabitas eorumque asseclas aderat, atque inter Kelâbitas eorumque asseclas Alkama ben olâthe. Qui Alkama primo islamismum amplexus erat, deinde vero ab eo defecerat, vivo propheta, cui bene dicat Deus faveatque. Expugnata urbe Ettâïf, ad fines Syriae confugit Alkama. Mortuo vero propheta, cui bene dicat Deus, celeriter rediit, castraque inter Kaabitas posuit, proferens alterum pedem, alterum retrahens. Quae quum Abu bekro renuntiata essent, contra illum turmam emisit, cui praefecerat El kakâam ben amr. Cui Abu bekr: „o Kakâa, inquit, iter fac, donec ad Alkamam ben olâthe perveneris, quem vel mihi capias, vel occidas. Atque scias, salutarem esse impetum praecipitem; quamobrem quae visum fuerit perfice!" Itaque El kakâa cum hac turma ad illum puteum profectus est, apud quem castra posuerat Alkama, neque unquam ex sella camelina descendit. At Alkama tamen, equo suo vectus, praevertere illos contendit, incitatoque cursu effugit, relictis domesticis et liberis. Abstulit igitur El kakâa ejus uxorem, et filias, ac mulieres, et qui remanserant viros, qui islamismi causa ab illo sibi metuebant. Quos quum ad Abu bekrum adduxisset El kakâa, liberi atque conjux illius, se cum Alkama consilii consortes fuisse, negarunt. Domi enim se continuerant; quod ille non compererat. Dixerunt itaque: „an nostra culpa facta sunt quae commisit Alkama?" Dimisit ideo hos Abu bekr. Deinde islamismum amplexus est Alkama, quod ab eo gratum habuit Abu bekr. Tradidit nobis Essurri quae a Schoaibo acceperat, cui tradita fuerant a Seif, qui ea compererat ex Abu amr et Abu damra, quibus tradita fuerant ab Ebn sîrin; quae illis consentiunt. Atque accesserunt Ameritae, profligatis iis qui ad Bosâcham constiterant, dixeruntque: „jam intrabimus eo, unde exivimus." Itaque Châled eadem cum his pactus est, quae cum iis, qui ex Asaditis, Gatafânitis et Tajjitis ad El bosâcham adfuerant; porrecta dextra, islamismum se professuros esse,

الاسلام وَلَمْ يَقْبَلْ مِنْ أَحَدٍ مِنْ أَسَدٍ وَغَطَفَانَ وَلَا هَوَازِنَ وَلَا سُلَيْمٍ وَلَا طَيِّءٍ إِلَّا أَنْ ياتوه بالذين حَرَّقُوا او مَثَّلُوا وَعَدَوْا على الاسلام في حال رِدَّتِهِمْ فاتوه بهم فَقَبِلَ مِنْهُمْ إِلَّا زُهَيْرًا وَقُرَّةَ بْنَ هُبَيْرَةَ وَنَفَرًا معه اوثقهم وَمَثَّلَ بالذين عَدَوْا على الاسلام فاحرقهم بالنيران وَرَضَخَهُمْ بِالْحِجَارَةِ ورمى بهم من الجبال ونكسهم في الآبار وخزق بالنبال وكتب الى ابي بكر إِنَّ بَنِي عَامِرٍ أَقْبَلَتْ بَعْدَ إِعْرَاضٍ ودخلت في الاسلام بعد تربّص وَإِنِّي لَمْ أَقْبَلْ من احد قاتلني او سَالَمَنِي شيا حتى يَجِيئُونِي بِمَنْ عَدَا على المسلمين فقتلتهم وَقَدْ قَتَلْتُهُمْ كُلَّ قِتْلَةٍ وبعثت اليك بقرة واصحابه

حَدَّثَنَا السَّرِيُّ قال حدثنا شُعَيْبٌ عن سَيْفٍ عن أَبِي عَمْرٍو عن نَافِعٍ قال كتب ابو بكر الى خالد لِيَزِدْكَ مَا أَنْعَمَ اللَّهُ بِهِ عَلَيْكَ خَيْرًا وَاتَّقِ اللَّهَ فِي أَمْرِكَ فَإِنَّ اللَّهَ مَعَ الَّذِينَ اتَّقَوْا وَالَّذِينَ هُمْ مُحْسِنُونَ جُدَّ في امر الله ولا تَنِيَنَّ وَلَا تَظْفَرَنَّ باحد من المشركين قتل من المسلمين إِلَّا نَكَّلْتَ وَمَنْ أَخَذْتَ مِمَّنْ حَادَّ اللَّهَ أَوْ ضَادَّهُ مِمَّنْ تَرَى أَنَّ فِي ذَلِكَ صَلَاحًا فَاقْتُلْهُ فاقام على البُزَاخَةِ شهرا يُصَعِّدُ فيها وَيُصَوِّبُ ويرجع اليها في طَلَبِ اوليك فمنهم من احرق ومنهم من قمطه ورضخه بالحجارة ومنهم من رمى به من رووس الجبال وَقَدِمَ بِقُرَّةَ وَأَصْحَابِهِ فلم يُنْزَلُوا ولم يُقَلْ لهم كما قيل لِعُيَيْنَةَ واصحابه لانهم لم يكونوا في مثل حالهم ولم يفعلوا فِعْلَهُمْ

قَالَ السَّرِيُّ حدثنا شعيب عن سَيْفٍ عن سَهْلٍ وَأَبِي يَعْقُوبَ قالا اجتمعت فَلَّالُ غَطَفَانَ الى ظَفَرَ وبها أُمُّ زِمْلٍ سَلْمَى ابْنَةُ مَالِكِ بْنِ حُذَيْفَةَ بْنِ بَدْرٍ وهي تشبه بِأُمِّهَا أُمِّ قِرْفَةَ بِنْتِ رَبِيعَةَ بْنِ فُلَانِ بْنِ بَدْرٍ وكانت أُمُّ قِرْفَةَ عند مالك بن حذيفة فولدت له قِرْفَةَ وَحَكَمَةَ وَجُرَاشَةَ وَزِمْلًا وَحِصْنًا وَشُرَيْكًا وَعَبْدًا وَزُفَرَ وَمُعَاوِيَةَ وَجَمَلًا وَقَيْسًا وَلَأْيًا فَأَمَّا حَكَمَةُ فقتله رسول الله صلى الله عليه يوم اغار عيينة بن حصن على سَرْحِ الْمَدِينَةِ قتله أَبُو قَتَادَةَ فاجتمعت تلك الفَلَّةُ الى سَلْمَى وَعُرَامِهَا وعندها جَمَلُ أُمِّ قِرْفَةَ فنزلوا اليها فذمرتهم وامرتهم بالحرب وَصَعَّدَتْ سَائِرَةً فِيهِمْ وَصَوَّبَتْ تدعوهم الى حرب خالد حتى اجتمعوا لها وتشجعوا على ذلك وَتَأَشَّبَ الشُّرَّادُ

polliciti sunt. At in gratiam tamen non recepit ullum Asaditam, Gatafânitam, Hewâsenitam, Soleimitam vel Tajjitam, nisi cum hac exceptione, ut eos homines traderent, qui, dum apostatae fuerant, flammis suppliciisque adhibitis variis in islamismum saevierant. Itaque illos homines ei tradiderunt, quod ab iis gratum habuit; nec nisi Soheirum, et Korram ben hobeira, aliosque cum eo nonnullos viros vinculis constrinxit. Supplicio vero eos affecit, qui in islamismum saevierant; quos igne combussit, lapidibus contudit, ex montibus praecipitavit, in puteos detrusit, telis laceravit. Atque haec ad Abu bekrum scripsit: „revenerunt ad nos Ameritae post defectionem factam, atque ad islamismum se adplicaverunt post moram interpositam. Nullum vero eorum, qui vel bellum mihi inferrent, vel aliquid a me peterent, in gratiam recepi, nisi postquam eos mihi commiserant, qui in Moslemos saevierant, eosque necaverant. Quos quocunque supplicii genere necavi. Ad te autem illius hominis familiares asseclasque transmisi."

Tradidit nobis Essurri dixitque: tradidit nobis Schoaib quae a Seifo acceperat, cui tradita fuerant ab Abu amr, qui ex Nâfe ea compererat. Hic enim dixit: ad Châledum haec scripsit Abu bekr: „proroget tibi, quam tibi tribuit, prosperitatem Deus, atque tu Dei reverentem in rebus tuis te praebe. Etenim iis Deus adest, qui eum reverentur, atque bene faciunt. Strenue rem Dei cura, neque tepescas. Quemcunque polytheïstam ceperis, qui Moslemos necaverit, cum supplicio affice. Atque quemcunque velis ex iis, qui obstiterunt Deo et adversati sunt, si commodum tibi videbitur, morte mulcta." Itaque Châled ad El bosâcham mensem unum commoratus est, modo per clivos ascendens, modo descendens, moxque ad eam revertens, ut homines illos insequeretur; quorum alios combussit, alios constrinxit, alios lapidibus contudit, alios ex cacuminibus montium praecipitavit. Korram vero, ejusque socios, ad Abu bekrum adduxit. Qui non ita recepti sunt, neque, quemadmodum Ojeina, ejusque socii, ita compellati; hi enim non eadem conditione erant, neque, qualia illi, talia ipsi perpetraverant.

Dixit Essurri: tradidit nobis Schoaib, quae a Seifo acceperat, cui tradita fuerant a Sahl et Abu jakub; qui dixerunt haec: Gatafânitae fugitivi convenerunt in locum Adfar, ubi commorabatur Omm siml selma, filia Mâleki ben hodseifa ben bedr, quae matri similis erat, id est Omm kirfae ben rebia ben fulân ben bedr. Quae Omm kirfa, postquam nupserat Mâleko ben hodseifa, filios ei peperit Kirfa, Hakama, Dschorâscha, Siml, Hisn, Schoreik, Abd, Sofar, Moâwije, Dschamal, Feisch et Lai. Hakamam vero peremit legatus Dei, cui Deus bene dicat, et eo quidem die, quo in vallem El medinae incurrit Ojeina ben hisn; ubi eum necavit Abu katâde. Turba igitur ista convenit Selmam ejusque agmen; quae camelum matris quoque secum habebat. Ad quam quum illi accessissent, eos cohortata est, atque ad bellum gerendum excitavit; modo cum iis montes ascendit, modo ex iis descendit, bellum contra Châledum suscipere illos jubens. Denique illi hujus feminae partes amplexi, atque tale quid suscipere ausi sunt; profugi quoque ad eos affluxerunt ex

اليهم من كلّ مكان وكانت قد سُبِيَتْ في ايام أُمِّ قِرْفَةَ فوقعت لِعَائِشَةَ فاعتقتها فكانت تكون عندها ثم رجعت الى قومها وقد كان ٱلنَّبِيُّ صلى الله عليه دخل عليهن يوما فقال إِنَّ إِحْدَاكُنَّ تَسْتَنْبِحُ كِلَابَ ٱلْحَوْأَبِ ففعلت سَلْمَى ذلك حين ارتدّت وطلبت بذلك ٱلثَّأْرَ فسيرت فيما بين ظَفَرٍ وٱلْحَوْأَبِ لتجمع اليها فتجمع اليها كُلُّ فَلٍّ وَمُضَيَّقٍ عَلَيْهِ من تلك الاحياء من غَطَفَانَ وَسُلَيْمٍ وَهَوَازِنَ وَطَيِّءٍ وَأَسَدٍ فلما بلغ خَالِدًا هذا وهو فيما هو فيه مِنْ تَتَبُّعِ الثار واخذ ٱلصَّدَقَةِ وَدُعَآءِ الناس وتسبيرهم سار الى المراة وقد استكثف امرها وغلظ شانها فنزل عليها وعلى جماعها فاقتتلوا قتالا شديدا وهي واقفة على جَمَلٍ أُمِّهَا وَفِي مِثْلِ عِزِّهَا وكان يقال مَنْ نَخَسَ جَمَلَهَا فَلَهُ مِأْيَةٌ مِنَ ٱلْإِبِلِ لِعِزِّهَا وَأُبِيرَتْ يَوْمَئِذٍ بُيُوتَاتٌ مِنْ خَاسِيٍّ وَهَارِبَةَ وَغَنْمٍ قال ابو جعفر خَاسِيٌّ حَيٌّ من غَنْمٍ وَأُصِيبَ في الناس من كَاهِلٍ وكان قتالهم شديدا حتى اجتمع على ٱلْجَمَلِ فَوَارِسُ فعقروه وقتلوها وَقُتِلَ حول جملها مائة رَجُلٍ وَبَعَثَ بالفتح فقدم على إِثْرِ قُرَّةَ بِنَحْوٍ من عشرين ليلة

قَالَ ٱلسَّرِيُّ قال شعيب عن سَهْلٍ وَأَبِي يَعْقُوبَ قالا كان من حديث ٱلْجِوَآءِ وَنَاعِمٍ أَنَّ ٱلْفُجَآءَةَ إِيَاسَ بْنَ عَبْدِ يَالِيلَ قَدِمَ على ابى بكر فقال أَعِنِّي بِسِلَاحٍ وَمُرْنِي بِمَنْ شِئْتَ مِنْ أَهْلِ ٱلرِّدَّةِ فاعطاه سلاحا وَأَمَّرَهُ أَمْرَهُ فخالف امره الى المسلمين فخرج حتى ينزل بِٱلْجِوَآءِ وبعث نُجَبَةَ بْنَ أَبِي ٱلْمَيْثَآءِ من بَنِي ٱلشَّرِيدِ وامره بالمسلمين فَشَنَّهَا غَارَةً على كلّ مسلم في سُلَيْمٍ وَعَامِرٍ وَهَوَازِنَ وبلغ ذلك ابا بكر فارسل الى طُرَيْفَةَ بْنِ حَاجِزٍ فامره أَنْ يجمع له وان يسير اليه وبعث اليه عَبْدَ ٱللهِ بْنَ قَيْسٍ ٱلْجَاسِيَّ عَونًا ففعل ثم نهضا اليه وطلباه فجعل يَلُوذُ منهما حتى لَقِيَاهُ على ٱلْجِوَآءِ فاقتتلوا فَقُتِلَ نُجَبَةُ وَهَرَبَ ٱلْفُجَآءَةُ فلحقه طُرَيْفَةُ فاسره ثم بعث به الى ابى بكر فقدم به على ابى بكر فامر فاوقد له نارا في مُصَلَّى المدينة على حطب كثير ثم رمى به فيها مقموطا قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وَأَمَّا ٱبْنُ حُمَيْدٍ فانه حدثنا في شَأْنِ ٱلْفُجَآءَةِ عن سَلَمَةَ عن محمد بن اسحق عن عبد

quocunque fere loco. Selma autem jam antea capta fuerat, quum viva esset Omm kirfa, obvenerat-que Aïschae, quao deinde eam manu miserat; quo facto per aliquod tempus apud Aïscham commorata erat, denique vero ad gentem suam redierat. Ad utramque quodam die accedens propheta, cui bene dicat Deus, dixerat haec: „altera vestrum, profecto, latrare faciet canes El hauabi." Quod re vera fecit Selma, quum ab islamismo defecisset, atque illa ulcisci vellet. Nuntios enim misit in regionem Dafar el hauab, ut ad se accederent homines. Itaque ex tribubus illis, id est Gatafânitis, Soleimitis, Hewâsenitis, Tajjitis et Asaditis, omnes homines ad eam confluxerunt, qui vel in fugam se dederant, vel necessitate premebantur. Quod quum renuntiatum esset Châledo, qui tunc in exigonda ultione, piis donis colligendis, cohortandis hominibus ac mittendis occupatus erat, contra illam feminam profectus est; nam invaluerat jam ejus auctoritas ac potestas. Conflixit cum ea ejusque agmine Châled, procliumque commissum est grave. Erecta stabat Selma in camelo matris, eandem quam mater prae se ferens dignitatem; qui ejus camelum propelleret, ei centum camelos decretos esse ferebant, propter feminae dignitatem. Dirutae sunt eo die domus nonnullae Châsitarum, Hârebitarum atque Ganmitarum. Châsitas gentem quandam Ganmitarum esse, ait Abu dschafer. Capti sunt quoque nonnulli homines Kâhelitae. Denique, postquam acriter dimicatum est, equites aliquot in camelum Selmae irruentes, pedes ei praeciderunt, feminamque necaverunt; caesi vero sunt circa illius camelum viri centum. Itaque Châled misit nuntium, victoriam se reportavisse; ipseque post Korram viginti circiter noctibus ad Abu bekrum accessit.

Dixit Essurri: haec nobis narravit Schoaib, cui tradita fuerant ab Sahl et Abu jaakûb. Ili vero dixerunt: ad El dschiwâ et Nâer res ita gestae sunt. Venit ad Abu bekrum vir, cui nomen El fudschâa ijâs ben abd jâlil, dixitque: „da mihi arma, meque contra quem velis apostatam emitte!" Itaque armis eum instruxit Abu bekr, mandataque ei dedit. Ille vero contra mandata Abu bekri facientem se praebuit Moslemis. In iter se dedit, castrisque ad El dschiwâ positis, Nodschbam ben abil meithâ Schariditam in moslemos emisit, atque incursantibus equitibus his, quicunque inter Soleimitas et Ameritas Hewâsenitasque erant, Moslemos vexavit. De qua re certior factus Abu bekr, nuntium ad Toreifam ben hâdschis misit, eumque jussit, copiis collectis, contra El fudschâam proficisci; mox subsidio misit Toreifae Abd allam ben kais Hâsehitam. Quae mandata persequentes, duces illi ad El fudschâam perrexerunt, eumque insequuti sunt; hic vero fuga se subtraxit, donec tandem ad El dschiwâ in eum inciderunt. Tum armis conflixerunt, occisusque est Nodschba; terga vertentem El fudschâam adsequutus est Toreifa, captumque ad Abu bekrum transmisit. Deinde ipse Toreifa eum ad Abu bekrum adduxit; jubenteque chalifa in campo sacro urbis El medinae ignem accendit, multa materia altum, in quem El fudschâam, vinculis constrictum, injecit. Ait Abu dschafer: Ebn homeid vero de rebus El fudschâae haec nobis exposuit, quae a Salama acceperat, cui tradita fuerant a Mohammed ben ishâk, qui ex Abd

الله بن ابى بكر قال قَدِمَ على ابى بكر رَضِىَ الله عنه رجل من بَنِى سُلَيْم يقال له ٱلْفُجَآءَةُ وهو إِيَاسُ بْنُ عَبْدِ ٱللّٰهِ بْنِ عَبْدِ يَالِيلَ بْنِ عُمَيْرَةَ بْنِ خُفَافٍ فقال لابى بكر إِنِّى مُسْلِمٌ وقد أَرَدْتُ جهاد من ارتدّ من الكفّار فَٱحْمِلْنِى وَأَعِنِّى فَحَمَلَهُ ابو بكر على ظَهْرٍ واعطاه سلاحا فخرج يستعرض الناس المسلم والمرتدّ ياخذ اموالهم ويصيب من امتنع منهم ومعه رجل من بَنِى ٱلشَّرِيدِ يقال له نُجْبَةُ بْنُ أَبِى ٱلْمَيْثَآءِ فلما بلغ ابا بكر خبره كتب الى طُرَيْفَةَ بْنِ حَاجِزٍ إِنَّ عَدُوَّ ٱللّٰهِ ٱلْفُجَآءَةَ اتانى فزعم انه مسلم وَيَسْأَلُنِى أَنْ أُقَوِّيَهُ على من ارتدّ من الاسلام فَحَمَلْتُهُ وَسَلَّحْتُهُ ثم انتهى إِلَىَّ من يقين الخبر أَنَّ عَدُوَّ الله قد استعرض الناس المسلم والمرتدّ ياخذ اموالهم ويقتل من خالفه منهم فَسِرْ إِلَيْهِ بمن معك من المسلمين فسار اليه طُرَيْفَةُ بْنُ حَاجِزٍ فلما التقى الناس كانت بينهم ٱلرِّمِّيَّا بِٱلنَّبْلِ فقُتِلَ نُجْبَةُ بْنُ أَبِى ٱلْمَيْثَآءِ بسهم رُمِىَ به فلما راى ٱلْفُجَآءَةُ من المسلمين ٱلْجِدَّ قال لِطُرَيْفَةَ والله ما انت بِأَوْلَى بِٱلْأَمْرِ مِنِّى انت أَمِيرٌ لابى بكر وانا اميره فقال له طُرَيْفَةُ إِنْ كنت صادقا فَضَعِ ٱلسِّلَاحَ وَٱنْطَلِقْ معى الى ابى بكر فلما قَدِمَ عليه امر ابو بكر طريفة بن حاجز فقال ٱخْرُجْ بِهِ الى هذا ٱلْبَقِيعِ فَحَرِّقْهُ فيه بالنار فخرج به طريفة الى ٱلْمُصَلَّى فاوقد له نارا فَقَذَفَهُ فيها فقال خُفَافُ بْنُ نُدْبَةَ وَهُوَ خُفَافُ بْنُ عُمَيْرٍ يَذْكُرُ ٱلْفُجَآءَةَ فيما صنع

لِمَ يَأْخُذُونَ سِلَاحَهُ لِقِتَالِهِ ... وَلِذَاكُمُ عِنْدَ ٱلْإِلٰهِ أَثَامُ

لَا دِينُهُمْ دِينِى وَلَا أَنَا فَاتِنٌ ... حَتَّى يَسِيرَ إِلَى ٱلصَّرَاةِ شَمَامُ

حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدثنا سَلَمَةُ عن ابى اسحق عن عبد الله بن ابى بكر قال كانت سُلَيْمُ بْنُ مَنْصُورٍ قد انتقض فرجعوا كُفَّارًا وثبت بعضهم على الاسلام مع أَمِيرٍ كان لابى بكر عليهم يقال له مَعْنُ بْنُ حَاجِزٍ احد بَنِى حَارِثَةَ فلما سار خالد بن الوليد الى طُلَيْحَةَ واصحابه كتب الى مَعْنِ بْنِ حاجزٍ ان يسير الى اوليك مع مَنْ معه على الاسلام من بَنِى سُلَيْمٍ مع خالدٍ فساروا واستخلف على عَمَلِهِ اخاه طُرَيْفَةَ بْنَ حَاجِزٍ وقد كان لحق فيمن لحق من

alla ben abi bekr ea compererat. Hic enim dixit: Abu bekrum, quem gratum habeat Deus, homo quidam Soleimita convenit, quem El fudschâam adpellabant; nomen vero ei erat Ijâs ben abd alla ben abd jâlil beu amira beu chofâf. Hic Abu bekro: „moslemus sum," inquit, „bellumque inferre constitui apostatis, qui a religione defecerunt. Itaque jumenta mihi da et arma." Quo cognito, Abu bekr camelos illi paravit atque arma. Ille vero, postquam Abu bekrum reliquerat, in homines grassari coepit, quum moslemos, tum apostatas; bona hominum diripiebat, vexabatque eos, qui sibi obsistere auderent; secum habebat virum quendam Schariditam, cui nomen Nodschba beu abil meithâ. Quo comperto, Abu bekr ad Toreifam beu hâdschis scripsit haec: „convenit me El fudschâa, hostis quidem Deo, sed Moslemum simulans, atque hoc a me petiit, ut datis armis ipsum instruerem ad debellandos eos, qui ab islamismo defecissent. Itaque jumenta ei paravi atque arma. Jam vero certo comperi, hominem illum, Deo hostem, in populum grassari, quum Moslemos, tum apostatas, bonis diripiendis, necandisque iis, qui obsistant. Quam ob rem, Moslemis qui tecum sunt coactis, tu illum pete." Quo cognito, Toreifa ben hâdschis ad El fudschâam contendit. Simul atque inter se concurrerunt agmina, tela jecerunt, occisusque est Nodschba ben abil meithâ jacto in eum telo. Quam ob rem El fudschâa, quum rem seriam agere videret Moslemos, dixit Toreifae: „te quidem imperatorem esse, magis, per Deum, non convenit, quam me; tu enim praefectus es, ab Abu bekro constitutus, qui etiam me praefectum creavit." Cui Toreifa: „quod si verum dicis, arma depone, mecumque ad Abu bekrum contende." Quum vero ad Abu bekrum accessisset El fudschâa, ille Toreifae ben hâdschis: „educ, inquit, hunc hominem in istud nemus, igneque ibi eum combure." Eduxit itaque El fudschâam in campum sacrum Toreifa, ignemque accendit, in quem illum conjecit. Dixit Chofâf ben uodba, qui etiam Chofâf ben omeir adpellatur, in quibusdam, quos pepigit, versiculis, El fudschâam commemorans:

1. Cur illius arma sumant, ut bellum ei inferant?
   Profecto enim hoc a Deo nefas habetur.
2. Illorum religio mea non est, neque agam prava,
   Donec ad Ettorât accesserit mons Schamâm.

Tradidit nobis Ebn homeid dixitque: tradidit nobis Salama, quae ipse ab Ebn ishâk acceperat, cui haec tradiderat Abd alla ben abi bekr. Qui dixit: pars quaedam tribus Soleim ben manssûr fidem prodidit, atque a religione defecit; alia vero pars in islamismo perstitit una cum praefecto, quem ad eos miserat Abu bekr, id est Maano ben hâdschis Hârethita. Quum autem Châled ben el walîd contra Toleicham ejusque asseclas proficisceretur, datis litteris Maanum ben hâdschis jussit, simul cum Châledo apostatas illos petere, iis Soleimitis ad se evocatis, qui in islamismo perstitissent. Itaque hi illuc profecti sunt, provinciamque suam Maan tradidit fratri, Toreifae ben hâdschis. Ex iis Soleimitis, qui ad apostatarum partes transierunt, fuit etiam

بنى سُلَيْم بأهل ٱلرِّدَّة أَبُو شَجَرَةَ آبْنُ عَبْدِ ٱلْعُزَّى وهو أَبُو ٱلْخَنْسَآء فقال

فَلَوْ سَأَلَتْ عَنَّا غَدَاةَ مُرَامِرٍ   كَمَا كُنْتُ عَنْهَا سَايِلًا لَوْ نَأَيْتُهَا
لِقَآءَ بَنِى فِهْرٍ وَكَانَ لِقَآؤُهُمْ   غَدَاةَ ٱلْجِوَآءِ حَاجَةً فَقَضَيْتُهَا
صَبَرْتُ لَهُمْ نَفْسِى وَعَرَّجْتُ مُهْرَتِى   عَلَى ٱلطَّعْنِ حَتَّى صَارَ وَرْدًا كُمَيْتُهَا
إِذَا هِىَ صَدَّتْ عَنْ كَمِىٍّ أُرِيدُهُ   عَدَلْتُ إِلَيْهِ صَدْرَهَا فَهَدَيْتُهَا

فقال أَبُو شَجَرَةَ حين آرْتَدَّ عن الاسلام

صَحَا ٱلْقَلْبُ عَنْ مَىٍّ هَوَاهُ وَأَقْصَرَا   وَطَاوَعَ فِيهَا ٱلْعَاذِلِينَ فَأَبْصَرَا
وَأَصْبَحَ أَدْنَى رَائِدِ ٱلْجَهْلِ وَٱلصِّبَى   كَمَا وُدُّهَا عَنَّا كَذَاكَ تَغَيَّرَا
وَأَصْبَحَ أَدْنَى رَائِدِ ٱلْوَصْلِ مِنْهُمُ   كَمَا حَبْلُهَا مِنْ حَبْلِنَا قَدْ تَبَتَّرَا
أَلَا أَيُّهَا ٱلْمُدْلِى بِكَثْرَةِ قَوْمِهِ   وَحَظُّكَ مِنْهُمْ أَنْ تُضَامَ وَتُقْهَرَا
سَلِ ٱلنَّاسَ عَنَّا كُلَّ يَوْمِ كَرِيهَةٍ   إِذَا مَا ٱلْتَقَيْنَا دَارِعِينَ ٱلسَّنَوَّرَا
أَلَسْنَا نُعَاطِى ذَا ٱلطِّمَاحِ لِجَامَهُ   وَنَطْعَنُ فِى ٱلْهَيْجَا إِذَا ٱلْمَوْتُ أَقْفَرَا
وَعَارِضَةٍ شَهْبَآءَ تَخْطُرُ بِٱلْقَنَا   تَرَى ٱلْبُلْقَ فِى حَافَاتِهَا وَٱلسَّنَوَّرَا
فَرَوَّيْتُ رُمْحِى مِنْ كَتِيبَةِ خَالِدٍ   وَإِنِّى لَأَرْجُو بَعْدَهَا أَنْ أُعَمَّرَا

ثُمَّ إِنَّ أَبَا شَجَرَةَ اسلم ودخل فيما دخل فيه الناس فلما كان زَمَنُ عُمَرَ بْنِ ٱلْخَطَّابِ قدم المدينة حَدَّثَنَا آبْنُ حُمَيْدٍ قال حدثنا سلمة عن محمد بن اسحق عن عبد الرحمن بن أَنَسٍ ٱلسُّلَمِىِّ عن رجال من قومه وَٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سيف عن سَهْلٍ وابى يعقوب ومحمد بن مَرْزُوقٍ وعن هشام عن أَبِى مِخْنَفٍ عن عبد الرحمن بن قيس ٱلسُّلَمِىّ قالوا أَنَاخَ نَاقَتَهُ بِصَعِيدِ بَنِى قُرَيْظَةَ ثم اتى عُمَرَ وهو يعطى المساكين من الصدقة فيقسمها بين فقراء العرب فقال يا امير المومنين أَعْطِنِى فَإِنِّى ذُو حَاجَةٍ فقال ومن انت قال انا ابو شجرة بن عَبْدِ ٱلْعُزَّى ٱلسُّلَمِىُّ قال ابو شجرة أَىْ عَدُوَّ الله أَلَسْتَ الذى تقول

Abu schadschara ben abd el ussa; cui nomen quoque erat Abul chansâ. Qui dixit haec:

1. Quodsi de nobis ita sciscitata esset die Mesâmer,
Sicut de ea sciscitatus essem, si eam reliquissem!
2. Proelium vero cum Fehritis commissum, hoc certe proelium
Die El dschiwâae editum, negotium fuit, quod peregi.
3. Constanter illis obstiti, adsidue equam meam adigens
Ad pugnam, donec ea, quae nigricans fuit, fieret rufa;
4. Quoties resilirei ob homine armifero, quem peterem,
Toties tamen ejus pectus ad illum direxi atque adpuli.

Dixitque idem Abu schadschara, quum ab islamismo defecisset:

1. Excussit cor meum amicam, atque ab ea destitit,
Morem gerens illius vituperatoribus, ac resipiscens.
2. Minime cor jam indulget dementiae et amori,
Quemadmodum etiam amicae voluntas a nobis abalienata est;
3. Minime cor jam indulget consuetudini illorum,
Quemadmodum etiam amicae vinculum a meo abscissum est.
4. O tu, qui cum multitudine gentis tuae amicitiam facis,
Neque tamen ab iis accipis, nisi injuriam atque damnum,
5. Homines de nobis interroga quocunque die proelii,
Quum in viros incidamus thoracibus indutos,
6. An non equo exsultanti frena remittamus,
Irruentes in certamen esurientemque mortem,
7. Ubi certamen subeat turma vibrans hastas,
Cujus in margine conspicis maculosos equos ac thoraces.
8. Imbui hastam meam sanguine turmae Châledi,
Cui excisae me superstitem fore spero.

Deinde Abu schadschara islamismum amplexus est, ad eadem descendens, in quae caeteri homines se submiserant; El medinam quoque venit, imperium tenente Omaro ben chattâb. Tradidit nobis Ebn homeid dixitque: haec nobis tradidit Salama, qui a Mohammed ben ishâk ea acceperat, cui tradita fuerant ab Abd errachmân ben anas Soleimita, qui ex nonnullis suis tribulibus ea compererat; atque etiam Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea compererat ex Sahl, et Abu jakûb, ac Mohammed ben mersûk; atque ab Heschâmo, qui haec compererat ex Abu mochnef, cui ea tradiderat Abd errachman ben kais Soleimita. Qui dixerunt: procumbere fecit camelam suam Abu schadschara in territorio Koreiditarum, adiitque Omarum, qui eo tempore ex piis donis largitiones faciebat pauperibus decretas, in Arabes inopes illa distribuens. Cui ille: „o fidelium princeps, inquit, da mihi aliquid; egestate enim premor.“ Omar vero: „quisnam es?“ Atque ille: „sum Abu schadschara ben abd el ussa Soleimita.“ Tum Omar: „Abu schadschara? o hostis Dei, nonne tu is es, qui dixit:

فَـرَوَّيْتُ رُمْحِى مِنْ كَتِيبَةِ خَالِـدٍ   وَإِنِّى لَأَرْجُـو بَـعْـدَهَـا أَنْ أُعَمَّـرَا

قـال ثم جعـل يَعْلُوهُ بِٱلدِّرَّةِ فى راسه حتى سَبَقَهُ عَدْوًا فرجع الى ناقته فارتحلهـا ثم اسندهـا فى حَرَّةِ شَـوْرَانَ راجعا الى ارض بنى سُلَيْمٍ فقـال

ضَـنَّ عَلَيْنَـا أَبُـو حَفْصٍ بِنَـائِلِـهِ   وَكُـلُّ مُخْتَبِطٍ يَـوْمًـا لَـهُ وَرَقُ
مَـا زَالَ يُـرْهِقُنِى حَتَّى خَذِيتُ لَـهُ   وَحَالَ مِنْ دُونِ بَعْضِ ٱلرَّغْبَةِ ٱلشَّفَقُ

وَيُـرْوَى مَا زَالَ يَضْـرِبُنِى

لَمَّـا رَهِبْـتُ أَبَـا حَفْصٍ وَشُـرْطَتَـهُ   وَٱلشَّيْخُ يَفْـرَعُ أَحْيَانًـا فَيَنْحَمِـقُ
ثُمَّ ٱرْعَـوَيْتُ إِلَيْهَـا وَهْىَ جَانِحَـةٌ   مِثْلَ ٱلطَّـرِيدَةِ تَعْلُـو ثُمَّ تَنْدَفِـقُ
أَوْرَدْتُهَا ٱلْخَلَّ مِنْ شَـوْرَانَ صَـادِرَةً   إِنِّى لَأَزْرِى عَـلَيْـهَـا وَهْىَ تَنْطَلِـقُ
تَطِيرُ مَـرْوُ أَبَـانٍ عَـنْ مَنَاسِمِهَـا   كَمَا تُـوَقِّدُ عِنْـدَ ٱلْجَهْبِذِ ٱلْـوَرِقُ
إِذَا يُعَـارِضُـهَـا خَـرْقٌ تُعَـارِضُـهُ   وَرْقَاقِيهَـا إِذَا ٱسْتَعْرَضَتْهَـا خَـرَقُ

„Imbui hastam meam sanguine turmae Châledi,
Cui excisae me superstitem fore spero.“

Addit idem: coepitque Omar caput illius resti percutere, quoad cursu Omarum ille effugit. Ad camelam rediit Abu schadschara, eamque conscendit, atque in loca petrosa Schauránae propulit, in terram Soleimitarum contendens. Dixitque haec:

1. Nobis modo negavit largitionem Abu hafs,
Etsi quisquis arborem quatiat, consequatur frondem;
2. Neque desiit vexare me, quoad me submisi
Concitataque est praeter aliquem timorem misericordia.

Sunt qui recitent: neque desiit caedere me.

3. Quum vero expaverem Abu hafsum ejusque satellites,
Quia etiam vir fortis cedit interdum, seque submittit,
4. Atque ad camelam me recepissem, quae incedebat celeriter,
Sicut agitata fera, adscendens modo, modo procurrens,
5. Propuli eam in arenas Schaurânae, jamjam redeuntem;
Increpanteque me, mox illa cursu efferebatur.
6. Avolabant silices montis Abân ab illius ungulis,
Quemadmodum apud nummularium disjiciuntur nummi;
7. Quum illi objiciatur flamma, ei se objicit ipsa,
Ipseque illius cursus, quum eum animadvertas, flamma est.

ذِكْرُ خَبَرِ بَنِى تَمِيمٍ وَأَمْرِ سَجَاحِ بِنْتِ ٱلْحَرِثِ بْنِ سُوَيْدٍ ✿ وَكَانَ مِنْ امر تميم ان رسول الله صلى الله عليه تُوُفِّىَ وقد فرّق فيهم عُمَّالَهُ وكان ٱلزِّبْرِقَانُ بْنُ بَدْرٍ على ٱلرِّبَابِ وَعَوْفٍ وَٱلْأَبْنَآء فيما ذكر ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سيف عن ٱلصَّعْبِ بْنِ عَطِيَّةَ بْنِ بِلَالٍ عن ابيه وسهل بن مِنْجَابٍ وَقَيْسُ بن عاصم على مُقَاعِسٍ والبطون وَصَفْوَانُ بْنُ صَفْوَانَ وَسَبْرَةُ بن عمرو على بنى عمرو وهذا على بَهْدَى وهذا على خَضَّمٍ قبيلتين من بنى تميم وَوَكِيعُ بن مالك ومالك بن نُوَيْرَةَ على بَنِى حَنْظَلَةَ هذا على بنى مالك وهذا على بنى يَرْبُوعٍ فضرب صَفْوَانُ الى ابى بكر حين وقع اليه الخبر بموت النبى صلى الله عليه وسلم بصدقات بنى عمرو وما وَلِىَ منها وبما وَلِىَ سَبْرَةُ واقام سَبْرَةُ فى قومه يحدث ارباب القوم وقد انرى قَيْسٌ ينظر ما ٱلزِّبْرِقَانُ صانع وكان ٱلزِّبْرِقَانُ مُنْصِبًا عليه وَقَلَّ ما جامله الا مَزَقَهُ الزبرقان بِحُظْوَتِهِ وَجَدِّهِ وقد قال قَيْسٌ وهو ينظر وينتظر ما يصنع ليخالفه حين أَبْطَأَ عليه وَا وَيْلَنَا مِنِ ٱبْنِ ٱلْعُكْلِيَّةِ والله لقد مزقنى فما ادرى ما اصنع لَئِنْ انا بايعت ابا بكر واتيت بالصدقة لَيُنْحِرَنَّهَا فِى بَنِى سَعْدٍ وَإِلَّا لَيَأْتِيَنَّ ابا بكر فليسوّدنى عنده فعزم قَيْسٌ على قسمها فى ٱلْمُقَاعِسِ والبطون ففعل وعزم ٱلزِّبْرِقَانُ على الوفآء فاتبع صَفْوَانَ بصدقات ٱلرِّبَابِ وَعَوْفٍ والابنآء حتى قدم بها المدينة ✿ وهو يقول وَيُعَرِّضُ بقيس

وَفَيْتُ بِأَذْوَادِ ٱلرَّسُولِ وَقَدْ أَبَتْ سُعَاةٌ فَلَمْ يَرْدُدْ بَعِيرًا مُجِيرُهَا

وَتَخَلَّلَ الاحيآء ، وَنَشِبَ ٱلشَّرُّ وتشاغلوا وشغل بعضهم بعضا ثم قدم قَيْسٌ

Caput octavum.

Turbas concitat Sadschâch prophetissa.

Exponuntur quae Temimitis acciderunt, et quae gessit Sadschâch, filia El harethi ben soweid. Temimitis quidem legatus Dei, cui bene dicat Deus, quum mortem obiret, modo varios praefecerat homines. Essibrikân ben bedr praeerat Ribâbitis, et Aufitis, atque Ebnâïtis; ut perhibet Essurri, qui hoc acceperat a Schoaibo, cui traditum fuerat a Seifo, qui id compererat ex Essaab ben atijje ben bilâl, cui traditum fuerat a patre atque Sahlo ben mindschâb. Kais ben âssem vero praeerat Mokâësitis atque Botûnitis. Safwân ben safwân et Sebra ben amr praeerant Amritis, et quidem ille Bahditis, hic vero Chaddamitis, quae familiae Temimitae sunt. Waki ben mâlek atque Mâlek ben noweira praeerant Handalitis, et quidem ille Mâlekitis, hic vero Jarbuitis. Safwân autem, certior factus de morte prophetae, cui bene dicat Deus faveatque, ad Abu bekrum pia dona Amritarum transmisit, quum ea quibus cogendis ipse, tum ea quibus praeerat Sebra. Ipse Sebra ad gentem suam mansit, ad viros primarios verba faciens; tacuit vero Kais, exspectans, quid facturus esset Essibrikân. Essibrikân autem illum vexabat, eique, quamvis modeste se gerenti, nunquam fere non obtrectabat, auctoritate sua et dignitate abutens. Itaque Kais, circumspiciens jam atque exspectans, quid ille moliturus esset, ut ei obsisteret, simul ac moras necteret: „Vae mihi! inquit; mala nobis intentat Ebn el eklijje. Sic, per Deum, mihi obtrectat, ut, quid mihi agendum sit, nesciam. Nam si Abu bekro fidem spondeam, ac pia dona ad eum adferam, ille inter Saaditas ea expediet. Si vero illud non faciam, Abu bekrum ille conveniet, meque apud eum criminabitur." Constituit autem Kais, ut inter Mokâësitas ac Botânitas partiretur pia dona; quod perfecit. Essibrikân vero solvere ea constituit; itaque sequutus est Safwânum, secum adferens pia dona Ribâbitarum, atque Aufitarum, Ebnâïtarumque; quae ipse El medinam advexit. Dixitque Essibrikân, notans Kaissum:

Dedi ego camelos prophetae, quos modo negarunt
Ipsi coactores; jam ne unum quidem exhibuit eorum custos.

Tum in partes discesserunt tribus, turbis increscentibus, sibique negotia facessiverunt invicem. Negotia enim facessebant aliis aliae. At postea tamen se stitit Kais; quum enim ad eum

بعد ذلك فلما أَظَلَّهُ ٱلْعَلَآءُ بْنُ ٱلْحَضْرَمِيِّ اخرج صدقتها فتلقّاه بها ثم خرج معه وقال فى ذلك

أَلَا أَبْلِغَا عَنِّي قُرَيْشًا رِسَالَةً ... إِذَا مَا أَتَتْهَا بَيِّنَاتُ ٱلْوَدَائِعِ

فتشاغلت فى تلك الحال عَوْفٌ والابنآء والبطون والرباب بِمُقَاعِسٍ وتشاغلت خَضَّمُ بِمَالِكٍ وَبَهْدَى بِيَرْبُوعٍ وعلى خَضَّمَ سَبْرَةُ بن عمرو وذلك الذى خلفه عن صفوان وَٱلْحُصَيْنُ بْنُ نِيَارٍ على بهدى والرباب وعبد الله بن صفوان على ضَبَّةَ وَعِصْمَةُ بْنُ أُبَيْرٍ على بنى عَبْدِ مَنَاةَ وعلى عوف والابناء عوف بن البلاد بن خالد من بنى غَنْمٍ ٱلْجُشَمِيُّ وعلى البطون سِعْرُ بْنُ خُفَافٍ وقد كان ثُمَامَةُ بْنُ أُثَالٍ تاتيه امداد بنى تميم فلما احدث هذا الحديث فيما بينهم تراجعوا الى عشايرهم فاضرّ ذلك بثمامة بن أُثَالٍ حتى قدم عليه عِكْرِمَةُ وانهضه فلم يصنع شيا

فَبَيْنَا ٱلنَّاسُ فى بلاد بنى تميم على ذلك قد شغل بعضهم بعضا بِمُسْلِمِيهِمْ بِإِزَآءِ مَنْ قدّم رِجْلًا واخّر رِجْلًا فتربص وَبِإِزَآءِ من ارتاب فجآءتهم سَجَاحُ بِنْتُ ٱلْحَرِثِ قد اقبلت من الجزيرة وكانت ورهطها فى بَنِي تَغْلِبَ تقود أَفْنَآءَ رَبِيعَةَ معها ٱلْهُذَيْلُ بْنُ عِمْرَانَ فى بنى تَغْلِبَ وَعَقَّةُ بْنُ هِلَالٍ فى ٱلنَّمِرِ وزياد بن فُلَانٍ فى إِيَادٍ وَٱلسَّلِيلُ بن قيس فى شيبان فاتاهم أَمْرٌ أَدْهَى هو اعظم مما هم فيه لهجوم سَجَاحِ عليهم وَلِمَا هم فيه من اختلاف الكلمة والتشاغل بما بينهم وقد قال عَفِيفُ بْنُ ٱلْمُنْذِرِ فى ذلك

أَلَمْ يَأْتِيكَ وَٱلْأَنْبَآءُ تَسْرِى ... بِمَا لَقِيَتْ سَرَاةُ بَنِي تَمِيمِ
تَدَاعَى مِنْ سَرَاتِهِمْ رِجَالٌ ... وَكَانُوا فِي ٱلذَّوَائِبِ وَٱلصَّمِيمِ
وَأَلْحَوْهُمْ وَكَانَ لَهُمْ جَنَابٌ ... إِلَى أَحْيَآءِ خَالِيَةٍ وَخِيمِ

وكانت سَجَاحُ ٱبْنَةُ ٱلْحَرِثِ بن سويد بن عُقْفَانَ هى وبنوا ابيها عُقْفَانَ فى بنى تغلب فاستجاب لها ٱلْهُذَيْلُ وَتَرَكَ ٱلتَّنَصُّرَ وهولآء رووس الذين اقبلوا معها لِتَغْزُوَ بهم ابا بكر فلما انتهت الى ٱلْحَزْنِ راسلت مَالِكَ بْنَ نُوَيْرَةَ ودعته الى الموادعة فاجابها وفثأها عن غزوها وحملها على احياء من بنى يربوع فقالت فَإِنْ كَانَ مُلْكٌ وَٱلْمُلْكُ مُلْكُكُمْ فارسلت الى بنى مالك وحنظلة تدعوهم الى الموادعة فخرج عُطَارِدُ بن حاجب وسروات بنى ملك وحنظلة

accessisset El alâ ben el hadrami, pia dona coegit, eaque ad illum adduxit. Deinde cum El alâ expeditionem suscepit; dixitque has res commemorans:

> Agitedum! nuntium a me ad Koreischitas perferte,
> Tum, quando ad eos adferentur deposita manifesta!

Inter has res Aufitis atque Ebnâitis, Botûnitis, Ribâbitisque negotia facessebant Mokâëritae, Chaddamitis Mâlekitae, Bahditis Jerbuitae. Chaddamitis praeerat Sebra ben amr; cui eos reliquerat Safwân. Bahditis Ribâbitisque praeerat El hossain ben bejjân, Dabbitis vero Abd alla ben safwân; tribui Abd menât praeerat Isma ben otheir, Aufitis Ebnaïtisque Auf ben el bellâd ben châled, ex tribu Ganm ortus, Dschoschamita; Botûnitis Sier ben chofâf. Convenerant jam ad Thomâmam ben othâl anxiliares Temimitae; sed turbis illis inter eos conflatis, ad gentem suam quisque rediit. Quod vim Thomâmae ben othâl ita infregit, ut, quum ad eum accessisset Jkrima, eumque excitasset, nihil ille prorsus susciperet.

Quum ita in agro Temimitarum negotia sibi facesserent homines, Moslemique iis obsisterent, qui alterum pedem proferrent, alterum retraherent cunctabundi, iisque, qui animo suspenso essent, supervenit his Sadschâch filia El harethi, ex El dschesira accedens. Habitabat enim cum familia sua apud Taglebitas, praeeratque jam Efnaïtis Rebiitarum. Comitati sunt eam El hodseil ben imrân cum Taglebitis, Akka ben hilâl cum Jemenitis, Sijâd ben fulân cum Ijâditis, atque Esselil ben kais cum Scheibânitis. Tum in majorem, quam qua afflicti jam erant, calamitatem inciderunt Temimitae, quum in eos irrueret Sadschâch, ipsique inter se dissidiis contentionibusque exagitarentur. In quam rem haec dixit *Afif* ben el mondsir:

> 1. Nonne renuntiavit tibi, quum nuntii perferri soleant,
> Quae modo subiit agmen gentis Temimitarum?
> 2. Accesserunt ex eorum agmine aliquot homines,
> Quos comitabantur viri fortissimi nobilissimique;
> 3. Sed averterunt eos, quum funis ductarius iis esset,
> Ad gentes terrae vastae insalubrisque.

Sadschâch, filia El harethi ben soweid ben okfân, cum gentilibus suis, ab Okfâno ortis, apud Taglebitas commorabatur, quum ad ejus partes transiret El hodseil; qui mox ad El schiss accessit. Hi autem viri duces eorum fuerunt, qui cum illa insurrexerunt, Abu bekro bellum illaturi. Sadschâch, quum ad El harethum pervenisset, nuntios ad Mâlekum ben noweira misit, eumque ad societatem secum ineundam convocavit. Quibus assentiens Mâlek, expeditioni a femina susceptae favit, ipsamque ad gentes quasdam Jerbuitas adduxit; quibus illa: „Si imperium condetur, vestrum imperium erit.“ Deinde ad Malekitas Handalitasque nuntios illa misit, ad societatem ineundam eos invitans. Sed Otâred ben hâdscheb cum Malekitarum Handalitarumque

حتى نزلوا فى بنى ٱلْعَنْبَرِ على سَبْرَةَ بن عمرو فُرَّابًا قد كرهوا ما صنع وَكِيعٌ وخرج اشباعهم من بنى يربوع حتى نزلوا على ٱلْحُصَيْنِ بْنِ بَيَّانٍ فى بنى مَازِنٍ وقد كرهوا ما صنع مَلِكٌ فلما جاءت رُسُلُهَا الى بنى ملك تطلب الموادعة اجابها الى ذلك وَكِيعٌ فاجتمع وكيع ومالك وَسَجَاحٌ وقد وادع بعضهم بعضا واجتمعوا على ما قال الناس فقالوا بِمَنْ نَبْدَأُ ام بِبَنْدَى ام بعوف والابناء ام بالرباب وَكَفُّوا عن قيس لَمَّا رَأَوْا من تردّده وطمعوا فيه فقالت ٱغْزُوا ٱلرَّبَابَ ثم سجعت فقالت أَعِدُّوا الركاب وَٱسْتَعِدُّوا للنهاب ثم اغيروا على الرباب فليس دونهم حجاب قال وصمدت سَجَاحٌ للاخفار حتى تنزل بها وقالت لهم إِنَّ ٱلدَّهْنَاءَ حجاز بنى تميم ولن تَعْدُوَ الرباب اذا شدّها العصم بان يلوذ بِٱلسُّحَانِي وَٱلرَّقَاتِي فَلْيَنْزِلْهَا بَعْضُكُمْ فتوجّه ٱلْجَفُولُ يعنى ملك بن نويرة الى ٱلسُّحَانِي فنزلها وسمعت بهذا الرباب فاجتمعوا لها ضَبِّيُّهَا وَعَبْدُ مَنَاتِهَا فَوَلِيَ وكيع وَبِشْرُ بن بكر من بنى ضَبَّة فَهُزِمَا واسر سَمَاعَةُ ووكيع وَقَعْقَاعٌ وقتلت قتلى كثيرة فقال فى ذلك قَيْسُ بْنُ عَاصِمٍ وذلك اول ما استبان فيه ٱلنَّدَمُ

كَأَنَّكَ لَمْ تَشْهَدْ سَمَاعَةَ إِذْ غَزَا ... وَمَا سُرَّ قَعْقَاعٌ وَخَابَ وَكِيعُ
رَأَيْتُكَ قَدْ صَاحَبْتَ ضَبَّةَ كَارِهًا ... عَلَى نَدَبٍ فِي ٱلصَّفْحَتَيْنِ وَجِيعِ
وَمُتْلِفُ أَسْرَى كَانَ حُمْقًا مُبِيرُهَا ... إِلَى صَخَرَاتٍ أَمْرُهُنَّ جَمِيعُ

فَسَرَّقَ سَجَاحٌ وَهُذَيْلٌ وَعَقَّةُ بنى بكر للموادعة التى بينها وبين وكيع وكان عَقَّةُ خَالَ بِشْرٍ فقالت اقتلوا ٱلرِّبَابَ ويصالحونكم وَيُطْلِقُونَ أَسْرَاكُمْ وَيَحْمِلُونَ لكم دِمَاءَكُمْ ويحمد رَبَّ رايكم أُخْرَاهُمْ فاطلقت لهم ضَبَّةُ الاسرى وَأَدَّوُا القتلى وخرجوا عنهم فقال قَيْسٌ يُعَيِّرُهُمْ بِصُلْحِ ضَبَّةَ اشعارا لضبّة وَتَأَسَّى بهم ولم يدخل فى امر لهم ولم يدلمعوا فى جميع الاحيا . الا فى قيس حتى بدا منه اشعار ضَبَّةَ

cohortibus discessit; castraque mox in agro Anbaritarum, apud Sebram ben amr, posuerunt, fuga se eripientes, quum ea ipsi improbarent, quae ageret Waki. Atque etiam a Jerbuitis discesserunt homines similiter sentientes, castraque apud El hossain ben bejjân in agro Mâsenitarum posuerunt; improbabant enim hi, quae agebat Mâlek. Quum igitur nuntii a femina missi Malekitas convenissent, ad societatem incundam convocantes, his assensit Waki. Itaque convenerunt Waki et Mâlek atque Sadschâch, foedere inter se sancito. Tum concilio habito, ut perhibent homines, ita locuti sunt: „quosnam aggrediemur primos? utrum Bahditas, an Aufitas Ebnäïtasque? an Ribâbitas?“ Abstinebant autem Kaisso, quum suspenso animo eum esse viderent, eumque ad partes suas pertrahere vellent. Dixit itaque Sadschâch: „bellum facite Ribâbitis.“ Deinde rhythmos pronuntians addidit illa haec: „parato camelos promtique ad praedationem estote; incurrite in Ribâbitas, quibus nullum velum praetentum est.“ Ad Achfâros quoque contendit Sadschâch, eosque convenit; quibus illa: „locus Eddahnâ cingulum quasi est Temimitarum; neque Ribâbitae, necessitate pressi, facere poterunt, quin ad Errachâbi et Errahâbi confugiant. Itaque aliquis vestrum hunc locum occupet!“ Quam ob causam El dschafûl, id est Mâlek ben noweira, ad Errachâbi perrexit locumque occupavit. Quae quum renuntiata essent Ribâbitis, ad eos accesserunt, qui cum iis faciebant, Dabbitae et Abd menâtitae. Tum Waki et Bischr ben bekr, ab Ribâbitis recedentes, in fugam conjecti sunt; capti sunt Semâa et Waki atque Kakâa, interfectique homines multi. In quam rem Kais ben âssem dicit haec, quae prima poenitentiam significarunt:

1. Velut si non adfuisses apud Semâam, bellum suscipientem,
Quum nulla laetitia perfrueretur Kakâa, frustraretur que spe Waki;
2. Te quidem vidi cum Dabbitis luvite accurrentem
Ad ictum utrique lateri infligendum, dolorem adferentem.
3. Qui captivos dimittebat, stolidus perniciem iis parabat;
Inter saxa vero res illorum sarta tecta fuit.

Seduxerunt vero Sadschâch, atque Hodseil et Akka Bekritas, quum femina illa conjurasset cum Waki, atque Akka avunculus esset Bischri. Dixitque illa: „interficite Ribâbitas; tum enim pacem vobiscum confirmabunt, remittentque vobis captivos, atque in se recipient sanguinem factum, laudabuntque auctorem consilii eorum vilissimi.“ Itaque Dabbitae remiserunt illis captivos, tradideruntque occisos, atque ab illis recesserunt. Kais autem, pacem cum Dabbitis confirmatam illis exprobrans, carmina pepigit pro Dabbitis, atque exemplum ab illis sumsit, neque ulli negotio ab illis suscepto interfuit. Illi vero ex tribubus universis nullum fere hominem, nisi solum Kaissum, ad partes suas pertrahere contenderunt, donec carmina Dab-

17*

وفيهم منه النَّدَمُ ولم يُمالِئهم من حَنْظَلَةَ الا وَكِيعٌ ومالك فكانت مُمالأتُهما مُوادَعَةً على ان ينصر بعضهم بعضا ويحتاز بعضهم الى بعض فقال أَصَمُّ ٱلتَّيْمِيُّ في ذلك

أَتَتْنَا أُخْتُ تَغْلِبَ فِي رِجَالٍ جَلَائِبَ مِنْ سَرَاةِ بَنِي أَبِينَا
وَأَرْسَتْ دَعْوَةً فِينَا سَفَاهًا وَكَانَتْ مِنْ عَمَائِرَ آخَرِينَا
فَمَا كُنَّا لِنُبْغِيَهُمْ زِيَالًا وَمَا كَانَتْ لِتُسْلِمَ إِذْ أَتَيْنَا
أَلَا سَفِهَتْ حُلُومُكُمْ وَضَلَّتْ عَشِيَّةَ تَحْشُدُونَ لَهَا ثُبِينَا

قال ثُمَّ إِنَّ سَجَاحًا خَرَجَتْ في جنود الجزيرة حتى بلغت ٱلنِّبَاجَ فاغار عليهم أَوْسُ بْنُ خُزَيْمَةَ ٱلْهُجَيْمِيُّ فيمن تَأَشَّبَ اليه من بني عَمْرٍو فَأُسِرَ ٱلْهُذَيْلُ أَسَرَهُ رجل من بَنِي مَازِنٍ ثم احد زَبْرٍ يُدْعَى باشرة وَأُسِرَ عَقَّةُ أَسَرَهُ عَبْدَةُ ٱلْهُجَيْمِيُّ وتحاجزوا على ان يترادّوا الاسرى ويصرفوا عنهم ولا يجتازوا عليهم ففعلوا فردّوهما وَتَوَثَّقُوا عليها وعليهما ان يرجعوا عنهم ولا يتخذونهم طريقا الا من وَرَائِهِمْ فوفوا لَهُ ولم تَزَلْ في نفس الهذيل على ٱلْمَازِنِيِّ غِيرَةٌ حتى اذا قُتِلَ عُثْمٰنُ بْنُ عَفَّانَ جمع جمعا واغار على سَفَارٍ وعليه بَنُو مَازِنٍ فقتلته بنوا مازن ورموا به في سَفَارٍ وَلَمَّا رجع الهذيل وعقة اليها واجتمع امرها وَرُؤَسَاءُ اهل الجزيرة قالوا لها ما تامرينا فَقَدْ صَالَحَ مَلِكٌ وَوَكِيعٌ قَوْمَهُمَا فلا ينصروننا ولا يريدوننا ان نجوز في ارضهم وقد عاهد هولاء القوم فقالت ٱلْيَمَامَةَ فقالوا إِنَّ شَوْكَةَ اهل اليمامة شديدة وقد غلظ امر مُسَيْلِمَةَ فقالت عَلَيْكُمْ بِٱلْيَمَامَةِ دُفُّوا دَفِيفَ ٱلْحَمَامَةِ فَإِنَّهَا غَزْوَةٌ صَرَامَةٌ لا يلحقكم بعدها ملامة فَنَهَدَتْ لِبَنِي حَنِيفَةَ فبلغ ذلك مسيلمة فهابها وخاف إِنْ هو شغل بها أَنْ يغلب ثُمَامَةُ على حَجْرٍ او شُرَحْبِيلُ بْنُ حَسَنَةَ او القبايل التي حولهم فَأَهْدَى لَهَا ثم ارسل اليها يستامنها على نفسه حتى ياتيها فَنَزَلَتِ ٱلْجُنُودُ على ٱلْأَمْوَاهِ وَأَذِنَتْ له

bitica condidit, et poenitere eum constitit. Ex Handalitis auxilium illis non tulerunt nisi Waki et Mâlek; auxilium vero, de quo pacti sunt, in eo positum erat, ut alteri alter succurreret atque ad alterum alter accederet. In quas res haec dixit Assamm Teimita:

1. Adiit nos soror Taglebitarum, si quidem cincta viris
Vanum euntibus, qui ex agmine fratrum nostrorum sunt;
2. Commolita est illa inter nos machinam, stultitia ducta,
Etsi ipsa orta est ab gentibus alienis.
3. Nos quidem illos adjuvare non potuimus in defectione,
Neque ea se submittere potuit, quum reniteramur nos.
4. Nonne hebetata fuit intelligentia vestra, atque desipuit,
Eo vespere, quo ad illam adduxistis cohortes?

Tradit idem haec: deinde Sadschâch cum Dschesiritarum exercitu expeditionem suscepit, perrexitque ad locum Ennibâdsch. Tum vero in eos incurrit Aus ben choseima Hodscheimita cum nonnullis, qui se ad eum junxerant Amritis. Mox captus est El hodseil; quem cepit homo quidam Mâsenita. Postea captus est Sebr, qui adpellabatur Bâschera. Atque Akka quoque captus est; quem cepit Abda Dschoheimita. Exinde autem hoc inter se pacti sunt, ut utraque pars captivos redderet, Dschesiritae vero ab Amritis recederent, neque iis bellum inferrent. Quod effectum est. Reddiderunt itaque Amritae captivos, atque ab iis stipulati sunt, ut a se discederent, neque ullam occuparent viam, nisi quae a tergo Amritarum sita, et ab iis relicta esset. Odium vero diuturnum in Mâsenitam inde concepit El hodseil; quam ob causam, occiso Othmâno ben affân, agmen coëgit, et in puteum Safâr incurrit, circa quem castra posuerant Mâsenitae. Hi autem illum obtruncarunt, et in puteum Safâr injecerunt.

Quum itaque El hodseil et Akka ad Sadschâcham rediissent, ejusque potentia incrementum caperet, virique principes El dschesirae ei dicerent: „quid nobis imperas agendum? pacem enim cum gente sua composuerunt Mâlek et Waki, neque auxilium nobis ferent, neque per eorum terram nos proficisci patientur; quin foedus ille cum hac gente inivit;“ respondit femina: „El jemâmam!“ Tum illi: „armis pollent incolae El jemâmae, ac Moseilemae auctoritas illic jam praevalet.“ Femina vero: „invadite El jemâmam, volitantes sicut columbae! haec enim erit expeditio aspera, qua peracta nulla in posterum unquam vos perstringet vituperatio.“ Perrexit itaque Sadschâch ad Hanifitas. De qua re certior factus Moseilema, metum inde concepit; timebat enim, ne, si ipsi negotium facesseret Sadschâch, urbem Hadschr occuparet vel Thomâma, vel Schorachbil ben hassana, vel tribus, quae circa illos consederant. Quam ob rem munera Sadschâchae misit et legatos, pacemque ab ea stipulatus est, ut ipsi eam convenire liceret. Tum exercitus ad locum El emwât castra posuit; Moseilemae vero veniendi

وَٱمْتَنَتْهُ فجَآءهَا وَافِرًا فى اربعين من بنى حَنِيفَةَ وكانت راسخة فى ٱلنَّصْرَانِيَّةِ قد علمت من علم نَصَارَى تَغْلِبَ فقال مُسَيْلِمَةُ لنا نِصْفُ الارض وكان لِقُرَيْشٍ نِصْفُهَا لو عَدَلَتْ وقد رَدَّ الله عليك ٱلنِّصْفَ الذى رَدَّتْ قُرَيْشٌ فَحَبَاكِ به وكان لها لو قَبِلَتْ فقالت لَا تُرِيدُ ٱلنِّصْفَ الا من حَنِيفٍ وَحُمِلَ ٱلنِّصْفُ الى خيل تراها كَٱلسُّهُفِ فقال مسيلمة سَمِعَ ٱللّٰهُ لِمَنْ سَمِعَ وَأَطْمَعَهُ بِٱلْخَيْرِ إِذْ طَمِعَ وَلَا زَالَ أَمْرُهُ فِي كُلِّ مَا سَرَّ نَفْسَهُ يَجْتَمِعُ رَآءكُمْ رَبُّكُمْ فَحَيَّاكُمْ ومن وحشة جلاكم وَيَوْمَ دِينِهِ جَلَا أَنْجَاكُمْ فَأَحْيَاكُمْ علينا من صلوات معشر أَبْرَارٍ لَا أَشْقِيَآء ولا فُجَّارٍ يقومون الليل ويصومون ٱلنَّهَارَ لِرَبِّكُمُ ٱلْكُبَّارِ ربّ الغيوم وَٱلْأَمْطَارِ وقال ايضا لَمَّا رَأَيْتُ وُجُوهَهُمْ حَسُنَتْ وَأَبْشَارَهُمْ صَفَتْ وَأَيْدِيَهُمْ طَفُلَتْ قلت لهم لا ٱلنِّسَاء تَأْتُونَ ولا الخمر تشربون ولكنكم معشر ابرار يصومون يوما وَيَكْلَفُونَ يوما فَسُبْحَانَ ٱللّٰهِ اذا جاءت الحيوة كيف تَحْيَوْنَ والى ملك السماء تَرْقَوْنَ فلو انها حبّة خردلة لقام عليها شهيد يعلم ما فى الصدور ولاكثر الناس فيها الثبور وَكَانَ مِمَّا شَرَعَ لَهُمْ مُسَيْلِمَةُ أَنْ من اصاب وَلَدًا واحدا عَقِبًا لا يأتى امراة الى ان يموت ذلك الابن فيطلب الولد حتى يصيب ابنا ثم خَشِلَ فكان قد حرّم النساء على من له ولد ذَكَرٌ

وَأَمَّا غَيْرُ سَيْفٍ مِمَّنْ ذَكَرْنَا عَنْهُ هَذَا ٱلْخَبَرَ فَإِنَّهُ ذَكَرَ أَنْ مُسَيْلِمَةَ لما نزلت به سَجَاحُ اغلق الحصن دونها فقالت له سجاح ٱنْزِلْ فقال نَحِّي عَنْكِ أَصْحَابَكِ ففعلت فقال مسيلمة ٱضْرِبُوا لها قبّة وَجَمِّرُوهَا لَعَلَّهَا تذكر ٱلْبَاءَةَ ففعلوا فلما دخلت القبّة نزل مسيلمة فقال لِيَقِفْ هاهنا عشرة وهاهنا عشرة ثم دارسها فقال مَا أُوحِيَ إِلَيْكِ وقالت هل تكون النساء تنتدبون ولكن انت ما اوحى اليك قال أَلَمْ تَرَ إِلَى رَبِّكَ كَيْفَ فَعَلَ بِٱلْحُبْلَى أَخْرَجَ مِنْهَا نَسَمَةً تَسْعَى مِنْ بَيْنِ صِفَاقٍ وَحَشًا وقالت وما ذا ايضا قال أُوحِىَ ٱللّٰهُ إِلَيَّ أَنَّ ٱللّٰهَ خَلَقَ ٱلنِّسَآء أَفْرَاجًا وجعل الرجال لهنّ ازواجا فَنُولِجُ فِيهِنَّ قُعْسًا إِيلَاجًا ثم تخرجها اذا

potestatem fecit Sadschâch, fidemque ei dedit. Itaque ad feminam accessit cum comitatu amplo, secum nempe adducens Hanifitas quadraginta. Sacris christianis autem addicta erat Sadschâch, et imbuta studiis christianorum Taglebitarum. Cui Moseilema: „nobis“ inquit „dimidium terrae datum est. Atque Koreischitis dimidium tributum fuisset, si justitiae operam navassent. Jam vero ad te Deus dimidium transtulit, a Koreischitis rejectum, tibique illud donavit. Quod tenuissent Koreischitae, si id recepissent.“ Respondit illa: „dimidium tu ad te non vindicas, nisi contra fas. Sed ad equites, quos quasi squamigeros conspicis, dimidium jam translatum est.“ Dixit Moseilema: „audit Deus quemcunque audiat, eumque appetentem ita appetere facit bona, ut quaecunque animum recreent, iis cunctis floreat. Vidit vos dominus vester, donaque vobis dedit, liberavitque vos sollicitudine, atque ea die, qua judicium aget, salvos faciet vos ac vivos. Pro nobis preces fundat coetus hominum sanctorum, qui neque miseri sunt, neque scelesti, atque de nocte surgunt, diemque jejuni transigunt in honorem Domini vestri, qui etiam nubium dominus est atque imbrium.“ Dixitque idem haec: „quum illis facies esse viderem formosas, cutesque nitidas, ac manus teneras, iis dixi: feminas nolite convenire, neque vinum bibere. Vos enim coetus estis hominum sanctorum, qui alteram diem transigunt jejuni, alteram studio flagrantes. Bone Deus! quum incipiet vita nova, quam feliciter vivetis ad coeleste regnum evecti! Nam si vel granum sinapis esset, de quo ageretur, testis tamen de eo exsistet, qui quae recondant pectora novit. Plurimorum hominum pectora vero recondunt perniciem.“ Ex iis enim, quae illis hominibus praeceperat Moseilema, hoc fuit, ut quicunque filium unum procreasset propaginem, ei cum muliere concumbere non liceret, nisi filio illo forte mortuo; tum vero proli suscipiendae operam daret, quoad procreasset filium, quo suscepto a concubitu abstineret. Itaque qui prolem masculam suscepissent, iis feminas interdixerat.

Qui autem praeter Seifum has res nobis exposuit, tradit haec: Moseilema, quum ad eum accessisset Sadschâch, arcem ei clausit. Tum Sadschâch: descendas, ei inquit. Ille vero: „comites tuos a te dimitte.“ Quod fecit illa. Tum Moseilema: „tabernaculum feminae exstruite, odoribusque eam perfundite; fortasse enim concubitum proponet.“ Quo facto, tabernaculum intravit femina, descenditque ad eam Moseilema; qui: „decem viri, inquit, hic consistant, atque etiam illic decem.“ Deinde cum ea concubuit, dixitque: „quaenam a Deo tibi tradita sunt?“ Illa vero: „largasne se praebent mulieres? tu autem dicas, quae tibi a Deo tradita sint.“ Tum ille recitavit haec: „annon vides, quomodo agat cum gravida dominus tuus, ex qua educit animam inter peritonaeum et viscera discurrentem.“ Atque Sadschâch: et quaenam porro? inquit. Respondit: „Hoc mihi tradidit Deus: feminas Deus condidit rimosas, virosque iis dedit maritos, qui mentulas in ipsas immittunt, easque deinde, simul ac

تشاء اخراجا فَيُنْتِجْنَ لَنَا سِخَالًا إِنْتَاجًا قالت اشهد انك نبيّ قال هَلْ لَكِ أَنْ اتزوّجك وَآكُلَ بِقَوْمِي وَقَوْمِكِ ٱلْعَرَبَ قالت نَعَمْ قال

أَلَا قُومِي إِلَى ٱلنَّيْكِ فَقَدْ هُيِّى لَكِ ٱلْمَضْجَعْ
وَإِنْ شِئْتِ فَفِي ٱلْبَيْتِ وَإِنْ شِئْتِ فَفِي ٱلْمَخْدَعْ
وَإِنْ شِئْتِ سَلَقْنَاكِ وَإِنْ شِئْتِ عَلَى أَرْبَعْ
وَإِنْ شِئْتِ بِثُلْثَيْهِ وَإِنْ شِئْتِ بِهِ أَجْمَعْ

قالت بَلْ بِهِ أَجْمَعَ قال بذلك اوحى الىّ فاقامت عنده ثلثا ثم انصرفت الى قومها فقالوا ما عندك قالت كَانَ عَلَى حَقٍّ فَاتَّبَعْتُهُ فَتَزَوَّجْتُهُ قالوا هل أَصْدَقَكِ شيا قالت لا قالوا آرْجِعِي لِقَبِيحٌ بِمِثْلِكِ إِنْ تَتَزَوَّجْ بِغَيْرِ صَدَاقٍ فرجعت فلما راءها مُسَيْلِمَةُ اغلق الحصن وقال ما لكِ قالت أَصْدِقْنِي صَدَاقًا قال مَنْ مُؤَذِّنُكِ قالت شَبَثُ بْنُ رِبْعِيّ ٱلرِّيَاحِيُّ قال عَلَيَّ بِهِ فجاء فقال نَادِ فى قومك ان مُسَيْلِمَةَ بْنَ حَبِيب رسول الله قد وضع عنكم صَلَاتَيْنِ مما اتاكم به مُحَمَّدٌ صلاة ٱلْعِشَآء الآخرة وصلاة الفجر قال وكان من اصحابها ٱلزِّبْرِقَانُ بْنُ بَدْرٍ وَعُطَارِدُ بْنُ حَاجِب وَنُظَرَآؤُهُمْ • وَذَكَرَ ٱلْكَلْبِيُّ أَنَّ مَشْيَخَةً فيهم حدّثوه انّ عامّة بني تميم بِٱلرَّمْلِ لا يُصَلُّونَهَا فانصرفت ومعها اصحابها فمنعتهم ومنهم ٱلزِّبْرِقَانُ وعطارد بن حاجب وعمرو بن ٱلْأَغْيَمِ وَغَيْلَانُ بْنُ خَرَشَةَ وَشَبَثُ بْنُ رِبْعِيّ فقال عُطَارِدُ بْنُ حَاجِب

أَمْسَتْ نَبِيَّتُنَا أُنْثَى نَطُوفُ بِهَا وَأَصْبَحَتْ أَنْبِيَآءُ ٱلنَّاسِ ذُكْرَانَا

وقال حُكَيْمُ بْنُ عَيَّاش الاعور ٱلْكَلْبِيُّ وَهُوَ يُعَيِّرُ مُضَرَ بِسَجَاحِ ويذكر ربيعة

أَتَوْكُمْ بِدِينٍ قَائِمٍ وَأَتَيْتُمُ بِمُنْتَسَخِ ٱلْآيَاتِ فِي مُصْحَفٍ طَبِّ

volunt, retrahunt; quo facto illac catulos nobis pariunt." Tum illa: „confiteor jam, te prophetam esse." Moseilema vero: „placetne tibi, ut in matrimonium te ducam, sociisque meis tuisque adjutus Arabes debellem?" Atque illa: „placet utique." Tum Moseilema:

1. Heus tu! adesdum ad concubitum:
Paratus tibi jam est torus.
2. Aut, si velis, in ipsis sedibus;
Aut, si velis, in apotheca.
3. Aut, si velis, te futuemus supinam;
Aut, si velis, manibus pedibusque nixam.
4. Aut, si velis, besse mentulae;
Aut, si velis, ipsa ea tota.

Respondit illa: „utique ipsa ea tota." Dixitque Moseilema: „hoc quidem Deus mihi tradidit." Commorata est apud Moseilemam dies tres; deinde ad gentem suam rediit. Qui: quaenam affers? Respondit: „vera ille homo profitetur; quam ob rem ad ejus partes transii, eique nupsi." Illi vero: „deditne tibi dona sponsalia?" Atque Sadschâch: nulla dedit. Tum illi: „abi in malam rem, si sponsali dono nullo dato nubas." Itaque reversa est ad Moseilemam; qui, femina conspecta, arcem clausit, dixitque: quid agis? Illa: sponsalia dona mihi da. Moseilema vero: quinam est praeco tuus? Respondit: Schebeth ben ribi Rijâchita. Moseilema: ad me adducatur, inquit. Venit itaque ille, eique Moseilema: „haec, inquit, ad gentem tuam proclama: Moseilema ben habib, Dei legatus, precationes duas ex iis, quas vobis imperaverat Mohammed, jamjam abrogavit, et quidem precationem vespertinam extremam ac precationem matutinam." Addit qui haec tradidit: fuerunt ex illius feminae adjutoribus Essibrikân ben bedr et Otâred ben hâdscheb, eorumque socii. Narratque El kelbi, nonnullos eorum seniores hoc sibi tradidisse, majorem Temimitarum partem in loco Erraml precationes illas haud peragere. Recessit deinde Sadschâch cum comitibus, quos cohibebat ipsa; ex quibus erant Essibrikân Otâred ben hâdscheb, Amr ben el ahjam, Gailân ben charascha, et Schebeth ben ribi. Dixit vero Otâred ben hâdscheb:

Prophetis nostra tandem exstitit femina, quam circumvolitaremus;
Caeterorum hominum vero prophetae jam pridem exstiterunt mares.

Dixitque Hokeim ben ajjâsch el awar Kelbita, propter Sadschâcham notans Modaritas, Rebiitasque commemorans:

Adtulerunt ad vos religionem certam; vos vero adtulistis
Abrogantem quandam sacra dicta in libro praestigioso.

رَجَعَ ٱلْحَدِيثُ إِلَى حَدِيثِ سَيْفٍ قال فصالحها على ان يحمل اليها ٱلنِّصْفُ من غَلَّاتِ اليمامة وَأَبَتْ إِلَّا ٱلسَّنَةَ بِسَلَفِهَا فباح لها على ان تاخذ إِتَاوَتَهَا وقال خَلِّفِي عَلَى ٱلسَّلَفِ مَنْ يجمعه لك وانصرفي انت بِنِصْفِ العام فرجع فحمل اليها ٱلنِّصْفَ فاحتملته وانصرفت به الى الجزيرة وَخَلَّفَتِ ٱلْهُذَيْلَ وَعَقَّةَ وَزِيَادًا لِيُنْجِزَ ٱلنِّصْفُ الباقي فلم يُفَاجِئْهُمْ الا دُنُوُّ خالد بن الوليد منهم فَٱرْفَضُّوا فلم تزل سَجَاحُ في بنى تَغْلِبَ حتى نقلهم مُعَوِيَةُ عام الجماعة في زمانه وكان مُعَوِيَةُ حين اجتمع عليه اهل العراق بَعْدَ عَلِيٍّ عليه السلام يُخْرِجُ من الكوفة المستغرِبَ في امر عَلِيٍّ وَيُنْزِلُ داره المستغرِبَ في امر نفسه من اهل الشام واهل البصرة واهل الجزيرة وهم الذين يقال لهم ٱلنَّوَافِلُ في الامصار فَأَخْرَجَ من الكوفة قَعْقَاعَ بْنَ عَمْرِو بْنِ مالك الى إِيلِيَا فِلَسْطِينَ فطلب اليه ان يَنْزِلَ مَنَازِلَ بنى ابيه بَنِي عُقْفَانَ وينقلهم الى تميم فنقلهم من الجزيرة الى الكوفة وَأَنْزِلَ مَنَازِلَ ٱلْقَعْقَاعِ وبنى ابيه وجاب معهم وَحَسُنَ إِسْلَامُهُمْ

وَخَرَجَ ٱلزِّبْرِقَانُ وَٱلْأَقْرَعُ الى ابى بكر وقالا ٱجْعَلْ لَنَا خَرَاجَ ٱلْبَحْرَيْنِ وَنَضْمَنُ لَكَ أَلَّا يَرْجِعَ مِنْ قَوْمِنَا أَحَدٌ ففعل وكتب الكتاب وكان الذى يختلف بينهم طلحة بن عبيد الله واشهدوا شهودا منهم عُمَرُ فلما أُتِيَ عُمَرُ بالكتاب فنظر فيه لم يشهد فقال لَا وَٱللَّهِ وَلَا كَرَامَةَ ثم مزق الكتاب ومحاه فغضب طَلْحَةُ فاتى ابا بكر فقال أَأَنْتَ ٱلْأَمِيرُ أَمْ عُمَرُ فقال عُمَرُ غَيْرَ أَنَّ ٱلطَّاعَةَ لِي فسكت وشهدوا مع خَالِدٍ ٱلْمَشَاهِدَ كُلَّهَا حتى اليمامة وَمَضَى ٱلْأَقْرَعُ ومعه شُرَحْبِيلُ الى دُومَةَ

Redit jam narratio ad ea quae tradidit Seif. Itaque Moseilema Sadschâchae pacem obtulit, ea conditione confirmandam, ut dimidium redituum El jemâmae ei traderetur. Sed illa accipere noluit, nisi totius anni reditus, jam antea soluta pecunia completos. Potestatem igitur Moseilema ei fecit totius anni vectigalis capiendi, dixitque: „homines relinque, qui quod jam antea solutum fuit tibi cogant, ipsaque abi, dimidium anni tecum auferens." Tum reversus Moseilema, dimidium tradidit feminae; quae mox, hanc pecuniam secum auferens, in El dschesiram rediit. Reliquit autem El hodseilum, Akkam et Sijâdum, ut etiam alterum, quod debebatur, dimidium cogeretur. Neque aliquid improvisi iis incidit, nisi adventus Châledi ben el walid; quo comperto aufugerunt illi. Sadschâch vero apud Taglebitas mansit, quoad suo tempore, et quidem congregationis anno, Moâwije illos transportavit. Moâwije enim, quum exstincto Alio, cui dicatur salus, ab Irâkitis reciperetur, eos homines e Kufa ejecit, qui Alii rebus studebant, atque in ipsorum domicilia eos induxit, qui suis rebus studebant, Syriacos, Basrenses et Dschesirenses; quos supervacuos in urbibus vocare solebant. Tum Kakâam ben amr ben mâlek e Kufa ad Aeliam Palaestinensem emisit. Hic vero a Moâwije hoc petiit, ut suorum gentilium, id est Okfânitarum, sedes adire, illosque ad Temimitas transportare sibi liceret; quos ex El dschesira ad Kufam transduxit. Sedes El kakâae gentiliumque suorum ipse adiit, atque cum iis iter fecit. Islamismum toto pectore amplexi sunt.

Abu bekrum vero convenerunt Essibrikân et El akra, atque dixerunt: „vectigal provinciae El bachrein nobis assigna; tum enim tibi spondebimus, non futurum, ut gentilium nostrorum ullus a religione deficiat." Quam rem comprobavit Abu bekr, litterasque dedit. Quum autem inter eos reluctaretur Talcha ben obeid alla, advocarunt testes, ex quibus erat Omar. Traditae sunt litterae Omaro; qui quum eas inspexisset, testimonium non dixit, sed: „minime, inquit, vero." Litterasque laceravit delevitque. Tum irascens Talcha ad Abu bekrum contendit, et: „tune, inquit, imperator, an Omar?" Respondit: „Omar; mihi vero obediendum est." Tacuit itaque ille. Testimonium autem cum Châledo coetus omnes dixerunt, ipsaque El jemâma. Atque El akra cum Schorachbilo ad Dumam perrexit.

ذِكْرُ ٱلْبِطَـاحِ وَخَبَـرِهِ ✿ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عَنْ شُعَيْبٍ عن سيف عن ٱلصَّعْبِ بْنِ عَطِيَّةَ بْنِ بِلَالٍ قال لمـا انصرفت سَجَاحُ الى الجـزيرة وَٱرْعَوَى مَلِكُ بْنُ نُوَيْرَةَ وَنَدِمَ وتحيّر فى امره وَعَرَفَ وَكِيعٌ وَسَمَاعَةُ قُبْحَ مَا أَتَيَا فَرَاجَعَا رجوعا ولم يَتَجَبَّرَا أَخْرَجَا ٱلصَّدَقَاتِ فاستقبلا بهـا خَالِدًا فقـال خالد مَـا أَحْمَلَكُمَا على موادعة هولاء القوم وَإِلَّا تَـارَكْنَا نَتْلُبُ فى بَنِي ضَبَّةَ وكانت ايام تشاغل وفـرص فقال وَكِيعٌ فى ذلك

فَـلَا تَحْسَـبَـا أَنِّي رَجَعْـتُ وَإِنَّـنِي ... مُنِعْـتُ وَقَـدْ تَحْـنَى إِلَيَّ ٱلْأَصَـابِعُ
وَلٰكِنَّنِي حَامَيْتُ عَنْ جُـلِّ مَالِـكٍ ... وَلَاحَظْتُ حَتَّى أَكْحَلَتْـنِي ٱلْأَخَـادِعُ
فَلَمَّـا أَتَـانَـا خَالِـدٌ بِـلِـوَائِـهِ ... تَخَطَّـتْ إِلَيْنَـا بِـٱلْبِطَاحِ ٱلْـوَدَائِـعُ

فَلَـمْ يَبْقَ فى بنى حنظلـة شى يُكْرَهُ الا مـا كان بقـى من مَلِكِ بْنِ نُـوَيْـرَةَ ومن تَـأَشَّبَ اليه بِـٱلْبِطَاحِ فهـو على حالـه مُتَحَيِّرٌ شَجٍ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّـرِيُّ عن شعيب عن سيف عن سُهَيْـلِ بْنِ ٱلْقَسِمِ وعمرو بن شعيب قـالا لَمَّـا أَرَادَ خَالِدٌ السيـر خرج من ظَفَـرٍ وقد ٱسْتَبْرَ أَسَدًا وغطفـان وَتَمِيمًـا وهـوازن وسايـرهم فسار يريد ٱلْبِطَـاحَ دون ٱلْحَـزْنِ وعليهـا مَلِكُ بْـنُ نُوَيْـرَةَ وقد تـردّد عليه امـره وتـرددت ٱلْأَنْصَارُ عن خَالِدٍ وتخلّفت عنه وقالوا مَـا هٰذَا بِعَهْدِ ٱلْخَلِيفَةِ إِلَيْنَـا فقـال خالد ان لم يكن عَهِدَ اليكم هذا فقد عَهِدَ إِلَيَّ أَنْ أَمْضِيَ وانا الامير والىّ تنتهى الاخبار ولـو

Caput nonum.

Opprimitur Malek ben noweira.

Exponuntur quae in provincia El bitâch gesta sunt. Scripsit ad me haec Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui tradita fuerant a Seif, qui ea compererat ex Essakab ben atijje ben bilâl; qui dixit: quum in El dschesiram reversa esset Sadschâch, et ad bonam frugem se recepisset Mâlek ben noweira, poenitentia ductus, rebusque suis metuens, cognovissentque Waki et Semâa, expugnata esse quae ipsi occupassent, iique eam ob causam sententiam mutassent nihil lucrati, promta jam pia dona uterque obtulit Châledo. Qui illis: „quid vos adduxit, inquit, ut cum ista gente faceretis? nisi a nobis recedet, inquiremus in Dabbitas." Ita tempora illa fuerunt dubia et formidolosa. In quas res haec dixit Waki:

1. Nolite putare, me sententiam mutasse: etenim
   Prohibeor, inflectunturque ad me digiti.
2. At tamen tuebar mansionem Mâlki,
   Et speculabar, quoad me praeverterent venae collares.
3. Quum vero vexillum suum ad nos attulisset Châled,
   Ad nos accesserunt in loco El bitâch deposita.

Neque tunc in Handalitarum tribu aliquid supererat, quod aegre ferretur, nisi quae moliti erant Mâlek ben noweira et qui in provincia El bitâch ad ejus partes transierant. Hic autem suo loco commorabatur, dubius jam et anxius.

Haec ad me scripsit Essurri, qui ex Schoaib ea compererat, cui tradita fuerant a Seif, qui a Soheil ben el kâssem et Amr ben schoaib ea cognoverat. Dixerunt enim hi: expeditionem suscepturus Châled ex loco Dafar profectus est, exploratis Asaditis, Gatafânitis, Tajjitis, Hewâsenitis caeterisque. Inde in provinciam El bitâch tetendit, relicto loco, qui El hasn nuncupatur; provinciae El bitâch autem praeerat Mâlek ben noweira, qui de re sua jam dubitabat. Sed etiam Aussârii dubios adversus Châledum se gerebant, eumque relinquebant; inquiunt enim: „hoc officium nobis haud injunxit chalifa." Respondit Châled: „quodsi hoc officium vobis haud injunxit, mihi tamen injunxit, ut proficiscar, atque praefectus exercitus sum, ad quem deferuntur

انه لم يأتني له كتاب ولا امر ثم رأيت فرصة وكنت ان اعلمته فاتتني لم أعلمه فانتهزها وكذلك لو ابتلينا بأمر ليس منه عهد الينا فيه لم ندع أن نرى أفضل ما يحضرنا ثم نعمل به وهذا مالك بن نويرة بحيالنا وانا قاصد اليه ومن معي من المهاجرين والتابعين بإحسان ولست أكرهكم ومضى خالد وندمت الانصار وتذامروا وقالوا ان أصاب القوم خيرا انه لخير حرمتموه وان اصابتهم مصيبة ليجتنبنكم الناس فأجمعوا للحاق بخالد وجردوا اليه رسولا فاقام عليهم حتى لحقوا به ثم سار حتى قدم البطاح فلم يجد به احدا

فيما كتب إلى السري عن شعيب عن سيف عن خزيمة بن شجرة العقفاني عن عثمن بن سويد بن المثعبة الرياحي قال قدم خالد بن الوليد البطاح فلم يجد عليه احدا ووجد مالكا قد فرقهم في اموالهم ونهاهم عن الاجتماع حين تردد عليه أمره وقال يا بني يربوع انا قد كنا عصينا أمراءنا اذ دعونا الى هذا الدين وبطأنا الناس عنه فلم نفلح ولم ننجح واني قد نظرت في هذا الامر فوجدت الامر يتأتى لهم بغير سياسة واذا الامر لا يسوسه الناس فاياكم ومناوأة قوم صنع لهم فتفرقوا الى دياركم وادخلوا في هذا الامر فتفرقوا على ذلك الى اموالهم وخرج مالك حتى رجع الى منزله ولما قدم خالد البطاح بث السرايا وامرهم بداعية الاسلام وأن يأتوه بكل من لم يجب وان امتنع أن يقتلوه وكان فيما أوصى به ابو بكر اذا نزلتم منزلا فأذنوا فان أذن القوم فاقاموا فكفوا عنهم وان لم يفعلوا فلا شي الا الغارة ثم تقتلوا كل قتلة الحرق فما سواه فان اجابوكم الى داعية الاسلام فسائلوهم فان أقروا بالزكوة فاقبلوا منهم وان أبوا فقاتلوهم ولا شي الا الغارة ولا كلمة فجاءته الخيل بملك بن نويرة في نفر معه من بني ثعلبة بن يربوع بن عاصم وعبيد وعرين وجعفر فاختلفت السرية فيهم وفيهم أبو قتادة فكان فيمن شهد انهم قد أذنوا واقاموا وصلوا فلما اختلفوا

nuntii. Quoticscunque a chalifa nullas litteras accepi, neque mandata, at rei gerendae occasionem tamen vidi, de qua illum certum facerem, toties, obveniente jam occasione, etiam antequam chalifam certum feceram, eam arripui. Atque ita etiam quotiescunque periculum ingruit, de quo depellendo nihil nobis praecepit chalifa, toties facere non possumus, quin quae succurrant optima et decernamus et exsequamur. Ille Mâlek ben noweira autem jam e regione nobis oppositus est; quam ob caussam ipse cum petam cum Mohâdscheris asseclisque piis, quos ad hanc rem non invitos adegi." Discessit itaque Châled. Ansârii vero, mox poenitentia ducti, se vituperabant invicem, dicebantque: „quodsi illi rem feliciter gerent, hujus felicitatis expertes vos eritis; si vero cladem accipient, vos fugient homines." Proinde inter se constituerunt, ut ad Châledum accederent, nuntiumque ad eum miserunt. Substitit itaque Châled, illos exspectans. Qui quum advenissent, iter continuavit; mox provinciam El bitâch intravit, sed obviam in ea habuit neminem.

Ex iis, quae ad me scripsit Essurri, etiam hoc est; quod a Schoaib acceperat, cui id tradiderat Seif, qui id compererat ex Choseima ben schadschara Okfânita, cui traditum fuerat ab Othmân ben soweid ben el methijje Rijâchita. Hic autem dixit: quum ad El bitâch pervenisset Châled ben el walid, neminem in hoc loco obviam habuit. Mox certior factus est, ad pecudes suas quemque dimisisse Mâlekum, et in unum eos coire vetuisse, propterea quod rebus suis jam diffideret. Ita ille loquutus erat: „o Jerbuitae! praefectis nostris, qui ad amplectendam illam religionem nos invitabant, adversati sumus, hominesque a religione deduximus. Sed nihil eo profecimus, neque res bene nobis cessit. Acrius itaque de hac re considerans, illis hominibus absque vi adhibita imperium cedere intellexi. Neque imperium vi sua conferunt homines; quam ob rem cavete, ne, quibus decretum fuit, iis reluctemini. In terram suam quisque redeat, hisque rebus se submittat." Itaque se sparserunt illi, ad pecudes suas redeuntes, atque ipse Mâlek, ad mansionem suam tendens, discessit. Châled vero, simul atque ad El bitâch pervenit, turmas equitum emisit, ut ad islamismum convocarent homines; qui jussui non obtemperarent, eos ad se adduci, vel, si reniterentur, occidi jussit. Nam ex iis, quae praeceperat Abu bekr, etiam hoc erat: quum ad aliquam mansionem accesseritis, precationem indicite; tum si illi homines precationem indicunt atque peragunt, ab iis vos abstinete. Si vero hoc non faciunt, nihil superest, nisi ut in eos incurratis, tribusque singulas conficiatis flammis suppliciisque caeteris. Quodsi ad islamismum convocantibus vobis morem gerunt, flagitate quae folvenda sunt. Tum si collationem pendunt, eam recipite; si eam detrectant, bellum illis inferte; neque tum aliquid superest, nisi ut in eos incurratis, adloquiis missis." Mox equites ad Châledum adduxerunt Mâlekum ben noweira, aliquot homines secum habentem ortos ex tribu Thaalaba ben jerbû ben âssem, non nullosque Obeiditas, Arinitas et Dschaaferitas. De quibus captivis vario sentiebat turma. Aderat in ea Abu katâda, qui precationem indixisse captivos, et instituisse, et peregisse testabatur.

أَمَرَ بِهِمْ فَحُبِسُوا فى ليلة قَرَّةٍ باردةٍ لا يقوم لها شىء وجعلت تزداد بردا فَأَمَرَ خالد مناديا فنادى دَافِئُوا أَسْرَاكُمْ وكانت فى لغة كِنَانَةَ اذا قالوا دَثِّرُوا ٱلرَّجُلَ فَأَدْفِئُوهُ ودفاه بغير الف قَتَلَهُ وفى لغة غيرهم أَدْفَهُ فظنّ القوم وهى فى لغة القوم القتل انه اراد القتل فقتلوهم فَقَتَلَ ضِرَارُ بْنُ ٱلْأَزْوَرِ مَالِكًا وسمع خالد ٱلْوَاعِيَةَ فخرج وقد فرغوا منهم فقال أَبُو قَتَادَةَ هَذَا عَمَلُكَ فزبره خالد فغضب وعصى حتى اتى ابا بكر فغضب عليه ابو بكر حتى كَلَّمَهُ عُمَرُ فيه فلم يَرْضَ الا ان يرجع اليه حتى قَدِمَ معه المدينة وَتَزَوَّجَ خالد أُمَّ تَمِيمٍ ابنة ٱلْمِنْهَالِ وَتَرَكَهَا لِتَنْقَضِىَ طُهْرُهَا وكانت العرب تكره النساء فى الحروب وَتُعَايِرُهُ وقال عُمَرُ لابى بكر إِنَّ فى سيف خالد رَهَقًا وان لم يكن هذا حَقًّا حُقَّ عليه أَنْ تُقِيدَهُ وَأَكْثَرَ عليه فى ذلك وكان ابو بكر لا يُقِيدُ من عُمَّالِهِ احدا ولا وَزَعَتِهِ فقال هِيهِ يَا عُمَرُ تَأَوَّلَ فَأَخْطَأَ فَٱرْفَعْ لسانك عن خالد وَوَدَى مَالِكًا وكتب الى خالد ان يقدم عليه فَفَعَلَ فاخبره خبره فَعَذَرَهُ وقبل منه وَعَنَّفَهُ فى التزويج الذى كانت عليه ٱلْعَرَبُ من ذلك

وَكَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن هِشَامِ بْنِ عُرْوَةَ عن ابيه قال شَهِدَ قَوْمٌ من السرية انهم أَذَّنُوا واقاموا الصلوة فَصَلَّوْا ففعل مثل ذلك وَشَهِدَ اخرون انه لم يكن من ذلك شى فقتلوا واقام اخوه مُتَمِّمُ بْنُ نُوَيْرَةَ يَنْشُدُ ابا بكر دَمَهُ ويطلب اليه فى سَبْيِهِمْ فكتب له بِرَدِّ ٱلسَّبْيِ وَأَلَحَّ عليه عُمَرُ فى خالد ان يعزله وقال إِنَّ فِى سَيْفِهِ رَهَقًا فقال لا يا عمر لَمْ أَكُنْ لِأَشِيمَ سَيْفًا سَلَّهُ الله على الكفار

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن خُزَيْمَةَ عن عثمن بن سُوَيْدٍ قال كان مَالِكُ بْنُ نُوَيْرَةَ من اكثر الناس شَعْرَةً وَإِنَّ أَهْلَ ٱلْعَسْكَرِ أَثْفَوُا

Variis sententiis dictis, captivos vinculis constringi jussit Châled nocte frigida, horrida, quam vix quis toleraret. Ingravescente frigore Châled praeconem misit, qui haec verba proclamavit: dâfiju asrâkom! *i. e. veste obtegite captivos vestros.* Dialecto Kenânitarum enim, quum significare vellent: veste obvolvite hominem, dicebant: adfijûhu. Sed verbum: dafâ, quod Elif nativam non habet, significat: interfecit; cujus loco aliis usurpatum est: adaffa. Tum illi homines, quoniam ipsorum dialecto illud vocabulum interfectionem significabat, jam interfectionem jubere Châledum putarunt. Obtruncarunt itaque captivos, occiditque Malekum Derâr ben el aswar. Clamore audito, eo accessit Châled; sed jam absolverant rem. Tum Abu katâda: „hoc tuum factum est." Quem increpuit Châled; ille vero, irascens officiumque detrectans, ad Abu bekrum contendit. Sed Abu bekr succensuit Abu katâdae, donec pro eo verba fecit Omar; neque tamen cum eo in gratiam rediit Abu bekr, nisi ea conditione, ut ad Châledum reverteretur. Deinde cum Châledo venit El medinam. Châled uxorem duxerat Omm temim filiam El minhâli; quam reliquit propterea quod in menstruis erat. Arabes vero in bellis mulieres moleste ferebant, vituperabantque Châledum. Abu bekro Omar: „nae, inquit, in gladio Châledi inest quaedam saevitia; quod si nefas habendum, dignus ipse est, quem constringamus." In quam sententiam Abu bekro exposuit multa. Hic autem nullum ducem suum, neque praefectum, vinculis constringere solebat. Dixit itaque: „apage Omar! interpretatus est ille, eumque fefellit. Itaque linguam a Châledo prohibe!" Culpam rei in Mâlekum conferens Abu bekr, ad Châledum scripsit, ut ad se accederet. Venit igitur Châled, remque exposuit. Tum excusatum illum habuit Abu bekr, purgatione sua probata; matrimonium initum vero ei exprobavit, prout postulabat mos in hac re Arabibus receptus.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui tradita fuerant a Seifo, qui ex Heschâm ben urwa ea compererat, cui a patre tradita fuerant. Hic autem dixit: testabantur nonnulli homines, qui in illa turma adfuerant, precationem illos indixisse et instituisse, atque peregisse, idemque fecisse etiam Mâlekum. Alii vero testabantur, nihil tale actum esse, eamque ob causam illa se fecisse. Advenit mox Mâleki frater, Motemmem ben noweira, petens ab Abu bekro, ut sanguini Mâleki parceret, et de captivis dimittendis referens. Itaque ad Châledum scripsit Abu bekr, ut captivos dimitteret. Omar vero Abu bekrum urgebat, ut de munere demoveret Châledum, atque: „nae, inquit, in ejus gladio inest quaedam saevitia." Respondit ille: „minime hoc, ô Omar! is non sum, ut in vaginam reponam gladium, quem contra impios homines strinxit Deus."

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui tradita fuerant a Seifo, qui ex Choscima ea compererat, cui tradita fuerant ab Othmân ben soweid. Hic autem dixit: erat Mâlek ben noweira ex hominibus optime capillatis. Milites itaque quum capitibus abscissis

بِرُؤُوسِهِمِ ٱلْقُدُورَ فما منهم راس الّا وصلت النار الى بَشَرَتِهِ ما خلا مَالِكًا فان القدر نَضِجَتْ وما نَضِجَ راسه من كثرة شَعْرِهِ وفى الشعر البشر حرّها ان تبلغ منه ذلك وَأَنْشَدَهُ مُتَمِّمٌ وذكر خَمْصَهُ وقد كان عُمَرُ رَآهُ مُقْدَمَهُ على النبى صلى الله عليه وسلم فقال أَكَذَاكَ يَا مُتَمِّمُ كَانَ قال أَمَّا مِمَّا أَعْنِي فَنَعَمْ

حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدثنا سلمة قال حدثنا محمد بن اسحق عن طلحة بن عبد الله بن ابى بكر ٱلصِّدِّيقِ أَنَّ ابا بكر كان مِنْ عَهْدِهِ الى جيوشه اذا غَشِيتُمْ دارا من دُوْرِ الناس فسمعتم فيها أَذَانًا للصلاة فَأَمْسِكُوا عن اهلها حتى تَسْأَلُوهُمْ ما الذى نَقَمُوا وان لم تسمعوا أَذَانًا فَشُنُّوا الغارة فاقتلوا وحرّقوا وَكَانَ ممن شهد لِمَلِكٍ بالاسلام ابو قتادة ٱلْحَرِثُ بْنُ رِبْعِيٍّ اخو بنى سَلِمَةَ وقد كان عاهد ٱللَّهَ الا يشهد مع خالد حربا أَبَدًا بعدها وكان يُحَدِّثُ انهم لما غَشُوا ٱلْقَوْمَ رَاعُوهُمْ تحت الليل فاخذ القوم السلاح قال فقلنا انّا المسلمون فقالوا ونحن المسلمون قلنا فما بال السلاح قال فَوَضَعُوهَا ثم صلّينا وصلّوا وكان خَالِدٌ يعتذر فى قَتْلِهِ أَنَّهُ قَالَ وهو يراجعه مَا إِخَالُ صاحبكم الا كان يقول كذا وكذا قال أَوَمَا تَعُدّ ذلك صاحبًا ثم قَدَّمَهُ فضرب عُنُقَهُ وَأَعْنَاقَ أَصْحَابِهِ فلما بلغ قَتْلُهُمْ عُمَرَ بن الخطاب تكلّم فيه عند ابى بكر فَأَكْثَرَ فقال عَدُوُّ ٱللَّهِ عَدَا على ٱمْرِئٍ مُسْلِمٍ فقتله ثم نَزَا على امرأته واقبل خالد بن الوليد قَافِلًا حتى دخل المسجد وعليه قَبَآءٌ له عليه صَدَأُ الحديد مُعْتَجِرًا بعمامة له قد غَرَزَ فى عمامته أَسْهُمًا فلما دخل اليه واق الى المسجد قام اليه عُمَرُ فانتزع ٱلْأَسْهُمَ من راسه فَحَطَمَهَا ثم قال أَرِيَآءً قَتَلْتَ ٱمْرَءًا مُسْلِمًا ثُمَّ نَزَوْتَ على امرأته والله لَأَرْجُمَنَّكَ بأحجارك وخالد لا يكلّمه ولا يَظُنُّ الّا أَنَّ رَأْيَ ابى بكر مِثْلُ رَأْيِ عُمَرَ فيه حتى دخل على ابى بكر فلما رَآهُ ودخل عليه اخبره الخبر واعتذر فَعَذَرَهُ ابو بكر وتجاوز عنه ما كان فى حربه تلك فخرج خالد حين رَضِىَ عنه ابو بكر وَعُمَرُ جَالِسٌ فى المسجد فقال هَلُمَّ إِلَيَّ يَا ٱبْنَ أُمِّ شَمْلَةَ قال فعرف عُمَرُ أَنَّ ابا بكر قد رَضِىَ عنه فلم يكلّمه ودخل بيته وكان الذى قتل مالك بن نويرة عَبْدُ ٱلْأَزْوَرِ ٱلْأَسَدِيُّ وقال هِشَامٌ ٱلْكَلْبِيُّ الذى قتل مالك بن نويرة ضِرَارُ بْنُ ٱلْأَزْوَرِ

suffulsissent lebetes, nullum fuit caput, cujus cutem non tetigerit flamma, solius Mâleki capite excepto. Quamvis enim lebes torrebatur, caput tamen non torrebatur propter copiam capilli; ad pilos cutis modo calor pertinebat, quum eo usque penetraret. Carmina illi recitavit Motemmem, Mâleki virtutem celebrans. Viderat autem illum antea Omar accedentem ad prophetam, cui bene dicat Deus faveatque; quam ob rem: „isne, inquit, o Motemmem, talis fuit vir?" Respondit: „de quibus rebus dixi, in iis talis vir exstitit ille."

Tradidit nobis Ebn homeid dixitque: tradidit nobis Salama dixitque: tradidit nobis haec Mohammed ben ishâk, quae ipse acceperat a Talcha ben abd alla ben abi bekr essiddik. Ex iis, quae exercitibus suis praeceperat Abu bekr, erant etiam haec: „quoties in habitationem aliquam hominum incidetis, precationemque in ea indici audietis, toties ab ejus incolis vos abstinete, quoad ab iis quaesiveritis, quaenam ipsi aversentur. Si vero precationem nullam indici audietis, equitibus immissis illos interficite et comburite." Ex iis autem, qui moslemum fuisse Mâlekum testabantur, fuit Abu katâda el hâreth ben rîbi, Salamitarum frater; qui per Deum juravit, se nullo in bello posthac adfuturum Châledo. Dicebat, gentem illam adgredientes se de nocte explorasse; tum illos arma sumsisse. Ait: „diximus: moslemi nos sumus. Atque illi: etiam nos moslemi sumus. Nos vero: quid arma? Tum illi deposuerunt arma; precationem peregimus nos, peregeruntque etiam illi." Châled interfecti Mâleki excusationem hanc dabat, quod illum cohortanti sibi dixerit: „dominum vestrum quidem haudquaquam puto haec non praecepisse." Tum Omar: „neque etiam dominum latius regnantem?" Deinde adduci Mâlekum jussit; cui cujusque sociis mox colla secata sunt. De quorum interfectione certior factus Omar ben el chattâb, ad Abu bekrum rem detulit, multa verba faciens; „homo ille, inquit, Deo inimicus quum in virum moslemum incidisset, eum peremit, ejusque uxorem rapuit." Sed Châled ben el walid quum El medinam venisset, ex itinere redux templum intravit tunica obvolutus, quae aeris rubigine infecta erat, indutusque quadam sua cidari, in qua aliquot sagittas defixerat. Accedenti templumque intranti obviam ivit Omar, sagittasque ab illius capite detraxit confregitque; tum: „pro simulatio! inquit; virum moslemum peremisti, ejusque uxorem rapuisti. Te, per Deum, tuis lapidibus obruam." Nulla ei respondit Châled, neque dubitabat quin quae Omar eadem de se sentiret etiam Abu bekr; ad quem mox perrexit. Abu bekrum conspiciens, ad eum accessit, expositaque re se excusavit. Excusationem accepit Abu bekr, eique quae in eo bello patrata erant ignovit. Ita quum ab Abu bekro in gratiam receptus esset Châled, ad Omarum rediit in templo sedentem; cui: „adesdum ad me! o fili Omm schamlae." Unde ab Abu bekro illum in gratiam jam receptum esse intellexit Omar; neque illum adloquutus est, sed domum rediit. Interfector autem Mâleki ben noweira fuit Abd el aswar Asadita. Heschâm Kelbita vero Mâlekum ben noweira a Derâr ben el aswar interfectum perhibet.

ذِكْرُ بَقِيَّةِ ٱلْخَبَرِ عَنِ ٱلْكَذَّابِ مُسَيْلِمَةَ وَقَوْمِهِ مِنْ أَهْلِ ٱلْيَمَامَةِ ✿ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن سَهْلِ بن يوسف عن ٱلْقَسِمِ بن محمد قال كان ابو بكر حين بَعَثَ عِكْرِمَةَ بْنَ أَبِي جَهْلٍ الى مسيلمة وَأَتْبَعَهُ شُرَحْبِيلَ عَجِلَ عِكْرِمَةُ فَبَادَرَ شُرَحْبِيلَ ليذهب بصوتها فواقعهم فنكبوه واقام شُرَحْبِيلُ بالطريق حتى ادركه الخبر وَكَتَبَ عِكْرِمَةُ الى ابى بكر بالذى كان مِنْ أَمْرِهِ فكتب اليه ابو بكر يَا ٱبْنَ أُمِّ عِكْرِمَةَ لَا أَرَيَنَّكَ وَلَا تَرَانِي عَلَى حَالِهَا لَا تَرْجِعَنَّ فَتُوهِنَ ٱلنَّاسَ ٱمْضِ عَلَى وَجْهِكَ حَتَّى تُسَانِدَ حُذَيْفَةَ وَعَرْفَجَةَ فقاتل معهما اهل عُمَانَ وَمَهْرَةَ وَإِنْ شُغِلَا فَٱمْضِ انت ثم تسير وتسير جندك تَسْتَبْرِئُونَ من مررتم به حتى تلتقوا انتم وَٱلْمُهَاجِرُ بْنُ أَبِي أُمَيَّةَ بِٱلْيَمَنِ وَحَضْرَمَوْتَ وكتب الى شُرَحْبِيلَ يامره بالمقام حتى يَأْتِيَهُ أَمْرُهُ ثم كتب اليه قَبْلَ أَنْ يوجّه خالدا بِأَيَّامٍ الى اليمامة اذا قدم اليك خالد ثم فرغتم ان شاء الله فَٱلْحَقْ بِقُضَاعَةَ حتى تكون انت وعمرو بن العاص على مَنْ أَبَى منهم وَخَالَفَ فلما قدم خالد على ابى بكر من ٱلْبِطَاحِ رَضِيَ ابو بكر عن خالد وسمع عُذْرَهُ وقبل منه وَصَدَّقَهُ ورضى عنه ووجهه الى مسيلمة وَأَوْعَبَ معه الناس وعلى الانصار ثابت بن قيس وَٱلْبَرَآءُ بن فلان وعلى المهاجرين أَبُو حُذَيْفَةَ وَزَيْدٌ على القبايل على كلّ قبيلة رَجُلٌ ويعجّل خالد حتى قدم على اهل العسكر بِٱلْبِطَاحِ وانتظر ٱلْبَعْثَ الذى ضُرِبَ بالمدينة فلما قدم عليه نهض حتى اتى ٱلْيَمَامَةَ وَبَنُوا حَنِيفَةَ يوميذ حَيٌّ كبير

Caput decimum.

Debellatur Moseilema impostor.

Exponuntur reliqua fata Moseilemae impostoris, eorumque qui cum eo fecerant Jemâmitarum. Dicit Abu dschafer: haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui tradita fuerant a Seif, qui ex Sahl ben jussuf ea compererat, cui tradita fuerant ab El kâssem ben mohammed. Qui dixit: Abu bekr quum in Moseilemam emisisset Ikrimam ben abi dschehl, atque mox illum sequi jussisset Schorachbilum, festinanter iter fecit Ikrima, Schorachbilum praevertens, ut ipse famam rei reportaret solus. Itaque conflixit cum hostibus; sed hi cladem ei adtulerunt. De qua re in itinere tum subsistens Schorachbil certior factus est. Ikrima vero ad Abu bekrum scripsit quae sibi acciderant. Respondit Abu bekr: „o fili Omm ikrimae, te coram non spectabo, neque tu me spectabis ea conditione utens. Noli reverti, ne homines animum despondeant. Procede recta, ut opem feras Hodseifae et Arfadschae, bellumque cum his infer incolis provinciae Omân et Mehrae. Si vero illi detineantur, ipse tamen procede. Iter cum exercitu fac, quas transitis gentes explorans, quoad in El mohâdscherum ben abi omajja incidetis, in provinciis El jemen et Hadramaut jam commorantem." Ad Schorachbilum quoque litteras dedit Abu bekr, eumque in itinere subsistere jussit, quoad mandata sua ad eum perlata essent. Deinde, paucis diebus ante quam in El jemâmam emisit Châledum, ad Schorachbilum scripsit haec: „quum ad te accesserit Châled, illamque rem adnuente Deo confeceritis, ad Kodâïtas adgredere, ut una cum Amr ben el âss renitentibus rebellantibusque hominibus supervenias." Châledum ex provincia El bitâch ad se reversum in gratiam receperat Abu bekr; excusationem ejus enim audivit accepitque, fidemque ei habuit. Itaque quum in gratiam cum recepisset, in Moseilemam eum emisit cum copiis omnibus. Anssâriis praeerant Thâbet ben kais et El berâ ben fulan; Mohâdscheris vero praefectus erat Abu hodseifa. Tribus ducebat Seid, quibus singulis singuli viri praefecti erant. Festinanter itaque Châled ad exercitum, quem in provincia El bitâch reliquerat, rediit, eas copias exspectans, quae El medinae conscribebantur. Quae quum advenissent, iter ingressus in El jemâmam contendit. Hanifitae vero eo tempore gens erant viribus praepollens.

حَدَّثَنَا ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن أَبِي عَمْرِو بْنِ ٱلْعَلَآءِ عن رجال كَانُوا عِدَّةُ بَنِي حَنِيفَةَ يومئذ اربعين الف مقاتل فى قُرَاهَا وَحَجْرِهَا فسار خالد حتى اذا أَطَلَّ عليهم أَسْنَدَ خيولا لِعَقَّةَ وَٱلْهُذَيْلِ وَزِيَادٍ وقد كانوا اقاموا على مَخْرَجٍ اخرجهم مُسَيْلِمَةُ لِيَلْحَقُوا به سَجَاحًا وكتب الى القبائل من تميم فيهم فنفروهم حتى اخرجوهم من جزيرة العرب وَعَجِلَ شُرَحْبِيلُ بْنُ حَسَنَةَ وفعل فعل عِكْرِمَةَ وبادر خالدا بقتال مسيلمة قبل قدوم خالد عليه فَنُكِبَ فَحَاجَزَ فلما قدم عليه خالد لامه وانما اسند خالد لتلك الخيول مَخَافَةَ أَنْ ياتوه من خلفه وكانوا تَأْتِيهِ مِنَ اليمامة ❁ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن عبد الله بن سعيد بن ثابت عَمَّنْ حَدَّثَهُ عن جابر بن فلان قال وَأَمَدَّ ابو بكر خالدا بِسَلِيطٍ لِيَكُونَ رِدْأً لَهُ مِنْ أَنْ يَأْتِيَهُ أَحَدٌ مِنْ خَلْفِهِ فخرج فلما دنا من خالد وجد تلك الخيول التى انتابت تلك البلاد قد فُرِّقُوا فهربوا وكان منهم قريبا رِدْءٌ لهم وكان ابو بكر يقول لا نَسْتَعْمِلُ أَهْلَ بَدْرٍ أَدَعُهُمْ حَتَّى يَلْقَوُا ٱللَّهَ بِأَحْسَنِ أَعْمَالِهِمْ فان الله يدفع بهم وبالصلحآء من الامر اكبر وافضل ما يَنْتَصِرُ بهم وكان عُمَرُ بن الخطاب يقول والله لَأُشْرِكَنَّهُمْ وَلْيُوَاسُنِّي

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن طلحة بن ٱلْأَعْلَمِ بن عبيد بن عُمَيْرٍ عن أُثَالٍ ٱلْحَنَفِيِّ وكان مع ثُمَامَةَ بْنِ أُثَالٍ قال وكان مُسَيْلِمَةُ مُصَانِعَ كُلِّ أَحَدٍ ويبايعه ولا يبالى ان يَطَّلِعَ النَّاسُ فيه منه على قبيح وكان معه نَهَارٌ ٱلرَّجَّالُ بْنُ عُنْفُوَةَ وكان قد هاجر مع النبى صلى الله عليه وَقَرَأَ ٱلْقُرْآنَ وَفَقُهَ فى الدين فبعثه مُعَلِّمًا لاهل اليمامة وَلِيَشْغَبَ على مسيلمة وليشدّد من امر المسلمين فكان أَعْظَمَ فِتْنَةً على بنى حنيفة من مسيلمة شَهِدَ انه سمع محمدا صلى الله عليه وسلم يقول انه قد أُشْرِكَ معه فَصَدَّقُوهُ واستجابوا له وامروه بمكاتبة النبى صلى الله عليه ووعدوه إِنْ هو لم يقبل أَنْ يعينوه عليه فَكَانَ نَهَارٌ ٱلرَّجَّالُ بْنُ عُنْفُوَةَ لا يقول شيا الا تابعه عليه وكان يَنْتَهِى الى امره وكان يُؤَذِّنُ للنبىّ صلى الله عليه وسلم ويشهد

Haec nobis tradidit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui tradita fuerant a Seif, qui ex Abu amr ben el alâ ea comperecrat, cui a quibusdam viris tradita fuerant. Milites quadraginta millia numero eo tempore in urbibus mansionibusque suis habebant Hanifitae. Iter continuans vero Châled, quum ad illos propius accessisset, equites quosdam Akkae et El hodseili Sijâdique adortus est. Tributum hi colligendum curaverant, atque jam eos emiserat Moseilema, ut ad Sadschâcham tributum perferrent. Tum ille ad gentes Temimitas de his equitibus scripsit; quos mox Temimitae ex peninsula Arabum ejecerunt. Schorachbil ben hassana interea, quemadmodum fecerat Ikrima, iter festinavit Châledum praevertens, ut ipse cum Moseilema ante confligeret, quam advenisset Châled. Sed recessit ille seque subtraxit. Châled autem, quum ad Schorachbilum accessisset, eum vituperavit; neque ipse illos equites adortus erat, nisi metu, ne a tergo sibi supervenirent. Ex El jemâma enim ad eum hi pergebant. Scripsit ad me haec Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui tradita fuerant a Seif, qui ea comperecrat ex Abd alla ben said ben thâbet, cui a quodam viro narrata fuerant, qui a Dschâber ben fulân ea cognoverat. Qui dixit: Châledo Abu bekr suppetias misit Selitum, ut illi hic praesidio esset contra eos, qui a tergo illum adoriri vellent. Selit quum propius a Châledo abesset, equites illos, qui eas terras infestaverant, jam dispersos esse invenit et in fugam conjectos; nonnisi pauci ex iis in loco propinquo remanserant. Dicebat autem Abu bekr: „militibus Bedrensibus haud utimur, sed eos sino, ut potius pulcherrima sua facinora Deo offerant. Per eos enim hominesque pios Deus maxima gravissimaque, quae nocere possunt, a gentibus avertit." Omar ben el chattâb vero: „illis, per Deum, inquit, me adjungam, mihique adjumento erunt."

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo eo acceperat, cui tradita fuerant a Seif, qui ea comperecrat ex Talcha ben el alam ben obeid ben omeir, cui tradita fuerant ab Othâl Hanifita, qui Thomâmae ben othâl adfuerat. Qui dixit: hominum quorumcunque gratiam captabat Moseilema, amicitiasque eum iis inibat, nil hoc curans, si forte aliquid turpe se in ea re agere intelligerent homines. Apud eum erat Nahâr erraddschâl ben unfuwe, qui antea cum propheta, cui bene dicat Deus, migraverat, Korânumque legerat, religionisque peritia praestabat. Quam ob caussam magistrum ad Jemâmitas eum miserat propheta, ut Moseilemam urgeret, rebusque Moslemorum subveniret. Sed plus malorum hic Hanifitis quam ipse Moseilema intulit. Perhibebat ille, se Mohammedem, cui bene dicat Deus faveatque, hoc dicentem audisse: illum hominem socium sibi adjunctum esse. Cui fidem habentes Jemâmitae ad ejus partes transierunt, eumque ad prophetam, cui bene dicat Deus, de hac re perscribere jusserunt; pollicebantur quoque hoc, si propheta huic rei non adsentiret, Moseilemae contra prophetam se auxilium laturos. Quaecunque suaderet Nahâr erraddschâl ben unfuwe, iis ille morem gerebat, et quae ille vetaret, ab iis se abstinebat. Precationem ipse indicebat nomine prophetae, cui bene dicat Deus faveat-

فى ٱلْأَذَانِ أَنَّ محمدا رسول الله وكان الذى يُؤَذِّنُ له عبد الله بن ٱلنَّوَاحَةِ وكان الذى يقيم له حُجَيْرُ بْنُ عُمَيْرٍ وَيَشْهَدُ لَهُ وكان مسيلمة اذا دنا حُجَيْرٌ من الشهادة قال صَرَّحَ حُجَيْرٌ فيزيد فى صوته ويبالغ لتصديق نفسه وتصديق نَهَارٍ وَتَضْلِيلِ مَنْ كَانَ أَسْلَمَ فعظُم فى انفسهم قال وَضَرَبَ حَرَمًا باليمامة فنهى عنه واخذ الناس به وكان مُحَرَّمًا فوقع ذلك ٱلْحَرَمُ فى قُرَى ٱلْأَحَالِيفِ أَفْخَاذٍ من بنى أُسَيْدٍ كانت دارهم باليمامة فصار مكان دارهم فى الحرم وَٱلْأَحَالِيفُ سَيْحَانُ وَنِمَارَةُ وَنَمِرٌ وَٱلْحَرِثُ بَنُوا جِرْوَةَ فان أَخْصَبُوا اجاروا على ثِمَارِ اهل اليمامة وَٱتَّخَذُوا ٱلْحَرَمَ دَغَلًا فان نَذِرُوا به دخلوا فَأَجْمُوا عنهم فان لم يَنْذِرُوا عنهم فذاك ما يريدون فَكَثُرَ ذلك منهم حتى ٱسْتَعْدَوْا عليهم فقال ٱنْتَظِرُوا الذى ياتى من السماء فيكم وفيهم ثم قال لهم وَٱللَّيْلِ ٱلْأَطْخَمِ وَٱلذِّيبِ ٱلْأَدْلَمِ وَٱلْجِذْعِ ٱلْأَزْلَمِ مَا ٱنْتَهَكَتْ أُسَيْدٌ مِنْ مُحَرَّمٍ وقالوا أَمَّا مُحَرَّمٌ ٱسْتِحْلَالُ ٱلْحَرَمِ وَفَسَادُ ٱلْأَمْوَالِ ثم عادوا للغارة وعادوا لِلْعَدْوَى فقال ٱنْتَظِرُوا الذى ياتينى فقال وَٱللَّيْلِ ٱلدَّامِسِ وَٱلذِّيبِ ٱلْهَامِسِ مَا قَطَعَتْ أُسَيْدٌ مِنْ رَطْبٍ وَلَا يَابِسٍ فقالوا أَمَّا ٱلنَّخِيلُ مُرْطِبَةٌ فقد جَدُّوهَا وَأَمَّا ٱلْجُدْرَانُ فقد هَدَمُوهَا فقال اذهبوا فارجعوا فلا حَقَّ لكم وكان مما يَقْرَأُ لهم فيه إِنَّ بَنِي تَمِيمٍ قَوْمٌ طُهْرٌ لَقَاحٌ لا مكروه عليهم ولا اتاوة نُجَاوِرُهُمْ ما حَيِينَا باحسان بِمَنْعِهِمْ مِنْ كُلِّ إِنْسَانٍ فاذا مُتْنَا فَأَمْرُهُمْ الى الرحمن ✿ وكان يقول وَٱلشَّاءِ وَأَلْوَانِهَا وَأَعْجَبِهَا ٱلسُّودِ وَأَلْبَانِهَا وَٱلشَّاةِ ٱلسَّوْدَاءِ وَٱللَّبَنِ ٱلْأَبْيَضِ إِنَّهُ لَعَجَبٌ مَحْضٌ وَقَدْ حُرِّمَ ٱلْمَذْقُ فَمَا لَكُمْ لَا تَمْجَعُونَ وكان يقول ضِفْدَعُ بِنْتِ ضِفْدَعٍ نَقِّي مَا تَنُقِّينَ أَعْلَاكِ فِي ٱلْمَاءِ وَأَسْفَلُكِ فِي ٱلطِّينِ لَا ٱلشَّارِبَ تَمْنَعِينَ وَلَا ٱلْمَاءَ تُكَدِّرِينَ ✿ وكان يقول وَٱلْمُبْذِرَاتِ زَرْعًا وَٱلْحَاصِدَاتِ حَصْدًا والذاريات قَمْحًا والطاحنات طَحْنًا والخابزات خُبْزًا والثاردات ثَرْدًا واللاقمات لَقْمًا اهَالَةً وَسَمْنًا لَقَدْ فُضِّلْتُمْ على اهل ٱلْوَبَرِ وما سبقكم اهل ٱلْمَدَرِ رِيفُكُمْ فَٱمْنَعُوهُ وَٱلْمُعْتَرَّ فَآوُوهُ وَٱلْبَاغِيَ فَنَاوِئُوهُ

que, atque eam indicens testabatur, Mohammedem Dei legatum esse. Moseilemae nomine vero precationem indicebat Abdalla ben ennawâdscho; peragebat ejus nomine precationem Hodscheir ben omeir, ac testimonium ei dicebat. Quotiescunque Hodscheir ad dicendum testimonium accederet, Moseilema ei dicebat: „clare dic, Hodscheir;" tum hic vocem adtollens alte clamabat, ut fidem sibi conciliaret Nahâroque, et in errorem induceret Moslemos. Quam ob caussam honorem ei habuit ille, atque fido dignum eum putaverunt homines. Addit idem: sacrarium quoddam Moseilema in El jemâma constituit, idquo violari vetuit; quod ab hominibus adoptatum sanctumque habitum est. Situs autem erat hic locus sacer in agro vasto Achâliforum, id est familiarum quarundam Osejjiditarum, quae in El jemâma consederant; quarum mansio in ipso loco sacro disposita erat. Achâlifi illi erant Sidschân, Nomâre, Namir et El hâreth, filii Dschirwae. Qui, quum proventus uberior adesset, in fruges Jemâmitarum incurrebant, sacrario tanquam insidiarum loco utentes. Nam sicubi Jemâmitae sibi caverent, in locum sacrum illi se recipiebant, proptereaque Jemâmitae ab iis se abstinebant; quum vero illos non caverent Jemâmitae, exoptatum hoc illis accidebat. Quae frequenter illi patrarunt, donec tandem Jemâmitae ut iis occurrerent constituerunt. Quibus Moseilema: „exspectate, inquit, quae mandata e coelo adferantur ad vos atque illos pertinentia." Deinde haec addidit: „per noctem fuligineam, fuscumque lupum, pullumque decurtatas aures habentem! vetita haud sibi adrogant Osejjiditae." Illi vero: „sed vetitae sunt sacrorum violatio, direptioque bonorum." Mox Osejjiditae denuo in illos incurrerunt, atque Jemâmitae rursus subsidium quaesiverunt. Tum Moseilema: „exspectate modo quae ad me perferantur." Addiditque haec: „per noctem tenebrosam, obrepentemque lupum! Ossejjiditae neque viridem secuerunt, neque siccatum." Responderunt illi: „palmae fruges recentes jam ferebant; illi vero eas resecuerunt, murosque everterunt." Quibus Moseilema: „abite jam retro reversi; neque enim ullum vobis jus est." Ex iis, quae Moseilema illis recitabat, fuerunt etiam haec: „Temimitae profecto gens sancta et ingenua sunt, a rebus turpibus vectigalibusque immunis; benigniter eos nos protegimus dum vivimus, a quocunque homine eos defendentes; deinde, nobis exstinctis, res eorum procurabit Deus misericors." Dicebat ille quoque haec: „per oves earumque colores, per colla earum nigra earumque lac! per ovem nigram candidumque lac! hoc certe prorsus admirandum est; quum vetitum sit lac aqua dilutum, cur non lac comeditis dactylis mixtum?" Dicebat ille porro haec: „o rana, coaxa! dum summa tui pars in aqua versatur, ima vero in luto, neque bibentem prohibebis, neque aquam reddes turbidam." Porro dicebat haec: „per eas quae producunt segetem, quae demetunt messem, quae ventilant triticum, quae id molunt in farinam, quae coquunt panem, quae in frusta eum frangunt, et quae glutiunt buccellas, adipem et butyrum! vos certe inter tentoriorum incolas praestatis, neque aedium incolae vobis antecellunt. Gloriam vestram obtinete; hominem lassum hospitio recipite; ad effrenatum devertito ipsi."

قال وَأَتَتْهُ آمْرَأَةٌ من بنى حنيفة تُكَنَّى بِأُمِّ آلْهَيْثَمِ فقالت إِنَّ نَخْلَنَا يَسْحِيقٌ وَإِنَّ آبَارَنَا لَجُرُزٌ فَٱدْعُ ٱللَّهَ لِمَآئِنَا ولنخلنا كما دعا محمد لاهل جِرْمَانَ قال يَا نَهَارُ ما تقول هذه قال إِنَّ أَهْلَ جِرْمَانَ اتوا محمدا صلى الله عليه فشكوا بُعْدَ مَآئِهِمْ وكانت آبَارُهُمْ جُرُزًا وَنَخْلُهُمْ سَحِيقٌ فدعا لهم فجاشت آبَارُهُمْ وَانْحَنَيَتْ كلّ نخلة قد انتهت حَرًّا حتى وُضِعَتْ جِرَانُهَا فحكّت به الارض حتى أَنْشَتْ عروقها ثم قُنِعَتْ من دون ذلك فعلاه فَسِيلٌ مُكَمَّمٌ ينمى قال وكيف صنع بِالآبَارِ قال دعا بِسَجْلٍ فدعا لهم فيه وَتَمَضْمَضَ بِفَمِهِ منه ثم مَجّه فيه فانطلقوا به حتى فرّغوه فى تلك ٱلأَبَارِ ثم سقوه نخلهم ففعل المنهى ما حدّثتك وبقى الاخر الى انتهايه فدعا مسيلمة بِدَلْوٍ من ماء فدعا لهم فيه وتمضمض منه ثم مجّ فيه فنقلوه فافرغوا فى أَبَارِهِمْ فغارت مياه تلك ٱلأَبَارِ وخوى نخلهم وانما استبان ذلك بعد مهلكه وقال له نَهَارٌ بَرِّكْ على مُوَلَّدِى بنى حنيفة قال وما التبريك قال كان اهل الحجاز اذا ولد فيهم المولود اتوا به محمدا صلى الله عليه فحنّكه ومسح راسه فَلَمْ يُؤْتَ بِصَبِيّ فحنّكه ولا مسح راسه الا قَرِعَ وَلَثِغَ فاستبان بَعْدَ مهلكه وقالوا مَا تُتَبِّعُ حِيطَانُهُمْ فَصَلِّ فِيهَا كما كان محمد صلى الله عليه يصنع فدخل حايطا من حوايط اليمامة فَتَوَضَّى فقال نَهَارٌ لصاحب الحايط ما يمنعك من وُضُوءِ الرحمن فتسقى به حايطك حتى يَرْوَى فَتَنْبِيلَ كما صنع بنوا آلنُّهْرِيَّةِ اهل بيت من بنى حنيفة وكان رجل من بنى ٱلنُّهْرِيَّةِ قدم على النبى صلى الله عليه فاخذ وُضُوءَهُ فنقله معه الى اليمامة فافرغه فى بيره ثم نزع وسقاه وكانت ارضه تَهُومُ فَرَوِيَتْ وَجَزَأَتْ وَلَمْ يَلْقَ إِلَّا خَضِرًا يَهْتَزُّهُ ففعل فعادت يَبَابًا لا ينبت مرعاها وَأَتَاهُ رَجُلٌ فَقَالَ آدْعُ ٱللَّهَ لِأَرْضِى فَإِنَّهَا مُسْتَبِخَةٌ كما دعا محمد صلى الله عليه وسلم لِسَلْمَى على ارضه فقال ما يقول يا نَهَارُ قال قَدِمَ عليه سَلْمَى وكانت ارضه سَبَخَةٌ فدعا له واعطاه سَجْلًا من ماء ومجّ له فيه فافرغه فى بِيرِه

Tradit idem: Moseilemam adiit mulier ex Hanifitis oriunda, cui cognomen Omm el heithem, eique: „palmae nostrae, inquit, arescunt, puteique nostri exsiccati sunt. Itaque Deum implora, ut aquis palmisque nostris subveniat, quemadmodum Mohammed Deum imploravit pro Hirmânitis.“ Dixit Moseilema: „o Nahâr, quid dicit illa?“ Respondit: „Hirmânitae adierunt Mohammedem, cui bene dicat Deus, de defectu aquae conquerentes; putei enim exsiccati erant, marcescebantque palmae. Tum fausta his precatus est Mohammed, atque mox aqua redundarunt putei, maturueruntque etiam palmae siccitate summe jam adfectae. Hydriae adpositae sunt, humusque refricata est, donec germinarent radices. Quo facto secatae sunt, excepta radice, e qua exortus est surculus florescens excrescensque.“ Tum ille: „quid vero puteis fecit Mohammed?“ Respondit: „afferri jussit situlam, ad quam fausta illis precatus est; deinde os colluit aqua ex ea sorpta, quam mox in situlam respuit. Quo facto situlam homines secum abstulerunt, eaque in puteos effusa, rigarunt palmas. Tum quae jam derelictae fuerant, fecerunt quae tibi exposui; ceterae vero perdurarunt usque ad interitum.“ Itaque Moseilema hydriam aqua plenam afferri jussit, faustaque ad eam illis precatus est; deinde os colluit, atque aquam in hydriam respuit. Homines vero hydriam secum ablatam in puteos effuderunt. Sed puteorum aquae evanuerunt, palmaeque illorum hominum perierunt; quod nonnisi post interitum Moseilemae palam factum est. Porro Moseilema dixit Nahâr: „infantes Hanifitarum fove.“ Ille vero: quid est fovere? Respondit Nahâr: „Hedschâsitae, simul atque apud eos puellus natus erat, ad Mohammedem, cui bene dicat Deus, eum afferebant; hic vero puelli palatum perfricabat, manumque super ejus capite ducebat.“ Ad Moseilemam vero nullus puer allatus est, cujus palatum perfricuit, cujusque super capite manum duxit, quin balbus factus sit et calvus. Quod post interitum Moseilemae palam factum est. Dixerunt porro Moseilemae: „irrigua non sunt eorum septa; preces in iis pronuntia, quemadmodum faciebat Mohammed, cui bene dicat Deus.“ Intravit itaque Moseilema quoddam El jemâmae septum, ibique ablutus est. Tum Nahâr domino septi: „quid impedit, inquit, quo minus Dei misericordis lotura utaris ad rigandum septum tuum, ut aqua scaturiat, fructusque inde capias, quemadmodum fecerunt Nahritae, Hanifitarum quidam domestici. Prophetam nempe, cui bene dicat Deus, homo quidam adiit Nahrita, illiusque loturam accepit, quam in El jemâmam secum ablatam in puteum suum effudit. Deinde aqua hausta arvum rigavit. Fundus ejus aridus fuerat; mox vero rigatus viruit, neque inde obtinuit ille nisi virescentes arbores, qui laetitia eum perfunderent.“ Idem itaque fecit dominus septi; sed exaruit solum, neque ex eo pabulum enatum est. Alius Moseilemam conveniens homo: „bona, inquit, a Deo precare arvo meo salso, quemadmodum Mohammed, cui bene dicat Deus faveatque, arvo Selmae bona precatus est.“ Atque Moseilema: quid ille dicit, o Nahâr? Respondit hic: „Selma, cui terra salsa erat, prophetam adiit; qui, bona illi precatus, hydriam dedit, in quam ipse in-

ثم نزع فطابت وَعَذُبَتْ فَفَعَلَ مثل ذلك فانطلق الرجل ففعل بِٱلشَّجِلِ كما فعل سَلْمَى فغرقت ارضه فما جفّ ثراها ولا انبت مرعاها ✿ وَأَتَتْهُ امرأة فاستجلبته الى نخل لها يدعو لها فيها فَجُزَّتْ كَبَائِسُهَا يَوْمَ عَقْرَبَآءَ كلّها وكانوا قد علموا واستبان لهم غَلَبَةُ ٱلشَّقَآءِ عليهم

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ قال حدثنا شعيب عن سيف عن خُلَيْدِ بْنِ زُفَرَ ٱلنَّمَرِيِّ عن عمير بن طلحة ٱلنَّمَرِيِّ عن ابيه انه جاء اليمامة فقال اين مُسَيْلِمَةُ فقالوا مَهْ رَسُولُ ٱللّٰهِ فقال لا حتى أَرَاهُ فلما جاءه قال انت مسيلمة قال نَعَمْ قال مَنْ ياتيك قال رَحْمَنُ قال أَفِي نور ام فى ظلمة فقال فى ظلمة فقال أَشْهَدُ أَنَّكَ كَذَّابٌ وان محمدا صادق ولكن كذّاب رَبِيعَةَ أَحَبُّ الينا من صادق مُضَرَ فَقُتِلَ معه يَوْمَ عَقْرَبَآءَ ✿ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن ٱلْكَلْبِيِّ مِثْلَهُ الا انه قال كذّاب ربيعة أَحَبُّ الينا من كذّاب مُضَرَ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن طلحة بن الاعلم عن عبيد بن عمير عن رجل منهم قال لما بلغ مسيلمة دُنُوُّ خالِدٍ ضرب عسكره بِعَقْرَبَآءَ واستنفر الناس فجعل الناس يخرجون اليه وَخَرَجَ مَجَّاعَةُ بْنُ مُرَارَةَ فى سَرِيَّةٍ يطلب بِثَأْرٍ له فى بنى عامر فكانت خَوْلَةُ ٱبْنَةُ جَعْفَرٍ فيهم فمنعوهم منها فاختلجها وَأَمَّا ثَأْرُهُ فى بنى تميم فنعم اخذوا له فَٱسْتَعْمَلَ خالِدٌ شُرَحْبِيلَ بْنَ حَسَنَةَ فقدّمه وامّر على المقدّمة خالد بن فلان المخزومى وجعل على ٱلْمُجَنِّبَتَيْنِ زيدا وَأَبَا حُذَيْفَةَ وجعل مسيلمة على مُجَنِّبَتَيْهِ ٱلْمُحَكَّمَ وَٱلرَّجَّالَ فسار خالد ومعه شرحبيل حتى اذا كان من عسكر مسيلمة عَلَى لَيْلَةٍ هَجَمَ على جُبَيْلَةٍ هُجُومِ ٱلْمُقَلِّلُ يقول اربعين وَٱلْمُكَثِّرُ يقول ستين فاذا هو مَجَّاعَةُ واصحابه وقد غلبهم ٱلْكَرَى فكانوا راجعين من بلاد بنى عامر قد طَوَّوْا اليهم واستخلجوا خَوْلَةَ ٱبْنَةَ جَعْفَرٍ فهى معهم فَعَرَّسُوا دون أَرْضِ ٱلثَّنِيَّةِ ثَنِيَّةِ ٱلْيَمَامَةِ فوجدوهم نِيَامًا وَأَرْسَانُ خيولهم

apnerat. Hydriam Selma in puteum effudit; aqua deinde ex eo hausta, bona facta est terra dulcisque." Tum eadem peregit Moseilema; homo ille vero abiit, hydriaque perinde atque Selma usus est; sed ejus arvum ita submersum est, nt neque terra siccaretur, neque in ea nasceretur pabulum. Convenit Moseilemam etiam femina quaedam, quae ad palmas suas eum deduxit; quibus ille fausta precatus est. Sed omnes earum palmarum racemi deinde exaruerunt eo die, quo ad Akrabam proelium committebatur. Quo comperto illi, calamitate se adflictum iri, intellexerunt.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui tradita fuerant a Seif, qui ea compererat ex Dscholeid hen sofar Nemerita, cui tradita fuerant ab Omeir ben talcha Nemerita, qui a patre ea cognoverat. Venit ille in El jemâmam, dixitque: ubinam est Moseilema? Tum homines: apage! legatus Dei appellandus est. Respondit ille: minime hoc, priusquam eum videro. Itaque ad Moseilemam accessit, eique: tune, inquit, Moseilema? Respondit: Moseilema sum. Ille vero: quisnam te visitat? Respondit: quidam misericors. Atque ille: utrum luce circumfusus est, an tenebris? Respondit: tenebris. Tum ille: „jam profiteor, te impostorem esse, prophetam vero Mohammedem. At magis tamen gratus nobis est impostor Rebiita, quam propheta Modarita." Periit hic homo cum Moseilema in proelio ad Akrabam commisso. Eadem ad me scripsit Essurri, a Schoaibo accepta, cui ea narraverat Seif ut etiam ab El kelbi tradita; sed dixisse illum hominem: „impostor Rebiita magis gratus nobis est, quam impostor Modarita."

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui tradita fuerant a Seif, qui ea compererat ex Talcha ben el alam, cui narrata fuerant ab Obeid ben omeir, qui a quodam illius gentis homine ea cognoverat. Qui dixit: de adventu Châledi certior factus Moseilema castra posuit ad Akrabam, dum fugam capessebant homines. Mox hi ad eum se recipere coeperunt. Medschâa ben merâra vero cum turma equitum expeditionem suscepit, ultionem quandam petiturus ab Ameritis. Apud hanc gentem tunc commorabatur Chaula, filia Dschaferi. A qua femina illos quidem arcuerunt; sed abstulit tamen eam Medschâa, atque etiam, quam a Temimitis exigebat, ultionem consequntus est. Châled interea Schorachbilo ben hassana mandavit, ut ipse praeiret, praefecitque primo agmini Châledum ben fulân Machsûmitam, alis vero Seidum et Abu hodseifam. Moseilema suis alis praefecerat El mohakkamum et Erraddschâlum. Deinde Châled cum Schorachbilo iter ingressus, quum a castris Moseilemae unam noctem abesset, incidit in turmam quandam somno sopitam; qui minimum numerum tradunt, quadraginta eos fuisse ferunt, qui maximum sexaginta. Erant autem hi Medschâa, ejusque socii, quos somnus ibi complexus erat; reversi modo erant ex finibus Ameritarum, in quos incurrerant, inde auferentes Chaulam filiam Dschaferi, quam jam secum habebant. Sub noctem tunc ad terram Etthenijje se receperant, id est Etthenijje El jemâmae. Itaque dormientes eos invenerunt Moslemi, manibusque tenentes equorum

بايديهم تحت خدودهم لا يشعرون بقرب الجيش منهم فَٱنْتَبَهُوهُمْ وقالوا من انتم قالوا هذا مَجَّاعَةُ وهذه حَنِيفَةُ قالوا وانتم حيّاكم الله فاوثقوهم واقاموا الى ان جاءهم خالد بن الوليد فَأَتَوْهُ بهم فظنّ خالد انهم جَآؤُوهُ يستقبلونه وَلِيَتَّقُوهُ بحاجته فقال متى سمعتم بنا قالوا ما شعرنا بك انما خرجنا لِثَأْرٍ لنا فيمن حولنا من عامر وتميم ولو فَطِنُوا لقالوا تَلَقَّيْنَاكَ حين سمعنا بك فامر بهم أَنْ يُقْتَلُوا فجادوا كلهم بانفسهم دون مَجَّاعَةَ بْنِ مُرَارَةَ وقالوا ان كنت تريد باهل اليمامة خيرا او شرّا غدًا فَٱسْتَبْقِ هذا ولا تَقْتُلْهُ فقتلهم خالد وحبس مَجَّاعَةَ عنده كالرهينة

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ قال حدّثنا شعيب عن سيف عن طلحة عن عِكْرِمَةَ عن أَبِي هُرَيْرَةَ وَعَبْدُ ٱللّٰهِ بن سعيد عن ابى سعيد عن أَبِي هُرَيْرَةَ قال قد كان ابو بكر بعث الى اليمامة ٱلرَّجَّالَ فاتاه فَأَوْصَاهُ بِوَصِيَّتِهِ ثم ارسله الى اهل اليمامة وهو يَرَى انه على ٱلتَّبْذِي حين اجابه قالا قال أَبُو هُرَيْرَةَ جَلَسْتُ مع النبى صلى الله عليه وسلم فى رَهْطٍ معنا ٱلرَّجَّالُ بْنُ عُنْفُوَةَ فقال إِنَّ فِيكُمْ رَجُلٌ ضِرْسُهُ فِي ٱلنَّارِ أَعْظَمُ مِنْ أُحُدٍ فهلك القوم وَبَقِيتُ انا وَٱلرَّجَّالُ وَكُنْتُ مُتَخَوِّفًا لها حتى خرج الرجال مع مسيلمة فشهد له بالنبوة فكانت فتنة الرجال اعظم من فتنة مسيلمة فَبَعَثَ اليهم ابو بكر خالدا فسار حتى اذا بلغ اليمامة استقبله مَجَّاعَةُ بْنُ مُرَارَةَ وكان سيد بنى حنيفة فى قوم جِبِلٍّ من قومه يريد الغارة على بنى عامر ويطلب دِمَآءَهُمْ بِثَلَاثَةٍ وَعِشْرِينَ فَارِسًا رُكْبَانًا قد عَرَّسُوا فَبَيَّتَهُمْ خالد فى مُعَرَّسِهِمْ فقال متى سمعتم بنا قالوا ما سمعنا بكم انما خرجنا لِثَأْرٍ بِدَمٍ لنا فى بنى عامر فامر بهم خالد فَضُرِبَتْ اعناقهم وَٱسْتَحْيَا مَجَّاعَةَ ثم سار الى اليمامة فخرج مسيلمة وبنوا حنيفة حين سمعوا بخالد حين نزلوا بِعَقْرَبَآءَ فحلّ بها عليهم وهى

habenas, genis suppositas; nam de adventu exercitus nihil cognoverant. Tum increpantes Moslemi: quinam estis? inquiunt. Respondent: „ille est Medschâa, hique sunt Hanifitae;" moxque addunt: „vos vero, quos Deus protegat, quinam?" Quibus dictis, vinculis illos constrinxerunt Moslemi, exspectantes adventum Châledi ben el walid. Ad quem quum eos adduxissent, obviam sibi eos venisse putavit, ut necessitatibus suis servirent; dixit itaque: „quando de adventu nostro certiores facti estis?" Respondent: „de te nihil compereramus, neque in iter nos dedimus nisi ad ultionem quandam ab Ameritis Temimitisque, qui nos circumsedent, exigendam." Quodsi sapuissent, hoc potius respondissent: „tibi obviam ivimus, de adventu tuo certiores facti." Deinde Châled necari illos homines jussit, omnesque morte mulctati sunt, excepto solo Medschâa ben merâra. Dixerunt enim quidam homines Châledo: „sive bellum crastino die Jemâmitis inferas, sive pacem, hunc hominem sospitem fac, neque eum dele." Quam ob rem caeteros quidem interemit Châled, Medschâam vero ut obsidem vinculis indidit.

Haec ad me scripsit Essurri, qui dixit: tradidit ea mihi Schoaîb, qui a Seifo ea acceperat, cui tradita fuerant a Talcha, qui ex Ikrima ea compererat, cui tradita fuerant ab Abu horeirs, narravitque eadem Abd alla ben said, qui ab Abu said ea acceperat, cui tradita fuerant ab Abu horeira. Qui dixit: ipse Abu bekr in El jemâmam legaverat Erraddschâlum. Convenerat nempe Erraddschâl Abu bekrum, qui mandata illi dedit, posteaque ad Jemâmitas eum misit; nam virum fidum eum esse putavit, quum legationem susciperet. Tradit uterque narrator: dixit Abu horeira: consederam aliquando cum propheta, cui bene dicat Deus faveatque, in quodam coetu, in quo etiam Erraddschâl ben unfuwe intererat. Ibi propheta: „adest, inquit, inter vos vir unus, qui inferno igne vehementius cruciabitur quam reliquorum ullus." Illi homines quum interjecto tempore periissent, solique superstites iis essemus ego et Erraddschâl, propter illa verba timore adfectus sum, quoad cum Moseilema seditionem movit Erraddschal, eumque prophetam esse professus est. Tum enim Erraddschâl plus malorum concitavit quam ipse Moseilema. Sed mox contra eos Abu bekr emisit Châledum. Cui iter facienti, et El jemâmam prope ingresso obviam factus est Medschâa ben merâra, Hanifitarum princeps, turmam secum habens e gente sua evocatam; in Ameritas enim incurrere constituerat, sanguinem facturus, cum equitibus tribus et viginti, qui camelis vehebantur. Ad pernoctandum jam se receperant, noctuque in eorum castra incidit Châled. Qui illis: „quando de adventu nostro certiores facti estis?" Respondent: „de vobis nihil compereramus, neque iter suscepimus, nisi ut sanguinem ulcisceremur, quem ab Ameritis repetimus." Sed jubente Châledo illis hominibus colla secata sunt, neque pepercit nisi Medschâae; deinde iter continuavit in El jemâmam versus. Tum etiam Moseilema cum Hanifitis egressus est, quum de adventu Châledi certiores facti essent, ad Akrabam considentes. Contra hostes hoc loco, qui extremus El jemâmae est,

تَشْرُفُ اليمامة دون الاموال وَرِيفُ اليمامة وَرَآءَ ظهورهم فقال شرحبيل بن مُسَيْلِمَةَ يَا بَنِي حَنِيفَةَ ٱلْيَوْمَ يَوْمُ ٱلْغَيْرَةِ ٱلْيَوْمَ إِنْ هُزِمْتُمْ تُسْتَرْدَفُ ٱلنِّسَآءُ سَبِيَّاتٍ وَيُنْكَحْنَ غَيْرَ خَلِيَّاتٍ فَقَاتِلُوا عَنْ أَحْسَابِكُمْ وَٱمْنَعُوا نِسَآءَكُمْ فاقتتلوا بِعَقْرَبَآءَ وكانت راية المهاجرين مع سالم مولى ابى حذيفة فقالوا تخشى علينا من نفسك شيا فقال بِئْسَ حَامِلُ ٱلْقُرْآنِ أَنَا اذًا وكانت راية الانصار مع ثابت بن قيس بن شمّاس وكانت العرب على راياتها وَمُجَّاعَةُ اسير مع امّ تميم فجَالَ المسلمون جَوْلَةً ودخل أُنَاسٌ من بنى حنيفة على امّ تميم فارادوا قتلها فمنعها مجاعة وقال انا لها جار فَنِعْمَتِ ٱلْحُرَّةُ فدفعهم عنها وَتَرَادَّ المسلمون فكرّوا عليهم فانهزمت بنوا حنيفة وقال ٱلْحَكَمُ بْنُ ٱلطُّفَيْلِ يا بنى حنيفة ٱدْخُلُوا ٱلْحَدِيقَةَ فَإِنِّي سَأَمْنَعُ ادباركم وَقَاتَلَ دونهم ساعة ثم قتله الله قتله عبد الرحمن بن ابى بكر ودخل ٱلْكُفَّارُ ٱلْحَدِيقَةَ وَقَتَلَ وَحْشِيٌّ مُسَيْلِمَةَ وضربه رجل من الانصار فال فشاركه فيه

حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدثنا سَلَمَةُ عن محمد عن اصحاب بِنَحْوٍ مِنْ حَدِيثِ سَيْفٍ غَيْرَ أَنَّهُ قال دعا خالد بِمُجَّاعَةَ وَمَنْ أُخِذَ معه حين اصبح فقال يا بنى حنيفة ما تقولون قال نَقُولُ مِنَّا نَبِيٌّ وَمِنْكُمْ نَبِيٌّ فعرضهم على السيف حتى اذا بقى منهم رجل يقال له سَارِيَةُ فقال ايها الرجل ان كنت تريد بهذه القرية غدًا خيرا او شرًّا فَٱسْتَبْقِ هذا الرجل يعنى مُجَّاعَةَ فامر به خالد فاوثقه فى الحديد ثم دفعه الى امّ تميم امرأته فقال ٱسْتَوْصِي بِهِ خَيْرًا ثم مضى حتى نزل على اليمامة على كثيب مُشْرِفٍ على اليمامة فضرب به عسكره وَخَرَجَ اهل اليمامة مع مسيلمة وقد قدّم فى مقدّمته ٱلرَّجَّالَ هكذا قال ٱبْنُ حُمَيْدٍ بِٱلْحَآءِ بْنَ عُنْفُوَةَ بْنِ نَهْشَلٍ وكان ٱلرَّجَّالُ رجلا من بنى حنيفة قد كان أَسْلَمَ وَقَرَأَ سورة ٱلْبَقَرَةِ فلما قدم اليمامة شهد لمسيلمة ان رسول الله صلى الله عليه قد كان أَشْرَكَهُ فى الامر فكان أَعْظَمَ على اهل اليمامة فِتْنَةً من مسيلمة وكان المسلمون يَسْأَلُونَ عن ٱلرَّجَّالِ يَرْجُونَ انه يَثْلِمَ على اهل اليمامة أَمْرَهُمْ

constitit Moseilema, armentis relictis, agrosque consitos El jemâmae a tergo habens. Tum Schorachbil ben moslema: „o Hanifitae, inquit, haec dies dies zelotypiae est! hac die si superamini, mulieres abducentur captivae, violabunturque etsi innuptae non sint. Propterea pro honore vestro propugnate, mulieresque tuemini!" Mox signa contulerunt ad Akrabam. Mohâdscherorum vexillum penes Sâlemum erat, Abu hodseifae servum; cui quum dicerent: „nobisne a te aliquid times?" respondit: „tum utique malum me Koràni vectorem!" Anssâriorum vexillum penes Thâbetum ben kais ben schammâs erat, singulaeque Arabum tribus ad vexilla sua constitutae; Medschâa vero, vinculis constrictus, penes Omm temim commorabatur. Cedentibus forte Moslemis, aliquot Hanifitae tentorium, in quo versabatur Omm temîm, intrarunt, feminam illam interfecturi. Sed eam tuitus est Medschâa, et: „ipse, inquit, illius cliens sum, eaque ingenua, praenobilissima femina!" Sic illos reppulit. Moslemi, paullulum cunctati, denuo impetum fecerunt in hostes; tum Hanifitae in fugam conjecti sunt. Quo cognito, El mohakkam ben ettofeil: „o Hanifitae, inquit, recipite vos in arbustum! terga vestra tuebor." Quem, postquam per aliquod tempus pro fugientibus propugnaverat, interemit Deus; interfecit eum nempe Abd erraehmân ben abi bekr. Pagani in arbustum se receperunt; Moseilemam vero cecidit Wachschi. Quem feriit etiam quidam Anssârius. Ait narrator, una cum Wachschio Anssârium confecisse Moseilemam.

Tradidit nobis Ebn homeid dixitque: tradidit nobis Salama quae ipse a Mohammede ben ishak comperrerat, et quidem eadem fere, quae tradidit Seif; sed haec ille addidit: Châled Medschâam hominesque, qui cum eo a mane diei capti fuerant, ad se convocavit, iisque: „o Hanifitae, inquit, quidnam jam dicitis?" Respondit: „haec nos dicimus: ex nobis propheta exstitit, exstititque ex vobis propheta alius." Tum, jubente Châledo, hi homines gladio caesi sunt, donec nonnisi unus eorum superfuit, cui nomen Sârije; qui Châledo: „sive pacem crastino die huic civitati inferre vis, sive bellum, illum quidem hominem sospitem fac!" id est Medschâam. Itaque vinculis hunc constringi jussit Châled, eumque deinde tradidit uxori suae Omm temim, cui dixit: „bene tibi commendatum illum habe." Quibus confectis, iter continuavit Châled, conseditque ad fines El jemâmae in tumulo arenoso, El jemâmae impendente; quo loco castra metatus est. Jemâmitae jam prodierant duce Moseilema, qui primo agmini praefecerat Errachchâlum, cujus nomen ita cum littera Cha scribit Ebn homeid, filium Unfuwe ben nehschel. Erat Erraddschâl Hanifita, qui primo islamismum amplexus suram vaccae recitaverat, deinde vero, quum in El jemâmam pervenisset, Moseilemae adtestatus erat, legatum Dei, cui bene dicat Deus, imperii socium illum assumsisse; unde factum est, ut ipse Jemâmitis plus malorum inferret quam Moseilema. Moslemi quidem tunc de Erraddschâlo quaerebant, sperantes fore, ut Jemâmitarum conatus ille infringeret, in islamismo perstans; sed

بالسلامة فلقيهم باوليك الناس متكتبا وقد قال خالد بن الوليد وهو جالس على سريره وعنده اشراف الناس والناس على مصافّهم وقد راى بارقة فى بنى حنيفة فقال أبشروا يا معشر المسلمين فقد كفاكم الله أمر عدوّكم فاختلف القوم ان شاء الله وَنَشَر مجاعةُ وهو خلفه موثقا فى الحديد فقال كلّا والله ولكنها الهندوانيّةُ خشوا عليها من تحطّمها فأبرزوها الى الشمس لتلين لهم فكان كما قال فلما التقى المسلمون العدوّ كان اوّل من لقيهم الرجال بن عنفوة فقتله الله ❁ حدّثنا سَلَمَةُ عن محمد بن اسحق عن شيخ من بنى حنيفة عن ابى هريرة أنّ رسول الله صلى الله عليه وسلم قال يوما وابو هريرة وَرَجّالُ بْنُ عُنْفُوَةَ فى مجلس عنده ضِرْسُ أحدكم ايها المجلس فى النار يوم القيامة أعظم من احد قال ابو هريرة فمضى القوم لسبيلهم وبقيت انا ورجال بن عنفوة فما زلت لها متخوّفا حتى سمعت بخرج رجال فأمنت وعرفت ان ما قال رسول الله صلى الله عليه وسلم حقّ

قال أبو جعفر رحمة الله عليه التقى الناس ولم يلقهم حرب قطّ مثلها من حرب العرب فاقتتل الناس قتالا شديدا حتى انهزم المسلمون وخلص الى مجّاعة والى خالد فزال عن فسطاطه ودخل الناس الفسطاط وفيه مجاعة عند أمّ تميم فحمل عليها رجل بالسيف فقال مجاعة مهْ انا لها جار فنعمت الحرّةُ عليكم بالرجال فرعبلوا الفسطاط بالسيوف ثمّ إنّ المسلمين تداعوا فقال ثابت بن قيس بئسما عوّدتم أنفسكم يا معشر المسلمين اللّهمّ انى أبرأ اليك مما يعبد هؤلاء يعنى اهل اليمامة وأبرأ اليك مما يصنع هؤلاء يعنى المسلمين ثم جالد بسيفه حتى قتل وقال زيد بن الخطاب حين انكشف الناس عن رجالهم لاتحوّز بعد الرجال ثم قاتل حتى قتل ثم قام البراء بن مالك اخو أنس بن مالك وكان اذا حضر الحرب اخذته العرواء حتى يقعد عليه الرجال ثم ينتفض تحتهم حتى يبول فى سراويله فاذا بال يثور كما يثور الاسد فلما راى ما صنع الناس اخذه الذى كان ياخذه حتى قعد عليه الرجال فلما بال وثب وقال اين يا معشر المسلمين انا البراء بن مالك

Erraddschâl cum illorum hominum agmine adversus Moslemos ipse prodiit. Châled ben el walid autem, in sella sedens, virisque principibus cinctus, quum homines ordines jam explicassent, ipseque apud Hanifitas fulgentes gladios conspexisset „laetamini, inquit, Moslemorum coetus! Deus enim vim hostium a vobis depulit. Jam inter se discordant hostes, si Deus velit." Tum Medschâa, qui vinculis constrictus pone Châledum constitutus erat, hostes contuitus „minime equidem, inquit, per Deum. Sunt illi gladii indici, quos, ne frangantur metuentes, soli exponunt, ut flexibiliores fiant." Quod, prout dixit, sic re vera se habuit. Moslemi vero ubi cum hostibus conflixerunt, primus, qui ibi obviam iis factus est, fuit Medschâa; quem mox peremit Deus. Haec nobis tradidit Salama, ut accepta a Mohammede ben ishâk, cui a seniori quodam Hanifita tradita fuerant, qui ex Abu horeira ea compererat: legatus Dei, cui bene dicat Deus faveatque, aliquando quum in coetu apud eum congregato adessent etiam Abu horeira et Raddschâl ben unfuwe: „cruciatus, inquit, o hominum coetus, quo illa die, qua reviviscent defuncti, ignis infernus unum vestrum conficiet, vehementior quam ullius reliquorum cruciatus erit." Addit Abu horeira: illi homines quum interjecto tempore periissent, superstites iis vero mansissemus ego et Raddschâl ben unfuwe, propter illa verba perpetuo timore agitatus sum, quoad seditionem a Raddschâlo concitam esse comperi. Tum securus factus sum, simulque intellexi, quae dixisset legatus Dei, cui bene dicat Deus faveatque, omnino vera fuisse.

Ait Abu dschafer, quem misericordia amplectatur Deus: itaque manus conserentes homines proelio decertarunt, quo atrocius apud Arabes nunquam editum fuerat. Postquam per aliquod tempus acriter dimicatum est, in fugam conjecti Moslemi ad Medschâam se receperunt et Châledum, qui tentorium suum reliquit. Penetrarunt tunc homines in tentorium, in quo apud Omm temim consederat Medschâa; qui homini cuidam cum gladio in illam feminam irruenti: „apage te, inquit; ipse illius cliens sum, eaque ingenua, praenobilissima femina! viros potius petite!" Tentorium vero gladiis dilacerarunt hostes. Tum Moslemi invicem se provocarunt; inquit Thâbet ben kais: „pro turpitudinem, cui jam adsuevistis, o Moslemorum cohors! Bone deus, tibi ipse addictus aversor quaecunque colunt illi homines, id est Jemâmitae, tibique addictus aversor etiam ea, quae hi homines, id est Moslemi, nunc agunt." Quibus dictis gladio decertavit, quoad occisus est. Dixitque Seid ben el chattâb, quum aufugerent homines, relictis ducibus: „me perditum eo, post perditos duces!" dimicavitque quoad occisus est. Tum etiam prodiit El barâ ben mâlek, frater Anasi ben mâlek; quem, quotiescunque proelio intererat, frigidus horror quatere solebat, donec, prementibus eum viris, ita sub iis intremisceret, ut in braccas mingeret, his peractis vero quemadmodum leo in hostes irrueret. Qui, quae homines tunc agebant videns, solito horrore correptus est, atque, prementibus eum viris, minxit; deinde vero prosiliit, haec proclamans: „quo tendis, Moslemorum cohors? ego sum El barâ ben mâlek;

قَلْبُهُمْ إِنَّ وَفَاتَ فيه من الناس فَقَاتِلُوا ٱلْقَوْمَ حتى قتلهم الله وخلصوا الى مُحَكَّمِ اليمامة وهو مُحَكَّمُ بْنُ ٱلطُّفَيْلِ فقال حين بلغه القتال يا معشر بنى حنيفة ٱلْآنَ والله تُسْتَحْقَبُ ٱلْكَرَائِمُ غَيْرَ رَضِيَّاتٍ وَيُنْكَحْنَ غَيْرَ خَطِيبَاتٍ فما عندكم من حَسَبٍ فَأَخْرِجُوهُ فقاتل قتالا شديدا فرماه عبد الرحمن بن ابى بكر الصديق رحمه الله عليه بسهم فوضعه فى نحره فقتله ثُمَّ زَحَفَ المسلمون حتى أَلْجَؤُوهُمْ الى الحديقة حديقة الموت وفيها عَدُوُّ الله مسيلمة الكذاب فقال ٱلْبَرَآءُ يا معشر المسلمين أَلْقُونِى عليهم فى الحديقة فقال الناس لا نفعل يا بَرَآءُ فقال وَٱللّٰهِ لَتَطْرَحُنَّنِى عليهم فيها فَٱحْتُمِلَ حتى اذا اشرف على الحديقة من ٱلْجِدَارِ اقتحم فقاتلهم عن باب الحديقة حتى فتحها للمسلمين ودخل المسلمون عليهم فيها فاقتتلوا حتى قتل الله مسيلمة عَدُوَّ الله واشترك فى قتله وَحْشِيٌّ مَوْلَى جُبَيْرِ بْنِ مُطْعِمٍ ورجل من الانصار كلاهما قد اصابه اما وَحْشِيٌّ فدفع عليه حربته واما الانصارىّ فضربه بسيفه فكان وَحْشِيٌّ يقول رَبُّكَ أَعْلَمُ أَيُّنَا قَتَلَهُ فحدثنا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدثنا سلمة قال وحدثنى محمد بن اسحق عن عبد الله بن الفضل بن العباس بن ربيعة عن سليمن بن يَسَارٍ عن عبد الله بن عُمَرَ قال سمعت رجلا يوميذ يَصْرُخُ قَتَلَهُ العبد الاسود

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن طلحة عن عبيد بن عُمَيْرٍ قال كان ٱلرَّجَّالُ بِحِيَالِ زَيْدٍ فلما دنا صَفَّاهُمَا قال زيد يا رَجَّالُ ٱللّٰهَ ٱللّٰهَ لَقَدْ تَرَكْتَ ٱلدِّينَ وَإِنَّ ٱلَّذِى أَدْعُوكَ إِلَيْهِ لَأَشْرَفُ لَكَ وَأَكْبَرُ لَكَ فَأَبَى فَٱجْتَلَدَا فقتل الرَّجَّال واهل البصاير من بنى حنيفة فى امر مسيلمة فتذامروا وحمل كلّ قوم فى ناحيتهم فجال المسلمون حتى بلغوا عسكرهم ثم أَعْرَوْهُ لهم فقطعوا اطناب البيوت وهتكوها وتشاغلوا بالعسكر وعالجوا مَجَاعَةَ وهمّوا بِأُمِّ تَمِيمٍ وقال نِعْمَ أُمُّ ٱلْمَثْوَى وَتَذَامَرَ زيد وخالد وابو حذيفة وتكلّم الناس وكان يوم جَنُوبٍ له غبار فقال زيد لا والله لا اتكلّم اليوم حتى نَهْزِمَهُمْ أَوْ أَلْقَى ٱللّٰهَ فَأُكَلِّمَهُ بِحُجَّتِى عَضُّوا على اضراسكم ايها الناس وَٱضْرِبُوا فى عدوّكم وَٱمْضُوا قُدُمًا ففعلوا فَرَدُّوهُمْ الى

adestote mihi!“ Perierunt in eo congressu nonnulli homines; sed Moslemi hostibus restiterunt, donec eos oppressit Deus, ipsique se receperunt ad Mohakkamum El jemâmae, id est Mohakkamum ben ettofeil. Qui, de proelio certior factus: „o Hanifitarum cohors, proclamavit, jam feminae nobiles abducentur invitae, violabunturque etsi desponsae non sint. Quidquid virtutis in vobis inest, eo fungiminor!“ Acriter ille pugnavit, donec sagittam in eum conjecit Abd errachmân ben abi bekr essiddik, quae jugulum feriens illum peremit. Mox Moslemi, gradum proferentes, compulerunt hostes in arbustum illud, quod nuncupatum est arbustum mortis, in quo commorabatur ipse Moseilema impostor, Deo inimicus. Tum El barâ: „o Moslemorum cohors, in arbustum hostesque me injicite!“ Responderunt: „hoc non faciemus, o Barâ!“ Ille vero iterum: „profecto, per Deum, in illos me injicietis.“ Itaque in sublime elatus a summo muro in arbustum despexit, statimque in illud se projiciens ab arbusti porta hostibus institit, quoad Moslemis portam aperuit; tum irruentes Moslemi cum illis manus conseruerunt, interemitque ibi Deus Moseilemam, Deo inimicum. Simul nempe eum confecerunt Wachschi, servus Dschobeiri ben motem, atque homo quidam Anssârita, quorum uterque illum feriit. Pugione eum confodit Wachschi, gladioque cecidit Anssârita. At Wachschi tamen dicebat: „solus Dominus tuus compertum habet, uter nostrum illum interfecerit.“ Tradidit vero nobis Ebn homeid, dixitque: tradidit nobis Salama dixitque: haec mihi tradidit Mohammed ben ishâk, qui ea compererat ex Abd alla ben el fadl ben el abbâs ben rebia, cui tradita fuerant a Soleimân ben beschschâr, qui ea acceperat ab Abd alla ben omar; qui dixit: illo die ex quodam homine audivi, quum clamaret: „interfecit Moseilemam servus ille niger.“

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui tradita fuerant a Seifo, qui e Talcha ea compererat, cui tradita fuerant ab Obeid ben omeir; qui dixit: Erraddschâl e regione oppositus erat Seido. Qui, quum jam pedem conferrent acies, proclamavit: „o Raddschâl, Deus! Deus! tu a religione defecisti. Id vero, ad quod te advoco, magis honorificum graviusque tibi censendum. Nunc te conscindam.“ Quibus dictis, Erraddschâlum obtruncavit. Viri primarii Hanifitarum, qui cum Moseilema fecerant, ad proelium invicem se incitabant, singulaeque cohortes progrediebantur recta. Cesserunt Moslemi ad castra retro regressi, quae mox hostibus reliquerunt. Hi itaque, dissecantes tentoriorum funes, illaque dilacerantes, in diruendis castris occupabantur; Medschâam quoque petebant, mala intendentes Ommae temim. Sed ille: „nobilissima hospita!“ Interea ad proelium invicem se incitabant Seid, et Châled, atque Abu hodseifa, dum homines inter se colloquebantur. Flabat autem illo die auster, pulverem concitans. Tum Seid: „nequaquam, per Deum, hodie colloquar, priusquam aut illos repulerimus, aut ipse coram Deo comparuero defensionem meam pronuntiaturus. Commordete dentes, o homines! Ferite hostes, et progredimini recta!“ Cui obtemperantes Moslemi restitue-

مَنَاقِبِهِمْ حتى اعادوهم الى العدوّ من الغاية التى حيزوا اليها من عسكرهم وَقُتِلَ زَيْدٌ وتكلّم ثابت فقال يا معشر المسلمين زَوِّنِي كَمَا أَرَاكُمْ ثم جلد فيهم حتى حازهم وقال ابو حذيفة يَا أَهْلَ ٱلْقُرْآنِ زَيِّنُوا ٱلْقُرْآنَ بِٱلْفِعَالِ وحمل حتى حازهم فانفذهم وَأُصِيبَ رحمه الله وحمل خالد وقال لِحُمَاتِهِ لَا أُوتَيَنَّ مِنْ خَلْفِي حتى كان بحيال مسيلمة يطلب الفرصة ويرقب مسيلمة ❁ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن مُبَشِّرٍ بن ٱلْفُضَيْلِ عن سالم بن عبد الله قال لَمَّا أُعْطِيَ سَالِمٌ ٱلرَّايَةَ يَوْمَئِذٍ قال مَا أَعْلَمَنِي لِأَيِّ شَيْءٍ أَعْطَيْتُمُونِيهَا قُلْتُمْ صَاحِبُ قُرْآنٍ وسيثبت كما ثبت صاحبها قبله حتى مات قالوا أَجَلْ وقالوا أَنْظُرْ كيف تكون فقال بِئْسَ والله حَامِلُ ٱلْقُرْآنِ ان لم اثبت وكان صاحب الراية قبله عبد الله بن حَفْصِ بن غَانِمٍ وقال عبد الله بن سعيد بن ثابت وابن اسحاق فلما قال مجاعة لبنى حنيفة وَلَكِنْ عَلَيْكُمْ بِٱلرِّجَالِ اذا فيه من المسلمين قد تَذَامَرُوا بينهم فَتَفَانَوْا وَتَفَانَى المسلمون كلّهم وتكلّم رجال من اصحاب رسول الله صلى الله عليه وقال زيد بن الخطّاب وَٱللّٰهِ لَا أَتَكَلَّمُ أَوْ أَظْفَرَ أَوْ أُقْتَلَ وَٱصْنَعُوا كَمَا أَصْنَعُ فحمل وحمل اصحابه وقال ثابت بن قيس بِئْسَمَا عَوَّدْتُمْ أَنْفُسَكُمْ ايها المسلمون هكذا حَتَّى أُرِيَكُمُ ٱلْجِلَادَ وَقُتِلَ زيد بن الخطّاب رحمه الله ❁ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن مُبَشِّرٍ عن سالم قال قَالَ عُمَرُ لعبد الله بن عمر حين رجع أَلَا هَلَكْتَ قَبْلَ زَيْدٍ هَلَكَ زَيْدٌ وَأَنْتَ حَيٌّ قال قد حرصت على ذلك وان يكون ولكن نفسى تَأَخَّرَتْ فاكرمه الله بالشهادة وقال سَهْلٌ ما جاء بك وقد هلك زيد أَلَا وَارَيْتَ وَجْهَكَ عَنِّي فقال سَأَلَ ٱللّٰهَ ٱلشَّهَادَةَ فَأُعْطِيَهَا وَجَهَدْتُ أَنْ تُسَاقَ إِلَيَّ فَلَمْ أُعْطَهَا

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن طلحة بن ٱلْأَعْلَمِ عن عبيد بن عمير ان المهاجرين والانصار جَنَّبُوا أَهْلَ ٱلْبَوَادِي وَجَنَّبَهُمْ أَهْلُ ٱلْبَوَادِي فقال بعضهم لبعض أَمْتَازُوا حتى يُسْتَحْيَا من الفرار اليوم وَنَعْلَمَ اليوم مِنْ أَيْنَ نُؤْتَى ففعلوا وقال اهل القرى

runt ordines, eosque denuo contra hostes eduxerunt ex eo loco, in quem pulsi fuerant relictis castris. Occisus vero est Seid. Tum verba fecit Thâbet; „o Moslemorum cohors! inquit; me quidem cernite, quemadmodum cerno vos!“ quibus dictis, hostibus institit, donec eos pepulit. Abu hodseifa vero: „o sectatores Korâni! inquit; Korânum tuemini facinoribus!“ Quibus dictis, impetum fecit in hostes eosque reppulit; in medium eorum irruens vero ictus est; misereatur ejus Deus. Châled inpetum fecit, ad cohortes clamans: „ne petar a tergo!“ quoad e regione Moseilemae constitit, occasionem quaerens atque intentus ad opprimendum Moseilemam. Haec ad me scripsit Essurri, cui a Schoaibo tradita fuerant, qui ex Seifo ea comprererat, cui tradita fuerant a Mobaschschir ben el fodeil, qui a Sâlem ben abd alla ea acceperat; qui dixit: quum illo die Sâlemo vexillum traditum esset, hic: „probe scio, inquit, quam ob caussam vexillum mihi tradideritis; dixistis scilicet: vir eximius ille est; constabit itaque, quemadmodum constitit qui ante eum vexillum gestabat ad mortem usque.“ Responderunt: „recte dixisti;“ addideruntque: „vide, quid agas.“ Tum ille: „malum me, per Deum, Korâni vectorem, si non constitero.“ Vexillum ante eum gestaverat Abd alla ben hafs ben gânem. Narrarunt Abd alla ben said ben thâbet atque Ebn ishâk haec: Quum Medschâa Hanifitis diceret: „viros potius petite!“ aderant jam nonnulli Moslemi, qui invicem se incitabant, virtute inter se certantes, atque mox omnes Moslemi sic inter se certarunt. Verba fecerunt nonnulli homines, qui ex sociis erant prophetae, cui bene dicat Deus. Dixit Seid ben el chattâb: „per Deum! non colloquar, priusquam aut victoriam reportavero, aut occubuero. Quae facio, eadem facite vos!“ Quibus dictis impetum fecit, simulque fecerunt sui. Clamavitque Thâbet ben kais: „pro turpitudinem, cui adsuevistis, o Moslemi! Sic quidem, donec quo modo decertandum sit vobis ostendero.“ Occisus est Seid ben el chattâb, cuius misereatur Deus. Haec ad me scripsit Essurri, qui ex Schoaibo ea comprererat, cui tradita fuerant a Seifo, qui a Sâlemo ea cognoverat. Qui dixit: Abd allae ben omar ex proelio redeunti dixit Omar: „utinam periisses ante Seidum! Periit Seid; tu vero ei superstes?“ Respondit: „illud quidem exoptabam ut mihi accideret. Sed anima mea tardabatur; illum vero martyrio honestavit Deus.“ Dixitque Sahl: „quid te huc affert post exstinctum Seidum? utinam vultum tuum a me abstulisses!“ Respondit: „petiit ille a Deo martyrium, idque accepit. Ego operam dedi, ut etiam mihi tribueretur; sed mihi datum non est.“

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui tradita fuerant a Seifo, qui ex Talcha ben el alam ea comprererat, cui tradita fuerant ab Obeid ben omeir. Mohâdscheri et Anssârii ab hominibus campestribus recedebant, recedebantque invicem homines campestres ab illis; dicebant alteris alteri: „segregate vos, ut fugae hodie nos pudeat, atque cognoscamus hodie, ex qua parte invadamur.“ Quod fecerunt. Dicebant vero homines urbani: „callemus

نحن نعلم بقتال اهل ٱلْقُرَى يا معشر البادية فقال لهم اهل البادية إِنَّ أَهْلَ ٱلْقُرَى لا يُحْسِنُونَ القتال ولا يَدْرُونَ ما الحرب فَسَتَرَوْنَ اذا ٱمْتَزْتُمَا من اين يَجِيءُ ٱلْخَلَلُ فامتازوا فما رُئِيَ يوم كان أَحَدُّ ولا أَعْظَمَ نِكَايَةً مِمَّا رُئِيَ يَوْمَئِذٍ وَلَمْ يُدْرَ أَيُّ الفريقين كان أَشَدَّ فيهم نِكَايَةً غَيْرَ أَنَّ ٱلْمصيبَةَ كانت في المهاجرين والانصار أَكْثَرَ منها في اهل البادية وَإِنَّ ٱلْبَقِيَّةَ أَبَدًا في الشدّة وَرَمَى عَبْدُ الرحمن بن ابي بكر ٱلْمُحَكَّمَ بسهم قتله وهو يخطب فنحره وَقَتَلَ زَيْدُ بن الخطّاب ٱلرَّجَّالَ بْنَ عُنْفُوَةَ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن ٱلضَّحَّاكِ بْنِ يَرْبُوعٍ عن ابيه عن رجل من بني سُحَيْمٍ قد شَهِدَهَا مع خالد قال لَمَّا ٱشْتَدَّ القتال وكانت يومئذ سِجَالاً انما تكون مرّة على المسلمين ومرّة على الكافرين فقال خالد أَيُّهَا ٱلنَّاسُ ٱمْتَازُوا لِيُعْلَمَ بَلَاءُ كُلِّ حَيٍّ وَلِيُعْلَمَ مِنْ أَيْنَ نُؤْتَى فامتاز اهل القرى والبوادي وامتازت القبايل من اهل البادية واهل ٱلْحَاضِرِ فَوَقَفَ بَنُوا كُلِّ أَبٍ على رايتهم فقاتلوا جميعا فقال اهل البوادي يومئذ ٱلْآنَ يَسْتَحِرُّ ٱلْقَتْلُ فِي ٱلْأَجْذَعِ ٱلْأَضْعَفِ فَٱسْتَحَرَّ القتل في اهل القرى وثبت مسيلمة ودارت رَحَاهُمْ عليه فعرف خالد انها لا يَرْكُدُ الا بِقَتْلِ مسيلمة ولم يَحْفِلْ بنوا حنيفة بِقَتْلِ مَنْ قُتِلَ منهم ثُمَّ برز خالد حتى اذا كان أَمَامَ ٱلصَّفِّ دعا الى البراز وَٱنْتَمَى وقال

أَنَا ٱبْنُ ٱلْوَلِيدِ ٱلْعَوْدِ   أَنَا ٱبْنُ عَامِرٍ وَزَيْدِ

وَنَادَى بِشِعَارِهِمْ يومئذ وكان شعارهم يومئذ يَا مُحَمَّدَاهْ فجعل لا يبرز له احد الا قتله وهو يرتجز

أَنَا ٱبْنُ أَشْيَاخٍ وَسَيْفِي ٱلسُّخُتُ   أَعْظَمُ شَيْءٍ حِينَ يَأْتِيكَ ٱلنَّفْتُ

وَلَا يَبْرُزُ لَهُ شَيْءٌ إِلَّا أَكَلَهُ ودارت رحا المسلمين وطحنت ثُمَّ نادى خالد حين دنا من مسيلمة وكان رسول الله صلى الله عليه وسلم قال إِنَّ مَعَ مُسَيْلِمَةَ شَيْطَانًا

nos, quo pacto contra homines urbanos decertandum sit, o coetus campestris!" Responderunt campestres: „homines urbani non bene pugnant, neque sciunt quid sit bellum. Quodsi vos segregaveritis, equidem videbitis ex qua parte exsistat pavor." Itaque ab se invicem discreti sunt. Neque unquam visum fuit proelium acrius cruentiusque, quam quod eo die editum est; neque sciri licebat, utra pars majore calamitate adflicta esset. Sed cladem tamen majorem acceperunt Mohâdscheri et Anssârii quam homines campestres; nam damnum contrahere solet fortitudo. Abd errachmân ben abi bekr in El mohakkamum conjecit sagittam, quae eum peremit modo verba facientem; jugulum enim perfodit. Seid ben el chattâb vero obtruncavit Erradschâlum ben unfuwe.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui tradita fuerant a Seif, qui ex Eddachchâk ben jerbû ea compererat, cui tradita fuerant a patre, qui ea cognoverat ab homine quodam Socheimita, qui cum Châledo illi proelio interfuerat. Hic autem dixit: quum jam acrius pugnaretur, atque proelium ad instar sitularum vices alternans modo Moslemis prospere succederet, modo paganis, ipse Châled: „o homines, inquit, vos invicem discernite, ut quam singulae tribus faciant jacturam cognoscatur, atque patefiat ex qua parte invadamur." Itaque discreti sunt homines urbani a campestribus, discretaeque sunt etiam singulae, quum campestrium, tum vicorum incolarum tribus; ad vexillum suum quaeque gens constituta erat; at pugnarunt tamen simul. Tum homines campestres: „nunc maximam cladem is, qui debilissimus est, accipiet pullus;" acceperunt autem maximam cladem homines urbani. Locum suum ita obtinebat Moseilema, ut circa eum volveretur Hanifitarum mola; unde eam non constituram esse intellexit Châled, nisi Moseilema peremto; nihil enim praeterea Hanifitae caedem suorum qui caedebantur curabant. Tum Châled ante aciem procedens, ad singulare certamen provocabat, genusque suum commemorans dixit:

Ego filius sum El walîdi annosi,
Ego filius sum Ameri atque Seidi.

Tesseram quoque proclamavit eo die datam, quae quidem sonabat: „o Mohammed!" Quicunque vero contra eum prodiret, eum sternebat, hos versus pronuntians:

Ego filius sum principum, gladiusque meus ferus
Res gravissima fit quum tibi supervenit ira.

Neque quis contra Châledum prodibat, quin ab eo conficeretur. Dum ita moslemorum mola versabatur hostesque comminuebat, Châled propius ad Moseilemam accessit, alta voce clamans. Legatus Dei enim, cui bene dicat Deus faveatque, dixerat: „Moseilema secum habet daemonem

لا يَعْصِيهِ فَإِذَا ٱعْتَرَاهُ أَزْبَدَ كَأَنَّ شِدْقَيْهِ زَبِيبَتَانِ لا يَهُمُّ بِخَيْرٍ أَبَدًا إِلَّا صَرَفَهُ عَنْهُ فَإِذَا رَأَيْتُمْ مِنْهُ عَوْرَةً فَلَا تُقِيلُوهُ ٱلْعَثْرَةَ فلما دنا خالد منه طلب تلك وَرَآءَ ثَابِتًا ورحاهم يدور عليه وعرف انها لا تزول الا بزواله فدعا مُسَيْلِمَةَ طلبا لعورته فاجابه فعرض عليه اشياء مما يشتهى مسيلمة وقال إِنْ قَبِلْنَا ٱلنِّصْفَ فَأَيُّ ٱلْأَنْصَافِ تُعْطِينَا فكان اذا هَمَّ بجوابه اعرض بوجهه مُسْتَشِيرًا فيها شيطانه ان يقبل فاعرض بوجهه مرّة من ذلك وَرَكِبَهُ خَالِدٌ فَأَرْهَقَهُ وادبر وزالوا قدم خالد الناس وقال دُونَكُمْ لا تُقِيلُوهُمْ وركبوهم فكانت هزيمتهم فقال مسيلمة حين قام وقد تطاير الناس عنه وقال قايلون فَأَيْنَ مَا كُنْتَ تَعِدُنَا فقال قَاتِلُوا عَنْ أَحْسَابِكُمْ قال ونادى ٱلْمُحَكَّمُ يا بنى حنيفة الحديقة الحديقة وَيَأْتِي وَحْشِيٌّ على مسيلمة وهو مُزْبِدٌ مُتَسَانِدٌ لا يعقل من الغيظ فخرط عليه حربته فقتله واقتحم الناس عليهم حديقة الموت من حيطانها وابوابها فَقُتِلَ فى المعركة وحديقة الموت عَشَرَةُ آلَفِ مُقَاتِلٍ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سَيْفٍ عن هَرُونَ وطلحة عن عمرو بن شعيب وابن إِسْحٰقَ انهم لما امتازوا وصبروا وانحازت بنوا حنيفة تَبِعَهُمُ المسلمون يقتلونهم حتى بلغوا بهم الى حديقة الموت فاختلفوا فى قتل مسيلمة عندها فقال قايلون فِيهَا قُتِلَ فدخلوها واغلقوها عليهم واحاط المسلمون بهم وَصَرَخَ ٱلْبَرَآءُ بْنُ مَالِكٍ فقال يا معشر المسلمين ٱحْمِلُونِي عَلَى ٱلْجِدَارِ حتى تطرحونى عليه ففعلوا حتى اذا وضعوه على ٱلْجِدَارِ نَظَرَ وَأُرْعِدَ فنادى أَنْزِلُونِي ثم قال ٱحْمِلُونِي ففعل ذلك مرارا ثم قال أُفٍّ لِهَذَا خَشِعًا ثم قال ٱحْمِلُونِي فلما وضعوه على الحايط اقتحم عليهم فقاتلهم على الباب حتى فتحه للمسلمين وهم على الباب من خارج فدخلوا فاغلق الباب عليهم ثم رمى بالمفتاح مِنْ وَرَآءِ ٱلْجِدَارِ فاقتتلوا قتالا شديدا لم يَرَوْا مِثْلَهُ

quendam, cui nunquam non obtemperat. Simul atque vero eum agitat daemon, ita spumat Moseilema, ut ejus oris anguli arietes duo esse videantur. Neque unquam ille aliquid boni molitur, quin eum daemon ab eo avertat. Ubi opportunitatem ejus impugnandi nanciscemini, cavete, ne impune ferat." Propterea Châled quum a Moseilema prope jam abesset, opportunitatem quaerebat; sed illum ita locum suum obtinere vidit, ut circa eum ipsa hostium mola versaretur, quam, nisi illo sublato, non interituram esse intellexit. Itaque Moseilemam compellavit, impugnandi opportunitatem quaerens; responditque Moseilema. Proposuit ei autem nonnulla Châled, quae grata ipsi essent; et: „quodsi nos, inquit, dimidio regno contenti sumus, quodnam dimidium nobis dabis?" Moseilema vero quum respondere vellet, vultum avertere solebat, daemonem suum, si aderat, de illa re consulens. Unde factum est, ut vultum forte illo avertente Châled in eum irrueret, acriter eum premens; tum pedem ille retulit, cesseruntque a fronte Châledi hostes. Qui suis: „agite dum! cavete, ne impune ferant!" Mox ab insistentibus Moslemis in fugam conjecti sunt Hanifitae. Moseilema autem, in loco suo consistens, quum jam diffugientes eum relinquerent homines, nonnullique vociferarentur: „ubinam sunt jam quae nobis pollicebaris?" iis respondit: „propugnate pro honore vestro!" Sed El mohakkam: „o Hanifitae, ad arbustum! ad arbustum!" Tum Moseilemam petiit Waehschi, spumantem, a suis derelictum, prae ira vesanum, pugionemque in eum strinxit, eumque interfecit. Caeteri homines in arbustum mortis ex muris portisque se praecipitarunt. Occisi sunt in illo proelio et in arbusto mortis militum millia decem.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui tradita fuerant a Seif, qui a Harûno ea acceperat, et ab Amr ben schoaib, et ab Ebn ishâk. Postquam, discretis ordinibus, Moslemi impetum sustinuerant, Hanifitae vero in fugam se contulerant, subsequnti sunt Moslemi hostium exercitum caedentes, donec cum iis ad arbustum mortis pervenerunt. Ad quem locum quo modo occisus sit Moseilema, de eo dissentiunt. Sunt qui tradant haec: occisus est ille in arbusto. Quum enim Hanifitae in arbustum se recepissent, idque occlusissent, Moslemis illud jam circumdantibus, alta voce El barâ ben mâlek: „o Moslemorum coetus, inquit, tollite me in murum, ut in illum hominem inde me injiciatis." Quibus verbis obtemperantes quum in murum eum imposuissent, despexit ille, et tremore correptus: retrahite me! clamavit. Sed deinde iterum: tollite me! inquit. Quae quum ita plus semel egisset: „phuy, inquit; adeo pusillum!" Itaque ille denno: „tollite me!" atque mox in murum impositus in hostes inde se projecit, eosque a porta ita pepulit, ut eam Moslemis aperiret foris instantibus; quibus intromissis, portam clausit clavemque super murum ejecit. Tum acerrimo, quale nunquam subierant, proelio commisso, qui in arbustum convenerant hostes oppressi sunt, peremitque ipsum Moseilemam

وَأُبِيرَ مَنْ فى الحديقة منهم وقد قتل الله مسيلمة وقالت له بنو حنيفة أَيْنَ مَا كُنْتَ تَعِدُنَا قال قاتِلُوا عَنْ أَحْسَابِكُمْ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عَنْ شُعَيْبٍ عَنْ سَيْفٍ عن هرون وطلحة وابن اسحق قال لما صرخ الصارخ إِنَّ العبد الاسود قتل مسيلمة خرج خالد بِمَجَّاعَةَ يَرْسُفُ فى الحديد لِيُرِيَهُ مُسَيْلِمَةَ وَأَعْلَامَ جُنْدِهِ فاتى على ٱلرَّجَّالِ فقال هَذَا ٱلرَّجَّالُ ۞ حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدثنا سلمة عن ابن اسحق قال لما فرغ المسلمون من مسيلمة أُتِىَ خَالِدٌ فَأُخْبِرَ فخرج بِمَجَّاعَةَ معه يرسف فى الحديد لِيُدِلَّهُ على مسيلمة فجعل يَكْشِفُ له ٱلْقَتْلَى حتى مَرَّ بِمُحَكَّمِ بْنِ ٱلطُّفَيْلِ وكان رَجُلًا جسيما وسيما فلما رَآهُ خالد قال هذا صاحبكم قال لا قال هذا والله خَيْرٌ مِنْهُ وَأَكْرَمُ هَذَا مُحَكَّمُ ٱلْيَمَامَةِ قال ثم مضى خالد يكشف له القتلى حتى دخل الحديقة فقلّب له القتلى فَإِذَا رُوَيْجِلٌ أُصَيْفِرُ أُخَيْنِسُ فقال مجاعة هذا صاحبكم قد فرغتم منه فقال خالد لمجاعة هذا صاحبكم الذى فعل بكم ما فعل قال قد كان ذلك يا خالد وانه والله مَا جَآءَكَ إِلَّا سَرَعَانُ ٱلنَّاسِ وَإِنَّ جماهير الناس فى الحصون فقال وَيْلَكَ مَا تَقُولُ قال هُوَ وَٱللّٰهِ ٱلْحَقُّ فَهَلُمَّ فَلَأُصَالِحْكَ عَلَى قَوْمِى ۞ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سيف عن الضحاك عن ابيه قال كَانَ رَجُلٌ من بنى عامر بن حنيفة يُدْعَى ٱلْأَغْلَبَ بْنَ عَامِرٍ وكان أَغْلَظَ أَهْلِ زَمَانِهِ عُنُقًا فلما انهزم المشركون يومئذ واحاط المسلمون بهم تَمَاوَتَ فلما ٱنْبَثَّ المسلمون فى القتلى اتى رجل من الانصار يُكْنَى أَبَا بَصِيرَةَ ومعه نَفَرٌ عليه فلما رَأَوْهُ مُتَجَدِّلًا فى القتلى وهم يحسبونه قتيلا فقالوا يَا أَبَا بَصِيرَةَ وانك تزعم أَنَّ سَيْفَكَ قَاطِعٌ فَاضْرِبْ عُنُقَ هذا الاغلب ٱلْمَيِّتِ فان قطعته فكلّ شى كان يَبْلُغُنَا عَنْكَ حَقٌّ فاخترط ثم مشى اليه ولا يَرَوْنَهُ إِلَّا مَيِّتًا فلما دنا منه ثار فَحَاضَرَهُ وَٱتَّبَعَهُ ابو بصيرة وجعل يقول انا ابو بصيرة الانصارىّ وجعل ٱلْأَغْلَبُ يتمطّر ولا يزداد منه الا بُعْدًا فَكُلَّمَا قال ذلك ابو بصيرة قال الاغلب كيف ترى عَدْوَ اخيك الكافر

Deus. Cui quum Hanifitae dicerent: „ubinam sunt jam quae nobis pollicebaris?" respondit: „propugnate pro honore vestro!"

Haec ad me scripsit Essurri ut a Schoaibo accepta, cui ea tradiderat Seif, qui ea comperta cx Harûn et Talcha et Ebn ishâk; qui dixit: quum homo illo clamasset: „servus ille niger confecit Moseilemam" ipse Châled eo abiit cum Medschâa, qui vinculis constrictus incedebat, Moseilemam ejusque exercitus duces illi monstraturus. Quum vero in Erraddschâlum incideret, dixit ille: hic est Erraddschâl. Tradidit nobis Ebn homeid dixitque: haec nobis tradidit Salama, qui ab Ebn ishâk ea cognoverat; qui dixit: quum Moseilemam confecissent Moslemi, nuntiusque ad Châledum perlatus esset, eo abiit Châled cum Medschâa, qui vinculis constrictus incedebat, Moseilemam illi indicaturus. Itaque homines occisos ei demonstrans Châled incidit in Mohakkamum ben ettofeil, hominem procerum et formosum; quem conspiciens Châled: „hiccine princeps vester?" Respondit: „minime;" addiditque: „hic homo, per Deum, egregior illo fuit et nobilior; est Mohakkam El jemâmae." Ait narrator: ultra progressus Châled alios homines occisos illi demonstravit, et denique arbustum quoque intravit. In quo occisos versans incidit in homunculum subfusculum, resimis naribus; tum Medschâa: „hicce, inquit, princeps ille vester est, modo a vobis confectus." Cui Châled: „hic vester ille princeps est, qui vobis intulit quae intulit." Ille vero: „haec quidem acta sunt, o Châled. Sed, per Deum, adhuc non nisi praecursores gentis nostrae contra te prodierunt; maxima agmina restant in castellis inclusa." Quibus auditis Châled: „vae tibi! quid dicis?" Atque Medschâa: „re vera, per Deum! haec ita se habent. Sed agedum jam! pacem ego inter te gentemque meam conciliabo." Haec ad me scripsit Essurri ut a Schoaibo accepta, cui ea tradiderat Seif, qui ab Eddachchâk ea cognoverat, cui tradita fuerant a patre. Qui dixit: erat homo quidam ex tribu Amer ben hanife ortus, cui nomen El aglab ben âmer, crassissimam omnium cervicem habens, qui illo die, ubi polytheistae in fugam conjecti et a Moslemis circumventi sunt, mortuum se simulavit. In quem deinde, Moslemis homines occisos perquirentibus, cum aliquot militibus incidit Anssârita quidam, cui cognomen Abu bassirae. Qui, quum El aglabum inter occisos jacentem viderent, occisumque ipsum putarent: „o Abu bassira, inquiunt, gladium tuum peracutum esse contendis; propterea El aglabi, qui occisus hic jacet, cervicem seca; quam si secaveris, quaecunque de te nobis prodebantur vera existimabuntur." Itaque ille, gladio destricto, ad El aglabum accessit, quem illi omnes non nisi mortuum habebant. Sed quum propius jam ab eo abesset Abu bassira, subito aufugit El aglab; quo viso cum eo procurrit Abu bassira, illum persequens, clamavitque: Abu bassira Anssârita sum. El aglab vero, cursu effuso latus, magis magisque illum praevertebat, quotiesque illa verba clamavit Abu bassira, toties ei respondit: „quomodo sentis de cursu fratris tui pagani?"

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن سَهْلِ بن يوسف عن ٱلقسِم بن محمد قال لما فرغ خالد من مسيلمة والجند قال له عبد الله بن عُمَرَ وعبد الرحمن بن ابى بكر ٱرْتَحِلْ بنا وبالناس فَٱنْزِلْ على الحصون فقال دَعَانِي أَبُثُّ ٱلخُيُولَ فَأَلْتَقِطُ من ليس فى الحصون ثمّ أَرَى رَأْيِي فبثّ الخيول فَحَوَوْا ما وجدوا من مال ونساء وصبيان فضمّوا هذا الى العسكر ونادى بالرحيل لِيَنْزِلَ على الحصون فقال له مجاعة إنّه والله ما جَآءَكَ الا سَرَعَانُ الناس وَإِنَّ الحصون لَمَمْلُوَّةٌ رِجَالًا فَهَلُمَّ لك الى الصلح على ما وَرَآئِي فصالحه على كلّ شى دون النفوس قال ٱنْطَلِقْ اليهم فَشَاوِرْهُمْ ثم ٱرْجِعْ إِلَيَّ فدخل مجاعة الى الحصون وليس فيها الا النساء والصبيانُ وَمَشْيَخَةٌ فَانِيَةٌ وَرِجَالٌ ضَعْفَى فظاهَرَ الحديد على النساء والصبيان وَأَمَرَهُنَّ ان ينشرن شعورهن وان يشرفن على رووس الحصون حتى يرجع اليهم ثم رجع فاتى خالدا فقال قَدْ أَبَوْا أَنْ يُجِيزُوا ما صنعتُ وقد اشرف لك بعضهم فقضى عَلَيَّ وَهُمْ مِنِّي بَرَآءٌ فنظر خالد الى رووس الحصون وقد ٱسْوَدَّتْ وقد نَهَكَتِ المسلمين الحرب وطال ٱللِّقَآءُ واحبّوا ان يرجعوا على الظفر ولم يدروا ما كان كاينا لوكان فيها رجال وقتال وَقَدْ قُتِلَ من المهاجرين والانصار من اهل قَصَبَةِ المدينة يومئذ ثَلَثُمِأْيَةٍ وَسِتُّونَ قال سَهْلٌ من المهاجرين من غير اهل المدينة والتابعين باحسان ثلثماية من هولاء وثلثماية من هولاء سِتُّمِأْيَةٍ او يزيدون وَقُتِلَ ثابت بن قيس يومئذ قتله رجل من المشركين قُطِعَتْ رِجْلُهُ فَرَمَى بِهَا قَاتِلَهُ فقتله وَقُتِلَ من حنيفة فى ٱلفَضَآءِ بِعَقْرَبَآءَ سبعة الف وفى حديقة الموت سبعة الف وفى الطلب نَحْوٌ منها ✿ وقال ضِرَارُ بْنُ ٱلأَزْوَرِ فى يوم اليمامة

وَلَوْ سُئِلَتْ عَنَّا جَنُوبٌ لَأَخْبَرَتْ   عَشِيَّةَ سَالَتْ عَقْرَبَآءُ وَمَلْهَمُ
وَسَالَ بِفَرْعِ ٱللُّوذِ حَتَّى تَرَقْرَقَتْ   حِجَارَتُهُ فِيهِ مِنَ ٱلقَوْمِ بِٱلدَّمِ
عَشِيَّةَ لَا تُغْنِي ٱلرِّمَاحُ مَكَانَهَا   وَلَا ٱلنَّبْلُ إِلَّا ٱلمَشْرَفِيُّ ٱلمُصَمِّمُ
فَإِنْ تَبْتَغِي ٱلكُفَّارُ غَيْرَ مُلِيمَةٍ   جَنُوبُ فَإِنِّي تَابِعٌ كُلَّ مُسْلِمِ
أُجَاهِدُ إِنْ كَانَ ٱلجِهَادُ غَنِيمَةً   وَٱللَّهُ بِٱلمَرْءِ ٱلمُجَاهِدِ أَعْلَمُ

Haec ad me scripsit Essurri, ut a Schoaibo accepta, cui ea tradiderat Seif, qui a Sahl ben jussuf ea cognoverat, cui tradita fuerant ab El kassem ben mohammed. Qui dixit: quum Moseilemam ejusque exercitum delevisset Châled, ei dixerunt Abd alla ben omar et Abd errachmân ben abi bekr: „educ jam nos militesque ad obsidenda castella." Quibus ille: „sinite, equites ut primo emittam, qui quae extra castella reperiantur capiant; deinde quid agam, videbo." Itaque equites emisit, qui quas reppererunt greges, mulieresque puerosque comprehenderunt et ad castra adduxerunt. Quibuscon fectis Châled iter parare jussit, obsidione circumdaturus castella. Tum vero ei Medschâa: „adhuc, per Deum, inquit, contra te non prodierunt nisi praecursores gentis nostrae, atque supersunt castella viris repleta. Quamobrem pacem cum iis confirma, qui pone me veniunt." Pacem itaque Châled ea conditione Medschâae obtulit, ut traderentur omnia, exceptis vitis; addiditque: „abi ad illos, consiliisque collatis ad me redi." Medschâa igitur castella obivit, in quibus non supererant nisi mulieres puerique, senesque decrepiti et viri infirmi. Sed ferro ille induit mulieres puerosque, eosque effusis crinibus ex pinnis castellorum prospicere jussit, quoad ipse ad eos redierit. Quo peracto ad Châledum reversus est, et: „quae pactus eram, inquit, rata habere illi nolunt. Ad te quidem nonnulli eorum despiciunt; me vero repudiarunt, neque me prorsus curant." Tum Châled ad pinnas castellorum adspiciens, jam nigrantes eas vidit. Male autem habuerant Moslemos bellum diuturnaque proelia, et victores tamen se domum redire optabant; quid vero eventurum esset, si in castellis superessent viri, novaque proelia fierent, nesciebant. Occisi jam erant illo proelio ex numero Mohâdscherorum et Anssâriorum, urbis El medinae civium, trecenti et sexaginta. Quin perhibet Sahl, ex Mohâdscheris, ex urbe El medina non oriundis, occisos esse trecentos, totidemque ex piis asseclis, id est sexcentos; atque sunt, qui majorem etiam numerum tradant. Occisus erat eo die etiam Thâbet ben kais; quem homo quidam paganus confecerat, qui, quum alter pes sibi praecisus esset, pedem hunc in adversarium conjecerat, atque sic illum interfecerat. Ex Hanifitarum numero vero ad Akrabam in ipso campo occisi sunt septem millia, totidemque in arbusto mortis, atque totidem fere quum fugientes insequerentur. In quod proelium Jemâmense Derâr ben el aswar dixit haec:

1. Si quae egerimus eclscitati essent ex austro, ea renuntiasset
Illo quidem vespere, quo manabant Akreba et Salham,
2. Vallisque ad Faram sic manabat, ut rubescerent
In ea silices hominum sanguine jam conspersi;
3. Illo vespere, quo non hastae in locum suum dirigebantur,
Neque ipsae sagittae, sed soli gladii acuti.
4. Etsi pagani haud inhonesta quidem edaitantur,
Ego tamen, o auster, non adstipulor nisi Moslemis;
5. Dimico quidem, quum dimicatio opima praeda sit,
Atque ipse Deus hominem dimicantem respiciet.

حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قَالَ حَدَّثَنَا سَلَمَةُ عن ابن اسحق قال قال مجاعة لخالد ما قال اذ قال له تَعْلَمُ فَلَأُصَالِحَنَّكَ عَنْ قومي لِرَجُلٍ قد نهكته الحرب واصيب معه من اشراف الناس مَنْ اصيب فقد رَقَّ واحبّ الدعة والصلح فقال هَلُمَّ أُصَالِحْكَ فصالحه على ٱلصَّفْرَآء وَٱلْبَيْضَآء وَٱلْحَلْقَةِ وَنِصْفِ ٱلسَّبْيِ ثم قال اِنِّي آتِي ٱلْقَوْمَ فَأَعْرِضُ عليهم ما قد صَنَعْتُ قال فاتى القوم فقال للنساء ٱلْبَسْنَ ٱلْحَدِيدَ ثُمَّ أَشْرِفْنَ على الحصون ففعلن ثم رجع الى خالد وقد راى خالد الرجال فيما يرى على الحصون عليهم الحديد فلما انتهى الى خالد قال أَبَوْا مَا صَالَحْتُكَ عَلَيْهِ وَلٰكِنْ إِنْ شِئْتَ صَنَعْتُ لَكَ شَيْئاً فَعَزَمْتَ عَلَى ٱلْقَوْمِ قال ما هو قال تَأْخُذُ مِنِّي رُبْعَ ٱلسَّبْيِ وَتَدَعُ رُبْعًا قال خالد قد فعلتُ قد صالحتُك فلما فرغا فُتِحَتِ الحصون فاذا ليس فيها الا النساء والصبيان فقال خالد لِمُجَاعَةَ وَيْحَكَ خَدَعْتَنِي قال قومي ولم اصنع الا ما استطعت

كَتَبَ اِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن سهل بن يوسف قال قال مجاعة ثَانِيَةً إِنْ شِئْتَ أَنْ تقبل مني نِصْفَ ٱلسَّبْيِ والصفراء والبيضاء وَٱلْحَلْقَةَ وَٱلْكُرَاعَ عَزَمْتُ وكتبتُ الصلح بيني وبينك ففعل خالد ذلك فصالحه على الصفراء والبيضاء وَٱلْحَلْقَةِ وَٱلْكُرَاعِ وعلى نصف ٱلسَّبْيِ وَحَائِطٍ من كلّ قرية يختار خالد ومزرعة يختارها خالد فتقاضوا على ذلك ثم سرّحه فقال أَنْتُمْ بِٱلْخِيَارِ ثَلٰثًا والله لَئِنْ لم تَتِمُّوا ولم تقبلوا لَأَنْهَدَنَّ اليكم ثم لا اقبل منكم خَصْلَةً ابدا الا القتل فاتاهم مجاعة والعبيد فقال سَلَمَةُ بْنُ عُمَيْرٍ لَا نَفْعَلُ فنقاتل ولا نقاضي خالدا فَإِنَّ ٱلْحُصُونَ حَصِينَةٌ والطعام كثير وَٱلشِّتَآء قد حضر فقال مجاعة اِنَّكَ ٱمْرُؤٌ[2] مَشْؤُومٌ وَغَرَّكَ أَنِّي خدعت القوم حتى اجابوني الى الصلح وهل بَقِيَ منكم احد فيه خَيْرٌ او به دَفْعٌ وانما انا بادرتكم الى نصيبكم ما قال شرحبيل بن مُسْلِمَةَ فخرج مجاعة سابع سبعة حتى اتى خالدا فقال بَعْدَ شَرٍّ مَا رَضُوا ٱكْتُبْ كِتَابَكَ فكتب هذا ما قاضى عليه خَالِدُ بْنُ ٱلْوَلِيدِ مُجَاعَةَ بْنَ مُرَارَةَ وسلمة بن عمير وفلانا وفلانا قاضاهم

Haec nobis tradidit Ebu homeid, qui dixit: tradidit ea nobis Salama, qui ex Ebn ishâk ea compererat. Qui dixit: Medschâa quum diceret Châledo: „agedum jam! pacem inter te gentemque meam conciliabo“ haec verba homini loquebatur, quem male habuerat bellum, quique multos duces illustres jam amiserat, eaque ex causa, misericordia ductus, ad quietem pacemque instaurandam propensior erat. Itaque ubi ille dixit: „agedum! pacem tibi conciliabo“ Châled ea conditione pacem ei obtulit, ut traderentur flava et alba et bicoloria, dimidiumque captivorum. Tum Medschâa: „ipse ad gentem meam contendam, quae pactus sum expositurus.“ Quum igitur ad suos accessisset, mulieribus: „ferro indutae, inquit, ex castellis despicite!“ Quod illae fecerunt. Medschâa vero ad Châledum reversus est, qui mox inter ea, quae in castellis cernebantur, viros ferro indutos conspexisse sibi visus est. Ubi ad Châledum pervenit Medschâa: „rejecerunt illi, inquit, quae tecum pactus eram. Sed, si velis, aliquid tamen faciendum tibi curabo, quod genti meae suadeam.“ Respondit: quid hoc est? Ait Medschâa: „quartam partem captivorum a me accipe; alteram quartam vero sine!“ Atque Châled: „hoc faciam, pacemque ea sub conditione tibi offero.“ Quibus pactis, reclusa sunt castella; sed in iis non reppererunt nisi mulieres puerosque. Quo cognito Châled Medschâae: vae tibi! me fefellisti. Cui ille: gens mea est, neque feci nisi quae potui.

Haec ad me scripsit Essurri ut a Schoaibo accepta, cui ea tradiderat Seif, qui ea compererat ex Sahl ben jussuf. Qui dixit: Medschâa iterum: „si a me accipere velis, inquit, dimidium captivorum, ac flava et alba bicoloriaque, atque equos, operam dabo, ut inter te gentemque meam pacem conscribam.“ Quae comprobata habens Châled, pacem illi ea conditione obtulit, ut traderentur flava et alba bicoloriaque, atque equi dimidiumque captivorum, septumque in singulis urbibus unum a Châledo eligendum, itemque ager consitus unus a Châledo eligendus. Quibus constitutis, Medschâa genti suae conditiones illas proposuit, dixitque: „quid velitis eligendum intra dies tres; sed, per Deum, si rata illa non habebitis neque comprobabitis, ipse bellum vobis inferam, neque ullam deinde gratiam a vobis acceptam habebo, nisi occisionem.“ Adierat illos Medschâa cum servis. Respondit vero Salama ben omeir: „haudquaquam illa faciemus; sed armis decertabimus, neque cum Châledo ulla paciscemur. Nam castella munita sunt, et commeatu instructa, atque jam instat hiems.“ Cui Medschâa: „tu quidem homo nefandus! hoc te fefellit, quod genti jam persuasi, ut de pace inter nos conveniat. An ullus ex vobis nunc superest, qui virtute polleat, vel robore? Ego nos nonnisi ea calamitate prohibui, de qua dixit Schorachbil ben moslema.“ Abiit inde Medschâa cum septem hominibus, ad Châledum reversus. Cui ille: „postquam, inquit, aliquantum renisi sunt, rata illa fecerunt. Itaque libellum conscribe.“ Châled igitur sic scripsit: „Haec sunt quae pactus est Châled ben el walid cum Medschâa ben merâra, et Salama ben omeir, alioque quodam homine. Pactus est autem, ut traderentur

على الصفراء والبيضاء ونصف السبى وَٱلْحَلْقَةِ وَٱلْكُرَاعِ وحايط من كلّ قرية ومزرعة عَلَى أَنْ تُسْلِمُوا ثم انتم آمِنُونَ بِأَمَانِ الله ولكم ذِمَّةُ خالد بن الوليد وذمّة ابى بكر خليفة رسول الله وذمّة المسلمين على ٱلْوَفَاء ✿ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سيف عن طلحة عن عكرمة عن ابى هريرة قال لما صالح خالد مجاعة صالحه على الصفراء والبيضاء وَٱلْحَلْقَةِ وكلّ حايط رضانا فى كلّ ناحية وَنِصْفِ المملوكين فَأَبَى ذلك فقال خالد انت بِٱلْخِيَارِ ثلثة ايام فقال سَلَمَةُ بْنُ عُمَيْرٍ يا بنى حنيفة قاتلوا عن احسابكم ولا تصالحوا على شى فَإِنَّ ٱلْحِصْنَ حَصِينٌ والطعام كثير وقد حضر ٱلشِّتَآء فقال مجاعة يا بنى حنيفة أَطِيعُونِى وَٱعْصُوا سَلَمَةَ فانه رجل مشؤوم قَبْلَ أَنْ نصيبكم ما قال شرحبيل بن مسلمة قَبْلَ أَنْ تُسْتَرْدَفَ ٱلنِّسَآء غَيْرَ رَضِيَّاتٍ وَيُنْكَحْنَ غَيْرَ خَطِيبَاتٍ فاطاعوه وَعَصَوْا سَلَمَةَ وقبلوا قضيّته وقد بعث ابو بكر رَضِىَ الله عنه بكتاب الى خالد مع سَلَمَةَ بْنِ سَلَامَةَ بْنِ وَقْشٍ يامره إِنْ ظفّره الله عزّ وجلّ أَنْ يقتل من جرت عليه المواسى من بنى حنيفة فَقَدِمَ فوجده قد صالحهم فَوَفَى لهم وَتَمَّ على ما كان منه وحشرت بنوا حنيفة الى البيعة وَٱلْبَرَآءَةِ مما كانوا عليه الى خالد وخالد فى عسكره فلما اجتمعوا قال سَلَمَةُ بن عمير لمجاعة ٱسْتَأْذِنْ لى على خالد أُكَلِّمْهُ فى حاجة له عندى ونصيحة وقد أَجْمَعَ أَنْ يَفْتُكَ بِهِ فكلّمه فَأَذِنَ له فاقبل سَلَمَةُ بن عمير مشتملا على السيف يريد ما يريد فقال مَنْ هذا المقبل قال مجاعة هذا الذى كَلَّمْتُكَ فيه وقد أَذِنْتَ له قال أَخْرِجُوهُ عنّى فاخرجوه فوجدوا معه السيف فلعنوه وشتموه واوثقوه وقالوا لقد أَرَدْتَ ان تهلك قومك فقال والله ما أَرَدْتُ الا أَنْ يستاصل بنوا حنيفة وتسبى ٱلْكَرِيمَةُ والنساء قالوا وَأَيْمُ ٱللّٰهِ لَوْ أَنَّ خالدا علم انك حملت السلاح لَقَتَلَكَ وما تَأْمَنُهُ إِنْ بلغه ذلك أَنْ يقتلك وَأَنْ يقتل الرجال ويسبى النساء بما فَعَلْتَ ويحسب ذلك أَنّ مَلَآء منّا فاوثقوه وجعلوه فى الحصن وتتابع بنوا

flava et alba, dimidiumque captivorum, et bicoloria, et equi, atque septum in singulis urbibus unum, agerque consitus unus, et ea quidem sub conditione, ut islamismum amplectamini. Quibus confectis tuti praestabimini, praesidio Dei tecti versantesque in tutela Châledi ben el walid, et tutela Abu bekri, legati Dei successoris, et tutela Meslemorum fida." Haec ad me scripsit Essurri, ut a Schoaibo accepta, cui ea tradiderat Seif, qui ea compererat ex Talcha, cui tradita fuerunt ab Ikrima, qui ea cognoverat ab Abu horeira. Qui dixit: quum Medschâae pacem offerret Châled, hac quidem conditione eam obtulit, ut traderentur flava et alba bicoloriaque, septaque quae in singulis provinciis nobis placerent, atque dimidium servorum. Sed ad haec descendere noluit Medschâa; quam ob rem Châled: „quid velis eligendum est intra dies tres." Tum Salama ben omeir: „o Hanifitae, inquit, propugnate pro honore vestro, neque pacificate conditione ulla. Nam castellum hoc munitum est, et commeatu instructum, instatque jam hiema." Quibus cognitis Medschâa: „o Hanifitae, inquit, mihi morem gerite, renitiminique Salamae, homini nefando, priusquam in eam calamitatem incidatis, de qua dixit Schorachbil ben moslema, priusquam mulieres abducantur invitae, violenturque etsi desponsae non sint." Itaque Medschâae morem illi gesserunt, renitentes Salamae, rataque habuerunt quae illae pactus erat. Abu bekr vero, quem gratum habeat Deus, ad Châledum miserat Salimam ben selâme ben waksch cum litteris, quibus Châledo mandabat, ut, si a Deo summe colendo atque reverendo victoria sibi daretur, armenta eorum Hanifitarum deleret, qui bellum sibi intulissent. Qui nuntius quum eo pervenisset, pacem cum illis jam composuisse Châledum comperit; quam sanctam etiam ille habuit, rata faciens quae susceperat Châled. Itaque Hanifitae ad spondendam fidem, abjiciendaque, quae amplexi fuerant, convenerunt Châledum, in castris suis commorantem. Quo quum pervenissent Salama ben omeir Medschâae: „ut ad eum admittar, inquit, a Châledo pete! mihi enim cum eo colloquendum est de quodam negotio, quod ei mecum intercedit, consilioque suadendo." Constituerat autem, ut Châledum interficeret. Medschâa rem ad Châledum detulit, qui admitti illum jussit. Accessit igitur Salama ben omeir cum gladio apud se abscondito, intendens quae constituerat. Sed Châled: quisnam ille est, qui huc accedit? Cui Medschâa: is est, de quo tecum colloquutus sum, cuique intrandi potestatem fecisti. Tum Châled: a me illum abducite. Salamam igitur ubi foras eduxerunt, gladium apud eum reppererunt; quo cognito ipsum, maledictionibus conviciisque consectantes, in vincula conjecerunt; dicebant: gentem tuam perdere voluisti. Respondit: „nihil, per Deum intendi, nisi ut delerentur Hanifitae, abducerenturque liberi et mulieres." Tum illi: „per fidem Dei! quodsi, te arma tecum gessisse, scisset Châled, te certe interfecisset. Atque jam, si haec ad eum deferantur, metuendam tibi erit, ne, propter ea quae patrasti, te caeterosque viros deleat, mulieres vero abducat, ex communi nostro consilio illa facta esse ratus." Vinculis constrictum Salamam deinde in castellum abduxerunt.

حنيفة على ٱلْبَرَآءة مما كانوا عليه وعلى الاسلام وَعَاقَدَهُمْ سَلَمَةُ عَلَى أَنْ لا يُحَدِّثَ حَدَثًا وَيُعْفُوهُ فابوا ولم يَثِقُوا بِحُمْقِهِ أَنْ يقبلوا منه فَأَفْلَتَ ليلا فعمد الى عسكر خالد فصاح به ٱلْحُرَّاسُ وفزعت بنوا حنيفة فَٱتَّبَعُوهُ فادركوه فى بعض الحوايط فَشَدَّ عليهم بالسيف فاكتنفوه بالحجارة واجال السيف على حَلْقِهِ فقطع اوداجه فسقط فى بير فمات

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سيف عن الضحاك بن يربوع عن ابيه قال صَالَحَ خَالِدٌ بنى حنيفة جميعا إِلَّا ما كان بِٱلْعِرْضِ وَٱلْقُرَيَّةِ فانهم سُبُوا عند ٱنْبِثَاثِ الغارة فبعث الى ابى بكر ممن جرى عليه ٱلْقَسْمُ بِٱلْعِرْضِ وَٱلْقُرَيَّةِ من بنى حنيفة او قيس بن ثَعْلَبَةَ خمس ماية راس ✿ حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدثنا سلمة عن محمد بن اسحق قال ثُمَّ إِنَّ خالدا قال لمجاعة زَوِّجْنِي ٱبْنَتَكَ قال مَهْلًا إِنَّكَ قَاطِعٌ ظَهْرِى وَظَهْرَكَ معى عند صاحبك قال ايها الرجل زَوِّجْنِي فزوّجه فبلغ ذلك ابا بكر فكتب اليه كتابا يَقْطُرُ دَمًا لَعَمْرِى يَا ٱبْنَ أُمِّ خَالِدٍ إِنَّكَ لَفَارِغٌ تنكح النساء وَبِفِنَآءِ بيتك دَمُ الف ومايتى رجل من المسلمين لم يَجِفَّ بَعْدُ قال فلما نظر خالد فى الكتاب جعل يقول هذا عمل ٱلْأُعَيْسِرِ يعنى عمر بن الخطاب رحمة الله عليه وقد بعث خالد بن الوليد وفدا من بنى حنيفة الى ابى بكر فقدموا عليه فقال لهم ابو بكر وَيْحَكُمْ ما هذا الذى ٱسْتَنْزَلَ منكم ما ٱسْتَنْزَلَ قالوا يا خليفة رسول الله قد كان الذى بلغك مما اصابنا كان ٱمْرَءًا لم يبارك الله عزّ وجلّ ولا لعشيرته فيه قال على ذاك ما الذى دعاكم به قالوا كان يقول يَا ضِفْدَعُ نِقِّى نِقِّى لَا ٱلشَّارِبَ تَمْنَعِينَ وَلَا ٱلْمَآءَ تُكَدِّرِينَ لنا نصف الارض ولكم نصف الارض ولكن قريشا قوم يعتدون قال ابو بكر سُبْحَٰنَ ٱللَّهِ وَيْحَكُمْ إِنَّ هَذَا كَلَامٌ ما خرج من إِلٍّ ولا بِرٍّ وَلَيْنَ يذهب بكم فلما فرغ خالد بن الوليد من اليمامة وكان مَنْزِلُهُ الذى به التقى الناس أُبَاضَ وَادٍ من أَوْدِيَةِ اليمامة ثم تحوّل الى وَادٍ من أَوْدِيَتِهَا يقال له ٱلْوَبْرُ وكان منزله بها

Adfluxerunt vero Hanifitae ad abjicienda, quae amplexi fuerant, auscipiendumque islamismum. Quibus Salama pacem ea conditione obtulit, ut ipse nihil novi moliretur, illi vero impunitatem sibi darent. Sed his adsentire noluerunt Hanifitae, illius hominis prudentiae ita diffidentes, ut quae proponeret comprobare non possent. Quam ob rem noctu ille aufugit, ad castra Châledi reversus. Ibi clamore a vigilibus facto, in terrorem conjecti sunt Hanifitae; mox vero insequuti in quodam septo illum comprehenderunt. Gladium quum in eos conjiceret, lapidibus eum adpetierunt; tum, gladio ad guttur ducto, venas juguli sibi secuit, et in puteum prolapsus periit.

Haec ad me scripsit Essurri, ut a Schoaibo accepta, cui tradita fuerant a Seif, qui ea cognoverat ab Eddachchâk ben jerbû, cui tradita fuerant a patre. Qui dixit: pacem omnibus Hanifitis dedit Châled, iis exceptis, qui in El ird et El karje habitabant; hi enim ab incurrentibus equitibus capti fuerant. Itaque ad Abu bekrum eos misit, quos in El ird et El karje sortiti fuerant, tum Hanifitas, tum ex tribu Kais ben thaalaba ortos, homines trecentos. Tradidit nobis Ebn homeld dixitque: haec nobis tradidit Salama, qui ea compererat ex Mohammed ben ishâk. Qui dixit: deinde Châled Medschâae: „nuptum da mihi, inquit, filiam tuam." Ille vero: „lente agas! tergum meum concides tuumque apud principem tuum." Sed Châled: „o homo! nuptum eam mihi da!" Itaque in matrimonium illi eam dedit. Quae ubi comperit Abu bekr, litteras ad Châledum dedit sanguinem rorantes: „per vitam meam, o fili Abu châledi, ita bona pace gaudes, ut uxorem ducas, etsi domus tuae atrium mille et ducentorum hominum Moslemorum sanguine conspersum sit nondum desiccato." Ait narrator: quas litteras quum perlegisset Châled dixit: „hoc ab isto scaevola factum est;" id est Omaro ben el chattâb, cujus misereatur Deus. Ad Abu bekrum autem legatos ex Hanifitarum tribu miserat Châled ben el walid; qui quum advenissent, Abu bekr iis: „quidnam illud fuit, inquit, quod in eam culpam, quam contraxistis, vos conjecit?" Cui illi: „o successor legati Dei! accidit nobis ista, quae tibi cognita est, calamitas. Ille homo quidem fuit vir, cui cujusque genti non favit Deus summe venerandus celebrandusque." Atque Abu bekr: „quanam vero re ad suscipienda illa vos induxit?" Responderunt: „dicebat ille: o rana, coaxa! coaxa! neque bibentem prohibebis, neque aquam reddes turbidam. Nobis dimidium terrae vobisque dimidium quidem concessum est; sed Koreischitae homines iniqui sunt." Quibus auditis Abu bekr: „bone Deus, inquit, vae vobis! illud quidem verbum est, neque ex odio, neque ex gratia exortum, atque temperantia quaedam perniciem vobis parans." Châled ben el walid, postquam El jemâmam debellaverat, castraque, ad quae confluxerant homines, habuerat in Obâd, valle quadam Jemâmitica, inde profectus est ad vallem El wabar, castraque in ea posuit.

ذِكْرُ خَبَرِ أَهْلِ ٱلْبَحْرَيْنِ وَرِدَّةِ ٱلْحُطَمِ وَمَنْ تَجَمَّعَ مَعَهُ مِنْ أَهْلِ ٱلْبَحْرَيْنِ ٭

قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ ٱلطَّبَرِىُّ رَحْمَةُ ٱللَّهِ عَلَيْهِ وَكَانَ فِيمَا بَلَغَنَا من خبر اهل البحرين وارتداد مَنِ ٱرْتَدَّ منهم ما حدّثنا عُبَيْدُ الله بن سعد قال اخبرنا عمّى يعقوب بن ابراهيم قال حدّثنا سيف قال خرج ٱلْعَلَآءُ بْنُ ٱلْحَضْرَمِيّ نَحْوَ البحرين وكان من حديث البحرين أَنَّ ٱلنَّبِيَّ صلّى الله عليه وسلّم وَٱلْمُنْذِرُ بْنُ سَاوَا ٱشْتَكَيَا فى شهر واحد ثمر مات ٱلْمُنْذِرُ بعد النبىّ صلّى الله عليه بقليل وَٱرْتَدَّ بعده اهل البحرين فَأَمَّا عَبْدُ ٱلْقَيْسِ فَفَآءَتْ وَأَمَّا بَكْرٌ فَتَمَّتْ على رِدَّتِهَا وكان الذى ثنى عبد القيس ٱلْجَارُودُ حتى فَاوَى حدّثنا عبيد الله قال اخبرنا عمّى قال اخبرنا سيف عن اسمعيل بن مُسْلِمٍ عن الحسن بن ابى الحسن قال قَدِمَ الجارود بن ٱلْمُعَلَّى على النبىّ صلّى الله عليه وسلّم مُرْتَادًا فقال أَسْلِمْ يا جارود فقال إِنَّ لِى دِينًا قال النبىّ صلّى الله عليه وسلّم إِنَّ دِينَكَ يَا جَارُودُ لَيْسَ بِشَىْءٍ وَلَيْسَ بِدِينٍ فقال له الجارود فَإِنْ أَنَا أَسْلَمْتُ فما كان من تَبِعَةٍ فى الاسلام فعليك قال نَعَمْ فَأَسْلَمَ ومكث بالمدينة حتى فَقُهَ فلما اراد الخروج قال يا رسول الله هَلْ تَجِدُ عِنْدَ أَحَدٍ مِنْكُمْ ظَهْرًا نتبلّغ عليه قال ما اصبح عندنا ظَهْرٌ قال يا رسول الله إِنَّا نَجِدُ بالطريق ضَوَالَّ من هذه ٱلضَّوَالِّ قال تِلْكَ حَرَقُ ٱلنَّارِ فَإِيَّاكَ وَإِيَّاهَا فلما قدم على قومه دعاهم الى الاسلام فاجابوه كلّهم فلم يلبث الا يسيرا حتى مات النبىّ صلّى الله عليه وسلّم فقالت عبد القيس لَوْ كَانَ مُحَمَّدٌ نَبِيًّا لَمَا مَاتَ وارتدّوا

Caput undecimum.

Opprimuntur apostatae Bachreinenses.

Exponuntur quae Bachreinensibus acciderunt, ac defectio El hotami eorumque, qui cum eo fecerunt, Bachreinensium. Ait Abu dschafer Taberistanensis, quem misericordia amplectatur Deus: ex iis, quae de rebus Bachreinensium rebellioneque ab iis facta nobis prodebantur, ea sunt quae nobis tradidit Obeid alla ben saad, qui dixit: narravit nobis patruus meus, Jakûb ben ibrahim, dixitque: haec nobis tradidit Seif, qui dixit: in provinciam Bachreinensem expeditionem suscepit El alâ ben el hadrami. Status provinciae Bachreinensis vero is erat, ut, postquam propheta, cui bene dicat Deus faveatque, et El mondsir ben sâwa uno eodemque mense in morbum inciderant, et paulo post exstinctum prophetam, cui bene dicat Deus, etiam El mondsir mortuus erat, ipsi deinde Bachreinenses religionem abjecissent. At tribus Abd el kais tamen resipuit; Bekritae vero prorsus apostatae facti sunt. Tribum Abd el kais a suscepto consilio dehortatus est El dschârûd, quoad pervicit. Tradidit nobis Obeid alla dixitque: haec nobis narravit patruus meus, qui dixit: narravit ea mihi Seif, qui ab Ismail ben moslem ea cognoverat, cui tradita fuerant ab El hassan ben abil hassan. Qui dixit: prophetam, cui bene dicat Deus faveatque, convenit El dschârûd ben el moalla, commeatum quaerens. Cui propheta: islamismum amplectere, o Dschârûd! Ille vero: religionem jam habeo. Atque propheta, cui bene dicat Deus faveatque: religio tua, o Dschârûd, pro nihilo est, neque omnino est religio. Respondit El dschârûd: si vero moslemus fiam, quae ex islamismo mihi enascentur tuo periculo fient. Cui propheta: imo vero. Itaque islamismum amplexus El dschârûd El medinae commoratus est, quoad juris peritus factus est. Deinde iter parans: „o legate Dei, inquit, reperisne apud aliquem vestrum camelos, quibus vehamur?“ Sed propheta: cameli apud nos non adsunt. Tum ille: „o legate Dei, in via nos saltem aliquot oberrantes camelos inveniemus.“ Propheta vero: „hi flammae ignis sunt; quam ob rem cave, ne eos capias.“ Inde ubi ad gentem suam rediit El dschârûd, ad amplectendum islamismum eos invitavit, moremque in hac re ei gesserunt omnes. Brevi vero tempore interjecto quum mortem obiisset propheta, cui bene dicat Deus faveatque, tribus Abd el kais: „quodsi Mohammed, dicens, propheta fuisset, mortuus non esset“ rebellionem

وبلغه ذلك فبعث فيهم فجمعهم ثم قام فيهم فخطبهم فقال يَا مَعْشَرَ عَبْدِ ٱلْقَيْسِ إِنِّي سَائِلُكُمْ عَنْ أَمْرٍ فَأَخْبِرُونِي إِنْ عَلِمْتُمُوهُ وَلَا تُجِيبُونِي إِنْ لَمْ تَعْلَمُوهُ قالوا سَلْ عَمَّا بَدَا لَكَ قال تعلمون انه كان لِلّٰهِ أَنْبِيَآءُ فيما مضى قالوا نَعَمْ قال تعلمونه او تَرَوْنَهُ قالوا بل نَعْلَمُهُ قال فما فعلوا قالوا ماتوا قال فَإِنَّ محمدا صلّى الله عليه وسلّم مات كما ماتوا وَأَنَا أَشْهَدُ أَنْ لَا إِلٰهَ إِلَّا ٱللّٰهُ وَأَنَّ مُحَمَّدًا عَبْدُهُ وَرَسُولُهُ وقالوا ونحن ايضا نَشْهَدُ أَلَّا إِلٰهَ إِلَّا الله وانّ محمدا عبده ورسوله وانت افضلنا وسيّدنا وثبتوا على اسلامهم ولم يبسطوا ولم يبسط اليهم وَخَلَّوْا بين سائر العرب وبين ٱلْمُنْذِرِ والمسلمين وكان المنذر مشتغلا بهم حياته فلما مات المنذر حصر اصحاب المنذر في مكانين حتى ينقذهم ٱلْعَلَآءُ

وَأَمَّا ٱبْنُ إِسْحٰقَ فَإِنَّهُ قَالَ فِي ذٰلِكَ مَا حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدّثنا سلمة عنه لَمَّا فَرَغَ خَالِدُ بْنُ ٱلْوَلِيدِ من اليمامة بعث ابو بكر ٱلْعَلَآءَ بن الحضرميّ وكان ٱلْعَلَآءُ هو الذى كان رسول الله بعثه الى المنذر بن سَاوَا ٱلْعَبْدِيّ فاسلم المنذر فاقام بها ٱلْعَلَآءُ أَمِيرًا لرسول الله صلّى الله عليه فمات المنذر بن سَاوَا بالبحرين بعد مُتَوَفَّى رسول الله صلى الله عليه وكان عَمْرُو بْنُ ٱلْعَاصِ بِعُمَانَ تُتُوُفِّيَ رسول الله وعمرو بها فاقبل عمرو فَمَرَّ بالمنذر بن ساوا وهو في الموت فدخل عليه فقال له كَمْ كَانَ رسول الله يجعل للميت من المسلمين من ماله عند وفاته قال ٱلثُّلُثَ قال فَمَا تَرَى أَصْنَعُ فِي ثُلُثِ مَالِي قال عمرو فقلت إِنْ شِئْتَ قَسَمْتَهُ في اهل قرابتك وجعلته في سبيل الخير وَإِنْ شِئْتَ تَصَدَّقْتَ به فجعلته صَدَقَةً مُحَرَّمَةً تجرى من بعدك على من تَصَدَّقْتَ به عليه قال مَا أُحِبُّ أَنْ أَجْعَلَ من مالى شيئا محرّما كَٱلْبَحِيرَةِ وَٱلسَّائِبَةِ وَٱلْوَصِيلَةِ وَٱلْحَامِ وَلٰكِنْ أَقْسِمُهُ فَأُنْفِذُهُ على من أَوْصَيْتُ به له يصنع به ما شآء قال فكان عمرو يَعْجَبُ لها من قوله وَٱرْتَدَّتْ رَبِيعَةُ بالبحرين فيمن ارتدّت من العرب الا ٱلْجَارُودُ بن عمرو بن حَنَش بن مُعَلّى فانه ثبت على الاسلام ومن معه من قومه فَأَقَامَ

paravit. Quibus cognitis, El dschârûd in concionem convocavit gentem, ibique ex eorum medio exsurgens ita homines adloquutus est: „o coetus Abd el kaissitarum! jam ex vobis aliquid quaeram; quod si sciatis, id mihi exponite; si vero id cognitum non habeatis, tacete." Cui illi: „quaere quodcunque velis." Tum El dschârûd: „cognitum hoc habetis, jam antiquo tempore Deo exstitisse prophetas." Atque illi: sane vero. Addidit El dschârûd: „utrum hoc comperistis, an coram cernitis ipsi?" Tum illi: „hoc quidem minime; sed comperimus." El dschârûd vero: „quid autem fecerunt illi?". Respondent: mortui sunt. Tum El dschârûd: „ita quoque Mohammed, cui bene dicat Deus faveatque, mortem nunc obiit, quemadmodum mortem obierunt illi. Quam ob rem profiteor, nullum deum esse praeter illum Deum solum, atque Mohammedem ejus servum esse ac legatum." Quibus auditis illi: „atque etiam nos profitemur, nullum deum esse praeter illum Deum solum, atque Mohammedem ejus servum esse ac legatum. Tu vero praestantissimus nostrum es, princepsque noster." Sic in islamismo suo perstiterunt hi, neque lacessentes alios, neque lacessiti ipsi, separatimque considentes inter caeteros Arabes et El mondsirum Moslemosque. Negotia cum iis fuerunt El mondsiro, quoad vixit; quo mortuo, ejus amici in locos duos se receperunt, donec eos liberavit El alâ.

Ebn ishâk vero de his rebus ea prodidit, quae nobis narravit Ebn homeid, qui dixit: haec ab illo accepta nobis tradidit Salama: Châled ben el walid quum El jemâmam pacavisset, ab Abu bekro emissus est El alâ ben el hadrami. Qui El alâ is erat, quem antea legatus Dei ad El mondsirum ben sâwa Abd el kaissitam miserat, quique, quum islamismum El mondsir amplexus esset, ut praefectus a Dei legato, cui bene dicat Deus, constitutus in ea terra manserat. Mox autem in provincia Bachreinensi mortem obiit El mondsir ben sâwa post exstinctum Dei legatum, cui bene dicat Deus. Amr ben el âss vero, quum mortem obiret legatus Dei, in provincia Omânensi aderat. Unde profectus El mondsirum ben sâwa morientem jam convenit. Ad quem quum accederet, El mondsir: „quantam, inquit, bonorum partem morienti Moslemo inter obitum adsignabat legatus Dei?" Respondit ille: tertiam. Tum El mondsir: „quamnam itaque in rem meorum bonorum tertiam partem impendendam censes?" Ait Amr: dixi: „aut, si velis, propinquis tuis eam disperti, sic ad opera bona eam conferens, aut, si velis, eam converte ad sacrata dona post mortem tuam iis solvenda, quibus ea legaveris." El mondsir vero: „ex bonis meis, inquit, constituere nolim rem sacratam, veluti camelam sacratam, vel camelam manumissam, vel ovem sacratam, vel camelum dimissum. Sed dispertitam eam in eos homines conferam, quibus eam legavero ut iis libitum erit administrandam." Ait narrator: verba haec admiratus est Amr. Rebiitae autem in provincia Bachreinensi cum caeteris Arabibus apostatis rebellionem pararunt, excepto El dschârûdo ben amr ben habasch ben moalla. Hic enim cum nonnullis suis gentilibus, qui ejus partes amplexi erant, in islamismo perstans, ubi de obitu

حين بلغه وَفَاةُ رسول الله صلّى الله عليه وسلّم وارتداد العرب فقال أَشْهَدُ أَنْ لَا إِلٰهَ إِلَّا ٱللّٰهُ وَأَشْهَدُ أَنَّ مُحَمَّدًا عَبْدُهُ وَرَسُولُهُ وَأُكَفِّرُ مَنْ لَا يَشْهَدُ واجتمعت ربيعة بالبحرين وارتدّت وقالوا نَرُدُّ ٱلْمُلْكَ فِي يَدِ ٱلْمُنْذِرِ فملّكوا المنذر بن ٱلنُّعْمٰنِ بن المنذر وكان يُسَمَّى ٱلْغُرُورَ وكان يقول حين أَسْلَمَ واسلم الناس وعليهم السيف لَسْتُ بِٱلْغُرُورِ وَلٰكِنِّي ٱلْمَغْرُورُ

حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللّٰهِ بْنُ سَعْدٍ قال اخبرنا عمّي قال حدّثنا سيف عن اسمعيل بن مسلم عن عمير بن فلان ٱلْعَبْدِيّ قال لما مات النبيّ صلّى الله عليه وسلّم خرج ٱلْحُطَمُ بْنُ ضُبَيْعَةَ اخو بني قيس بن ثَعْلَبَةَ فيمن ٱتَّبَعَهُ من بَكْرِ بْنِ وَائِلٍ على ٱلرِّدَّةِ وَتَأَشَّبَ اليه من تَأَشَّبَ من غير ٱلْمُرْتَدِّينَ مِمَّنْ لَمْ يَزَلْ كَافِرًا حتى نزل ٱلْقَطِيفَ وَهَجَرَ وَٱسْتَغْوَوْا ٱلْخَطَّ ومن كان فيها من ٱلزُّطِّ وَٱلسَّبَابِجَةِ وبعث بَعْثًا الى دَارِينَ فاقاموا له ليجعل عبد القيس بينه وبينهم وكانوا مخالفين لهم يَمُدُّونَ ٱلْمُنْذِرَ والمسلمين وَأَرْسَلَ الى ٱلْغُرُورِ بْنِ سُوَيْدٍ اخي النعمن بن المنذر يبعثه الى جُوَاثَى وقال له ٱثْبُتْ فَإِنِّي إِنْ ظَفِرْتُ مَلَّكْتُكَ بالبحرين حتى تكون كالنعمن بن المنذر بِٱلْحِيرَةِ فحصرهم وَأَلَحُّوا عليه وَٱشْتَدَّ على المحصورين ٱلْحَصْرُ وفي المسلمين المحصورين رجل من صالحي المسلمين يقال له عبد الله بن حَذَفٍ أَحَدُ بني بكر بن كلاب قد اشتدّ عليه وعليهم الجوع حتى كادوا أَنْ يهلكوا وقال عبد الله بن حَذَفٍ

أَلَا أَبْلِغْ أَبَا بَكْرٍ رَسُولًا ... وَفِتْيَانَ ٱلْمَدِينَةِ أَجْمَعِينَا
فَهَلْ لَكُمْ إِلَى قَوْمٍ كِرَامٍ ... قُعُودٍ فِي جُوَاثَى مُحْصَرِينَا
كَأَنَّ دِمَاءَهُمْ فِي كُلِّ فَجٍّ ... شُعَاعُ ٱلشَّمْسِ تُغْشِي ٱلنَّاظِرِينَا
تَوَكَّلْنَا عَلَى ٱلرَّحْمٰنِ إِنَّا ... وَجَدْنَا ٱلصَّبْرَ لِلْمُتَوَكِّلِينَا

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن ٱلصَّعْبِ بْنِ عَطِيَّةَ بن بلال عن سَهْمِ بن

legati Dei, cui bene dicat Deus faveatque, et defectione Arabum certior factus est, exsurrexit haec proclamans: „ego quidem profiteor, nullum deum esse praeter illum Deum solum, atque Mohammedem ejus servum esse ac legatum, mendacesque eos dico, qui haec non profiteantur." Rebiitae vero qui in provincia Bachreinensi convenerant religionemque abjecerant: „in manum El mondsiri, inquiebant, imperium reponemus;" itaque regem crearunt El mondsirum ben ennoomân ben el mondsir, cui El garûro cognomen erat. Qui deinde, quum ipso ejusque gentiles, gladio compulsi, islamismum amplecterentur, dixit: „non sum El garûr, *i. e. decipiens*, sed potius El magrûr, *i. e. deceptus.*"

Tradidit nobis Obeid alla ben saad dixitque: haec nobis narravit patruus meus, qui dixit: haec nobis tradidit Seif ut ab Ismail ben moslem accepta, cui prodita fuerant ab Omeir ben fulân Abd el kaissita; qui dixit: post exstinctum prophetam, cui bene dicat Deus faveatque, religionem abjecit El hotam ben dobeia, frater tribus Kais ben thaalaba, cum quadam parte tribus Bekr ben wâjel, quae eum sequebatur. Ad quem accesserunt quoque homines nonnulli, qui apostatae non erant, sed in paganismo usque perstiterant. Quum denique in El katif et Hedscher pervenisset, ad seditionem induxit etiam provinciam El chitt et qui in ea habitabant Suttos et Sebâbedschenses. Ad occupandum castellum Dârin quoque emisit exercitum; sed ei restiterunt, ut tribus Abd el kais inter se illumque interposita esset; adversabantur enim illis, suppetiasque ferebant El mondsiro et Moslemis. Nuntio misso deinde ille El garûrum ben soweid, fratrem Ennoomâni ben el mondsir, ad castellum Dschiwâtha contendere jussit, eique: „locum obtine! inquit; nam, si victoria mihi cedet, ita regem provinciae Bachreinensis te creabo, ut eandem ibi, quam in El hîra Ennoomân ben el mondsir, auctoritatem habeas." Itaque El garûr ad illos abiit, vehementerque eum urserunt. Mox autem obsidio graviter adfligere coepit Moslemos in castello inclusos; inter quos pius quidam Moslemus aderat, cui nomen Abd alla ben hadsaf, ortus ex tribu Bekr ben kelâb. Fame quum ita premerentur, ut paene perirent, haec pepigit Abd alla ben hadsaf:

1. Agedum! nuntium perfer ad Abu bekrum,
Virosque urbis El medinae cunctos!
2. Recordamini ne hominum praenobilium,
Commorantium Dschiwâthae, obsessorum?
3. Quorum cruor per valles sparsus
Velut rutilans sol, praestringit oculos.
4. Confidimus nos Deo misericordi;
Nam constantiam spectavimus in confidentibus.

Haec ad me scripsit Essurri ut a Schoaibo accepta, qui a Seifo ea cognoverat, cui tradita fuerant ab Essaab ben atijje ben bilâl, qui ea compererat ex Salm ben mindschâb ben

مِنْجَابِ بن راشد قال بعث ابو بكر ٱلْعَلَآءَ بْنَ ٱلْحَضْرَمِيِّ على قتال اهل ٱلرِّدَّةِ بالبحرين فلما اقبل اليها كان بحيال اليمامة لحق به ثُمَامَةُ بْنُ أُثَالٍ فى مسلمة بنى حنيفة من بنى سُحَيْمٍ ومن اهل القرى ومن ساير بنى حنيفة وكان متلذذا وقد لحق عِكْرِمَةُ بِعُمَانَ ثم مَهْرَةَ وامر شرحبيل بالمقام حيث انتهى الى أَنْ يَأْتِيَهُ امر ابى بكر رضى الله عنه ثم دُومَةَ يُغَاوِرُ هو وعمرو بن ٱلْعَاصِ أَهْلَ ٱلرِّدَّةِ من قضاعة فاما عمرو بن العاص فكان يغاور سَعْدًا وَبُلْبُلًا وامر هذا لكلب ولقيها فلما دنا منّا ونحن فى عَلْيَآءِ البلاد لم يكن احد له فرس من ٱلرِّبَابِ وعمرو بن تميم الا جَنْبَهُ ثم استقبله فاما بَنُوا حَنْظَلَةَ فانهم قَدَّمُوا رِجْلًا وَأَخَّرُوا أُخْرَى وكان مَالِكُ بْنُ نُوَيْرَةَ بِٱلْبِطَاحِ ومعه جموع يساجل عَمْرًا وَعَمْرٌو يساجله واما سَعْدُ بْنُ زَيْدِ مَنَاةَ فانهم كانوا فرقتين فَأَمَّا عَوْفٌ وَٱلْأَبْنَآءُ فانهم اطاعوا ٱلزِّبْرِقَانَ بْنَ بَدْرٍ فثبتوا على اسلامهم وتموا وذبوا عنه واما ٱلْمُقَاعِسُ وَٱلْبُطُونُ حين شخص ٱلزِّبْرِقَانُ بصدقات عَوْفٍ والابناء فكانت عوف والابناء مشاغيل بالمقاعس والبطون فلما راى قَيْسُ بْنُ عَاصِمٍ ما صنعت ٱلرِّبَابُ وَعَمْرٌو مِنْ تَلَقِّى ٱلْعَلَآءِ ندم على ما كان فرط منه فتلقى ٱلْعَلَآءَ بِأَعْدَادِ ما كان قسم من الصدقات ونزع عن امره الذى كان نهض به واستاق حتى ابلغها اياه وخرج معه الى قتال اهل البحرين وقال فى ذلك شعرا كما قال الزبرقان حين ابلغها ابا بكر وكان الذى قال الزبرقان فى ذلك

وَفَيْتُ بِأَذْوَادِ ٱلرَّسُولِ وَقَدْ أَبَتْ سُعَاةٌ فَلَمْ يَرْدُدْ بَعِيرًا مُجِيرُهَا
مَعًا وَمَنَعْنَاهَا مِنَ ٱلنَّاسِ كُلِّهِمْ تَرَامِى ٱلْأَعَادِى عِنْدَنَا مَا يَضِيرُهَا
فَأَدَّيْتُهَا كَىْ لَا أَخُونَ بِذِمَّتِى مَحَانِيقَ لَمْ يُدْرَسْ لِرَكْبٍ ظُهُورُهَا
أَرَدْتُ بِهَا ٱلتَّقْوَى وَمَجْدَ حَدِيثِهَا إِذَا عُصْبَةٌ سَامَى قَبِيلٌ فَخُورُهَا
وَإِنِّى لَمِنْ حَىٍّ إِذَا عُدَّ شَعْبُهُمْ تَرَى ٱلْفَخْرَ مِنْهَا حَيُّهَا وَقُبُورُهَا
أَصَاغِرُهُمْ لَمْ يَضْرَعُوا وَكِبَارُهُمْ رِزَازٌ مَرَاسِيهَا عِفَاقٌ صُدُورُهَا
وَمِنْ رَهْطِ كُنَارٍ تَوَقَّيْتُ ذِمَّتِى وَلَمْ يَثْنِ سَيْفِى نَفْخُهَا وَهَرِيرُهَا

râsched; qui dixit: ad debellandos apostatas Bachreinenses ab Abu bekro emissus est El alâ ben el hadrami. Ad quem eo iter facientem e regione El jemâmae accessit Thomâma ben othâl cum Hanifitarum agmine, ex Socheimitis, et hominibus urbanis, caeterisque Hanifitis conflato; qua re ille gavisus est. Ikrima vero in provinciam Omânensem atque Mehram contenderat, Schorachbilumque in itinere subsistere jusserat, quoad mandata Abu bekri, quem gratum habeat Deus, ad eum perlata essent; deinde ad Dumam huic pergendum erat, ut cum Amro ben el âs bellum inferret apostatis Kodâïtis. Ipse Amr ben el âs tunc Saaditas premebat, ac Bulbulum, qui Kelbitis miscellisque eorum asseclis praeerat. Itaque simul ad nos in superiori terra collocatos propius ille accessit, nullus repertus est vel Ribâbita, vel ex tribu Amr ben temim ortus homo, equum habens, quin ab illo recederet, at deinde tamen obviam ei iret. Handalitae vero alterum pedem proferebant, alterum retrahebant; Mâlek ben noweira cum agmine, quod conscripserat, in provincia El bitâch versabatur, minus jactans contra Amrum, qui illum vicissim insectabatur. Tribus Saad ben seid menât in partes duas discesserat. Nam Aufitae cum Ebnâïtis parebant Essibrikâno ben bedr, et in islamismo persistentes officia explebant illumque tuebantur. Apud El mokâësitas vero et Botûnitas haec acta sunt; quum Essibrikân pia dona Aufitarum Ebnâïtarumque jam transmisisset, simultasque quaedam inter Aufitas Ebnâïtasque et El mokâësitas Botûnitasque intercederet, atque El alâo obviam isse Ribâbitas Amritasque comperisset Kais ben âssem, ipsum poenituit socordiae suae. Itaque El alâo obviam ivit, totidem, quot antea distribuerat, pia dona nunc adducens; consilium antea captum plane abjecit, piisque donis El alâo transmissis, cum El alâo ad debellandos Bachreinenses profectus est. Pepigit quoque versus, quibus has res commemoravit, quales pepigerat Essibrikân, quum ad Abu bekrum pia dona transmitteret. Quae pepigerat Essibrikân, haec sunt:

1. Dedi ego camelos prophetae, quos modo ita negarunt
Ipsi coactores, ut ne unum quidem exhiberet custos,
2. Simelque ita eos tuiti sumus ab hominibus omnibus,
Ut jaculatio hostium apud nos eos non laederet.
3. Eosque tradidi, ne fidem datam frangerem,
Obesae, terga habentes ab equitibus haut trita;
4. Quibus datis pietati studui bonaeque eorum famae,
Quum albente crure superbiet qui antecedit splendens.
5. Ex ea enim gente sum, cujus agmen quum recensetur
Gloriam ejus spectant homines ejus vivi et sepulcra;
6. Cujas plebeji se non abjiciunt, cujusque principum
Anchorae plumbeae sunt pectoraque gemmea;
7. Atque ex familia custodum ortus fidam explevi,
Neque gladium meum evertit eorum gannitus ululatusque.

وَلِلّهِ مُلْكٌ قَدْ دَخَلْتُ وَفَارِسٌ ... طَعَنْتُ اذَامَا ٱلْخَيْلُ شَدّ مُعِيرُعَا
فَفَرّجْتُ أَوْلَاهَا بِنَجْلَاءَ بَرّةٍ ... جَنَبْتُ ٱلّذِى يَرْجُو ٱلْحَيَوةَ نَصِيرُعَا
وَمَشْهَدِ صِدْقٍ قَدْ شَهِدتُّ فَلَمْ أَكُنْ ... بِهِ خَامِلًا وَٱلْيَوْمَ يُثْنِى مَصِيرُهَا
أَرَى رَغْبَةَ ٱلْأَعْدَآءِ مِنّى جَرَآءَةً ... وَيَبْكِى اذَامَا ٱلنّفْسُ تُوحِى ضَمِيرُعَا

وقال قيس عند استقلال العلاء بالصدقة

أَلَا أَبْلِغَا عَنّى قُرَيْشًا رِسَالَةً ... اذَامَا أَتَتْهَا بَيّنَاتُ ٱلْوَدَائِعِ
حَبَوْتُ بِهَا فِى ٱلدّعْمِ أَعْرَاضَ مِنْقَرٍ ... وَأَيْأَسْتُ مِنْهَا كُلّ أَطْلَسَ طَامِعِ
وَجَدتُّ أَبِى وَٱلْخَالَ كَانَا بِنَجْوَةٍ ... بِقَاعٍ فَلَمْ يَحْلُلْ بِهَا غَيْرُ دَافِعِ

قال فكرمة العلاء وخرج مع العلاء من عمرو بن سعد والرباب مثل عسكره وسلك بنا ٱلدّهْنَآءَ حتى اذا كُنّا فى بُحْبُوحَتِهَا والحكايات وَٱلْعَزّافَاتُ عن يمينه وشماله واراد الله عزّ وجلّ ان يُرِيَنَا آيَاتِهِ ونزل وامر الناس بالنزول فنفرت الابل فى جوف الليل فما بقى عندنا بعير ولا زَادٌ ولا مَزَادٌ ولا بِنَآءٌ الا ذهب عليها فى عرض الرمل وذلك حين نزل الناس وقبل ان يَحُطّوا فلما علموا كما علمت جميعا هجم عليهم من الغمّ ما هجم علينا واوصى بعضنا الى بعض ونادى منادى العلاء اجتمعوا فاجتمعنا اليه فقال ما هذا الذى ظهر فيكم وغلب عليكم فقال الناس وَنَحْنُ إِنْ بَلَغْنَا غَدًا لَمْ تَحْمَ شَمْسُهَا حَتّى يَصِيرَ حَدِيثًا فقال ايها الناس لا تُرَاعُوا أَلَسْتُمُ المسلمين أَلَسْتُمْ فى سبيل الله أَلَسْتُمْ انصار الله قالوا بَلَى قال فَأَبْشِرُوا فوالله لا يَخْذُلُ الله من كان فى مثل حالكم ونادى المنادى بصلاة الصبح حين طلع الفجر وصلّى بنا وَمِنّا ٱلْمُتَيَمّمُ وَمِنّا من نزل على طُهُورٍ فلما قضى صلاته جثا لركبتيه وجثا الناس ونصب فى الدعاء ونصبوا معه فلمع لهم سراب الشمس فالتفت الى الصفّ فقال رايد انظر ما هذا ففعل ثم يراجع فقال سراب فاقبل على

8. Regnum, per Deum! invasi, atque equitem
Confodi, quum equos constringeret qui eos dimiserat;
9. Discussique moerores in area ejus campi,
Quoniam qui vitam sperat eam protegit.
10. Consessui veraci saepe interfui, haudquaquam
Obmutescens in eo, qui jam alio deflectit iter.
11. Metum hostium audaciam quidem existimo,
Lacrimaturque, ubi anima timet, mens.

Kais vero, quum El alâ piis donis potiretur, dixit haec:

1. Agitedum! nuntium a me ad Koreischitas perferte,
Tum, quando ad eos adferentur deposita manifesta;
2. Quae dederam olim vallibus Minkaritarum,
Atque tuitus eram a quolibet lupo avido.
3. Patrem inveni avunculumque commorantes in colle
Elatiori, ad quem non devertebat camelo nisi dives lacte.

Ait narrator: posteaquam Kaissum honorifice exceperat El alâ, ex tribu Amr ben saad et ex Ribâbitis cum El alâo totidem fere homines, quot milites jam secum habebat, profecti sunt. Traduxit illo nos in Eddahnâam, cujus mediam in partem mox pervenimus, ubi ad dextram sinistramque porriguntur tractus arenosi El hikâjat et El assâfât. Ibi venerandus celebrandusque Deus miracula sua nobis ostendere voluit. Subsistens enim dux quum homines subsistere jussisset, profunda nocte aufugerunt cameli; unde factum est, ut neque jumenta apud nos superessent, neque commeatus, neque utres aquarii, neque tentoria; omnia enim haec illi abstulerant per arenas dispersi. Quod quidem accidit, simul atque homines substiterant, et priusquam sarcinas detraxerant. Quam rem ubi, quemadmodum cognoveram, cognoverunt omnes, idem qui nos ceperat pavor ita eos occupavit, ut jam invicem testamenta faceremus. Tum praeco El alâi: convenite! Itaque ad eum convenimus; ille vero: „quid hoc est, inquit, quod inter vos exstitit, vosque occupavit?“ Atque homines: „quodsi ad crastinam diem perduremus, priusquam calescat sol aliquid novi fiet.“ Sed El alâ: „o homines, inquit, nolite pavescere! nonne vos Moslemi? nonne inceditis via Dei? nonne vos adjutores Dei?“ Responderunt: ita certe est. Tum ille: „ergo laetamini! nam, per Deum, haudquaquam derelinquet Deus homines vestra conditione utentes.“ Mox precationem matutinam indixit praeco, albente coelo, praeivitque nobis precationem El alâ. Erant ex nobis, qui pulvere se abluerant; alii vero ea, qua utebantur, munditie accesserunt. Precatione peracta, in genua procubuit El alâ, simulque cum eo procubuerunt homines; deinde ad invocationem pronuntiandam surrexit, surrexeruntque cum eo homines. Tum subito iis vapor solis effulsit. Quam ob rem ad coetum se convertens El alâ: „aquator, inquit, vide quid illud sit!“ Abiit ille, moxque reversus: „vapor est“ inquit. Ad invocationem pronuntiandam

الدعاء ثم لمع آخَرُ فكذاك حتى لمع لهم آخَرُ فقال مَآء فقام وقام الناس فمشينا اليه حتى نزلنا عليه فشربنا واغتسلنا فما تعالى النهار حتى اقبلت الابل تكرد من كلّ وجه حتى اناخت الينا فقام كلّ رجل الى ظهره فاخذه فما فقدنا سِلْكًا فارويناها واسقيناها ٱلْعَلَلَ بعد ٱلنَّهَلِ وتروّينا ثم رُحْنَا وتروّحنا وكان ابو هريرة رفيقى فلما غبنا عن ذلك المكان قال لى كيف علمك بموضع ذلك الماء فقلت انا من ٱلْعُرْبِ بهذه البلاد قال فكن معى حتى تقيمنى عليه فكررت عليه فاتيت على ذلك المكان فقلت له والله لو لا الغدير لأَخْبَرْتُكَ ان هذا هو المكان وما رايت بهذا المكان مَآء قُطُّ قبل اليوم واذا اداوة مملوّة فقلت يا ابا سهم هذا والله المكان ولهذا رجعت ورجعت بك وملات اداوتى وجعلتها على شفيره فقلت إنْ كان مَنًّا مِنَ ٱلْمَنِّ وكانت آية عرفتها وان كان عيانا عرفته فاذا مَنٌّ مِنَ ٱلْمَنِّ فحمد الله ثم سرنا حتى ننزل هَجَرَ قال فارسل العلاء الى الجارود ورجل اخر أَنِ ٱنْضَمَّا فى عبد القيس حتى تنزلا على ٱلْحُطَمِ فيما يليكما وخرج هو فيمن جامعه وفيمن قدم عليه حتى ينزل عليه مما يَلِي هَجَرَ وَتَجَمَّعَ المشركون كلّهم الى ٱلْحُطَمِ الا اهل دَارِينَ وجمع المسلمون كلّهم الى العلاء بن الحضرمىّ وَخَنْدَقَ المسلمون والمشركون وكانوا يتراوحون القتال ويرجعون الى خندقهم وكانوا بذلك شهرا فبينا الناس ليلةً اذ سمع المسلمون فى عسكر المشركين ضَوْضَآء شديدة وكانها ضَوْضَآء هزيمة او قتال فقال العلاء من يأتينا بخبر القوم فقال عبد الله بن حَذَفٍ انا آتِيكُمْ بخبر القوم وكانت أُمُّهُ عِجْلِيَّةً فخرج حتى اذا دنا من خندقهم اخذوه فقالوا له من أَنْتَ فانتسب لهم وجعل ينادى يا أَبْجَرَاهْ فجاء أَبْجَرُ بْنُ بُجَيْرٍ فعرفه فقال ما شَأْنُكَ فقال لا أُضَيَّعَنَّ بين اللهازم عَلَامَ اقبل وحولى عساكر من عِجْلٍ وَتَيْمِ ٱللَّاتِ وقيس وغيرها ايتلاعب بى ٱلْحُطَمُ وَنُزَّاعُ القبايل وانتم شهود فخلّصه فقال والله انّى لَأَظُنُّكَ بِئْسَ ٱبْنُ الاخت لاخوالك فقال دعنى من هذا واطعمنى فانى قد متُّ جوعا فقرّب له طعاما فاكل ثم قال

igitur perrexit El alá. Mox splendor alius effulsit; idque iterum ac saepius factum est, quoad denique, novo splendore effulgente, ille exclamavit: aqua! Tum statim ipse cum hominibus eo perrexit, nosque, ubi pervenimus ad aquam, bibimus ac nos abluimus. Atque, die nondum provecta, cameli quoque ad nos redierunt undique quasi adducti, et prope a nobis procubuerunt; quo cognito, suum quisque recepit jumentum, neque desideravimus quidquam. Ad aquam duximus camelos, potumque etiam secundum iis praebuimus post primum, ipsique sitim explevimus; inde vero profecti, vespera iter fecimus. Comes mihi adfuit Abu horeira; qui, posteaquam illum locum reliquimus, mihi: „quo pacto, inquit, illius aquae locum novisti?“ Cui ego: „ex Arabibus hujus terrae sum.“ Tum ille: „mecum abi locum mihi indicaturus.“ Itaque ad illum conversus sum, locumque adii, dixique: „per Deum! nisi adesset stagnum, hunc locum illum esse affirmarem; sed nunquam antea aquam amaram in hoc loco deprehendi.“ Conspeximus ibi amphoram repletam; tum ego: „o Abu sahm, hic, per Deum, ille locus est; ad hunc propterea redii, teque reduxi.“ Quibus dictis, amphoram meam replevi, eaque ad illius labium admota, addidi: „quodsi hic ros quidam coelestis est per miraculum demissus, eum esse senties; sin aqua fontana est, eam esse item senties.“ Ille vero, re vera rorem coelestem eum esse sentiens, laudibus celebravit Deum. Deinde iter continuantes pervenimus in provinciam Hedscher. Ait narrator: El alá ad El dschârûdum aliumque quendam virum hunc nuntium misit: „exercitu ex Abd el kaissitis parato, contra El hotamum cum agmine vestro proficiscimini.“ Ipse El alá quoque cum iis, qui se ei adjunxerant et ad eum accesserant, iter fecit, donec in confiniis provinciae Hedscher prope El hotamum constitit. Polytheïstae omnes ad El hotamum confluxerant, exceptis Dârinensibus, Moslemi vero ad El alâum ben el hadrami. Castra fossa cinxerunt Moslemi, itemque polytheïstae; pluries ad proelium se provocarunt invicem, intra fossam deinde regressi. Quae per mensem ita acta sunt. Deinde vero nocte quadam Moslemi magnum strepitum in castris polytheïstarum exortum audiverunt, qui aut fugientium, aut dimicantium esse videbatur. Quam ob rem El alá: „quisnam, inquit, de consilio hostium certiores nos faciet?“ Cui Abd alla ben hadsf: „de consilio hostium ego certiores vos faciam;“ etenim ejus mater ex tribu Idschl orta erat. Itaque ad illos contendens Abd alla prope a fossa hostium captus est. Hostes: quisnam tu? Ille vero genus exposuit; deinde clamavit: o Abdscher! Venit igitur Abdscher ben bodscheir, cui ille notus erat. Qui: quid agis? Respondit Abd alla: „perimi nolim inter Lehâsimitas. Quo consilio huc accederem, cinctus cohortibus Idschlitarum tribuumque Teim ellât et Kais aliorumque? Num mihi illuderent El hotam peregrinique tribuum homines, vobis praesentibus?“ Itaque ille eum dimisit dixitque: „te quidem, per Deum, sororis filium avunculis satis iniquum puto.“ Abd alla vero: „mitte haec, mihique cibum da; nam fame pressus huc veni.“ Cibo allato, comedit; deinde: „commeatu instructum me, inquit, jumento impone, atque dimitte,

زوّدني واحملني وجوّزني انطلق الى شيء ويقول ذلك لرجل قد غلب عليه الشراب فعل وحمله على بعير وزوّده وجوّزه وخرج عبد الله بن حذف حتى دخل عسكر المسلمين فاخبرهم ان القوم سُكَارَى فخرج المسلمون عليهم حتى اقتحموا عليهم عسكرهم فوضعوا السيوف فيهم كيف شَآؤُوا واقتحموا الخندق هُرَّابًا فمتردّد وناج ودهش مقتول او ماسور واستولى المسلمون على ما في العسكر لم يفلت رجل الا بما عليه فاما أَبْجَرُ فافلت واما ٱلْحُطَمُ فانه تَفِلَ وَدُهِشَ وطار فواده فقام الى فرسه والمسلمون خِلَالَهُمْ يجوسونهم ليركبه فلما وضع رجله في الركاب انقطع به فمرّ به عَفِيفُ بن المنذر احد بني عمرو بن تميم وَٱلْحُطَمُ يستغيث ويقول الا رجل من بني قيس بن ثعلبة يَعْقِلُنِي فرفع صوته فعرف صوته فقال أَبُو ضُبَيْعَةَ قال نَعَمْ قال أَعْطِنِي رِجْلَكَ أَعْقِلْكَ فاعطاه رجله يعقله فنفحها فَأَطَنَّهَا من الفخذ وتركه فقال أَجْهِزْ عليّ فقال لا احبّ الا تموت حتى أُمِضَّكَ وكان مع عَفِيف عدّة من ولد ابيه فاصيبوا لَيْلَتَئِذٍ وجعل ٱلْحُطَمُ لا يمرّ به في الليل احد من المسلمين الا قال هل لك في ٱلْحُطَمِ ان تقتله ويقول ذاك لمن لا يعرفه حتى مرّ به قيس بن عاصم فقال له ما لك فمال عليه فقتله فلما راى فخذه نادرة قال وَا سَوْءَتَاهْ لو علمت الذي به لم احرّكه وخرج المسلمون بعد ما احرز الخندق على القوم يطلبونهم فاتبعوهم فلحق قيس بن عاصم أَبْجَرَ وكان فرس أَبْجَرَ اقوى من فرس قيس فلما خشي ان يفوته طعنه في ٱلْعُرْقُوبِ فقطع ٱلْعَصَبَ وسلم ٱلنَّسَا فكانت زاردة فقال عفيف بن المنذر

أَإِنْ يُرْقَأُ ٱلْعُرْقُوبُ لَا يُرْقَأُ ٱلنَّسَا ... وَمَا كُلُّ مَنْ يَهْوِي بِذٰلِكَ عَالِمُ
أَلَمْ تَرَ أَنَّا قَدْ فَلَلْنَا حُمَاتَهُمْ ... بِأُسْرَةِ عَمْرٍو وَٱلرِّبَابُ ٱلْأَكَارِمُ

وَأُسِرَ عَفِيفُ بن المنذر ٱلْغُرُورُ بن سويد فكلّمته ٱلرِّبَابُ فيه وكان ابوه ابن اخت لِتَيْمٍ وسالوه ان يجيره فقال العلاء اني قد أَجَرْتُ هذا قال ومن هذا قال الغرور قال انت غررت هولاء قال ايها الملك اني لست بالغرور ولكن المغرور قال

ut ad Tajjitas contendere possim." Dixit autem haec homini ebrio; qui, morem ei gerens, in jumentum eum imposuit, commeatuque instructum dimisit. Tum Abd alla ben hadsf ad Moslemorum castra reversus, hostes vino obrutos esse nuntiavit. Statim egressi Moslemi in castra hostium irruperunt, gladiisque destrictis ad libidinem suam in eos saevierunt; hostes vero fugientes in fossam se praecipitabant. Erant ex iis, qui discursantes se ex periculo eripiebant; alii vero obstupefacti aut trucidabantur, aut capiebantur. Quae in castris aderant impedimenta, iis Moslemi potiti sunt, neque fugientium quis secum abstulit nisi ea quibus indutus erat. Evasit inde Abdscher; El hotamum vero torpedo ita occupaverat terrorque, ut spem abjecisset; at mox tamen, quum insequentes Moslemi ordinibus hostium jam se immiscerent, ad equum suum perrexit, in eum inscensurus. Sed quum in stapedem pedem imponeret, fractus est. Accessit eo forte Afif ben el mondsir, homo e tribu Amr ben temim ortus. El hotam vero fidem hominum implorans: „nonne vir aliquis adest, inquit, ex tribu Kais ben thaalaba ortus, qui me constringat?" Quae quum alta voce clamaret, ille vocem ejus recognoscens: „tune Abu dobeia?" inquit. Respondit: imo vero. Tum Afif: „porrige mihi pedem, ut te constringam." Cui quum pedem ille porrexisset ad constringendum, gladio pedem percussit, et a femore abscidit; quo peracto abiit. El hotam vero: nunc quidem confice me! Sed Afif: „nolim te mori a me vexatum." Secum habuerat Afif aliquot suos gentiles, qui illa nocte vulnerati fuerant. Deinde El hotam, quoties illa nocte aliquis Moslemus eum transiit, toties ad eum clamavit: „nonne tui interest interficere El hotamum?" Quae posteaquam multis, qui eum non noverant, jam dixerat, accessit denique Kais ben âssem; qui illi: „quid agis?" moxque irruens eum occidit. Laceratum femur vero conspiciens: „pro ignominia, inquit; quodsi scissem, quae ei jam inflicta erant, eum non tetigissem." Moslemi, posteaquam a fossa intercluserant hostes, ad consectandos eos persequendosque egressi sunt, atque Abdscherum assequutus est Kais ben âssem. Quum vero equus Abdscheri fortior esset quam equus Kaissi, metuens Kais, ne ille effugeret, suffraginem illius percussit, dissecuitque nervum; illaesa vero mansit vena tibiae. Erat enim lorica indutus. Dixit propterea Afif ben el mondsir:

1. Nonne, ubi deletur nervus, deletur etiam vena?
Neque quicunque exsurgit hanc jam comperit rem.
2. Nonne vidisti defensores illorum fugasse nos
Cum sobole Amritarum, Ribâbitasque illustres?

Quum Afif ben el mondsir cepisset El garûrum ben soweid, Ribâbitae de eo dimittendo cum Afifo locuti sunt, quoniam illius pater fuerat filius sororis Teimitarum, rogaveruntque ut tutum eum praestaret. Dixit autem ipse El alâ: „tutum hunc hominem praesto." Tum ille: „quisnam hic est?" Respondit: „El garûr." Itaque ille: „tu illos homines decepisti." El garûr vero: „o rex, inquit, non sum El garûr, *i. e. decipiens*, sed potius El magrûr, *i. e. deceptus.*"

أَسْلِمْ فاسلم وَبَقِيَ بِهَجَرَ وكان اسمه الغرور وليس بلقب وقيل عفيف بن المنذر بن سويد بن المنذر فاصبح العلاء فَقَسَمَ ٱلْأَنْفَالَ وَنَفَّلَ رِجَالًا من اهل ٱلْبَلَاءِ ثِيَابًا فكان فيمن نَفَّلَ عفيف بن المنذر وقيس بن عاصم وَثُمَامَةُ بْنُ أُثَالٍ وقدما ثمامة فَنُفِّلَ ثيابا فيها خميصة ذات اعلام كان ٱلْحُطَمُ يُبَاهِي فيها وباع الثياب وَقَصَدَ عُظْمُ ٱلْفُلَّالِ لِدَارِينَ فركبوا اليها السفن ورجع الاخرون الى بلاد قومهم فَكَتَبَ العلاء بن الحضرميّ الى من اقام على اسلامه من بكر بن وايل فيهم وارسل الى عُتَيْبَةَ بْنِ ٱلنَّهَّاسِ والى عامر بن عبد الاسود بِلُزُومِ ما هم عليه والقعود لاهل ٱلرِّدَّةِ بكلّ سبيل وامر مِسْمَعًا بِمُبَادَرَتِهِمْ وارسل الى خَصَفَةَ التيميّ وَٱلْمُثَنَّى بْنِ حَارِثَةَ الشيبانيّ فاقاموا لِأُولَئِكَ بالطريق فمنهم مَنْ أَنَابَ فَقُبِلُوا منه واشتملوا عليه ومنهم مَنْ أَبَى ولجّ فمنع من الرجوع فَرَجَعُوا عَوْدَهُمْ عَلَى بَدْئِهِمْ حتى عبروا على دَارِينَ فجمعهم الله بها وقال فى ذلك رجل من بنى ضُبَيْعَةَ بْنِ عِجْلٍ يُدْعَى وَقْبَا يُعَيِّرُ من ارتدّ من بكر بن وايل

أَلَمْ تَرَ أَنَّ ٱللَّهَ يَسْبِكُ خَلْقَهُ ... فَيُخْبِثَ أَقْوَامًا وَيَصْفُو مَعْشَرُ

مَحَا ٱللَّهُ أَقْوَامًا أُصِيبُوا بِخَنْعَةٍ ... أَصَابَهُمُ زَيْدُ ٱلضَّلَالِ وَمَعْمَرُ

قَالَ وَلَمْ يَزَلِ ٱلْعَلَاءُ مُقِيمًا فى عسكر المشركين حتى رجعت اليه ٱلْكُتُبُ مِنْ عِنْدِ مَنْ كَتَبَ اليه من بكر بن وايل وبلغه عنهم القيام بامر الله والغضب لدينه فلما جاءه عنهم من ذلك ما كان يشتهى أَيْقَنَ انه لن يُؤْتَى من خلفه بشى يكرهه على احد من اهل البحرين وَنَدَبَ ٱلنَّاسَ إِلَى دَارِينَ ثم جمعهم فخطبهم فقال إنّ الله قد جمع لكم احزاب الشياطين وَشَرَّدَ الحرب فى هذا البحر وقد اراكم من آيَاتِهِ فى ٱلْبَرِّ لتعتبروا بها فى البحر فَٱنْهَضُوا الى عدوّكم ثم استعرضوا البحر اليهم فان الله قد جمعهم فقالوا نفعل ولا نهاب والله بعد الدهناء هولاء ما بَقِينَا وارتحل وارتحلوا حتى اذا اتى ساحل البحر اقتحموا على الصاهل والحامل والشاحج والناهق والراكب والراجل ودعا ودعوا وكان من دُعَائِهِمْ يَا أَرْحَمَ الراحمين يا

Tum El alâ: „islamismum amplectere!" Atque islamismum amplexus El garûr in provincia Hedscherensi mansit. Nomen ei erat El garûro, neque hoc pro cognomine habendum est. Illum vero fuisse dicunt Afifum ben el mondsir ben soweid ben el mondsir. Postero die praedam partitus est El alâ, virisque probatae virtutis pro manubiis dedit vestes. Fuerunt autem ex iis, quibus manubias dedit, Afif ben el mondsir, et Kais ben âssem, ac Thomâma ben othâl. Sed praetulerunt illi Thomâmam; quam ob rem pro manubiis vestes accepit, inter quas tunica quaedam erat signis distincta, qua superbiens indutus fuerat El hotam; vestes ille vendidit. Major fugientium pars ad castellum Dârin tetendit, navibusque vecta eo pervenit; caeteri intra suae gentis fines quique reversi sunt. El alâ ben el hadrami vero ad eos ex tribu Bekr ben wâjel ortos homines, qui in islamismo perstiterant, litteras dedit, nuntiisque missis Ojeinam ben ennahhâs et Amerum ben abd el aswad constanti animo esse jussit, omnique modo obsistere apostatis. Mismaum praevenire illos jussit, nuntiosque ad Chassafam Teimitam quoque misit et El mothannam ben hâretha Scheibânitam. Hi itaque illis viam praecluserunt. Unde factum est, ut nonnulla apostatarum pars ad frugem rediret, et in gratiam admissa a Moslemis reciperetur, alia vero pars illis reniteretur infesta, reditumque prohiberet. Quae pars retro recta referens pedem ad castellum Dârin trajecit, quo eos omnes Deus coegit. Tum quidam e tribu Dobeia ben idschl ortus vir, cui nomen Wahab erat, hos versus pepigit, eos e tribu Bekr ben wâjel ortos homines, qui apostatae facti erant, insectans:

1\. Nonne tu Deum vidisti liquasse suos homines,
Ut rejiceret alios, pursusque evaderet coetus alius?
2\. Male dicat Deus hominibus perfidia contaminatis,
Quos contaminaverunt impius Soid atque Mamer.

Ait narrator: El alâ in castris polytheïstarum mansit, quoad litterae eorum hominum e tribu Bekr ben wâjel ortorum, ad quos ipse litteras dederat, ad eum relatae sunt, atque ex iis comperit, illos homines quae a Deo imperata essent facturos religionemque tuituros esse. Quibus de rebus quum quae exoptata sibi essent cognovisset, nulla jam quae alicui Bachreinensi molesta essent a tergo suscitatum iri intellexit, hominesque ad castellum Dârin aggredi jussit. Convocatis militibus dixit haec: „ipse Deus vobis nunc coegit agmina daemonum, bellumque in hoc mare protrusit. Quaedam sua miracula jam vobis edidit terra, ut iis commonefieretis mari. Itaque ad hostes contendite mare ingressi; ipse enim Deus illos coegit." Cui milites: „faciemus hoc, neque, per Deum, post ea quae in Eddahnâa evenerunt, unquam hos homines expavescemus, quoad vivemus." Profectus cum exercitu ad littus maris pervenit, ubi in equos, camelos, mulos, equites pedítesque promiscue se projecerunt. Precationes pronuntiarunt dux milítesque; ex quibus haec erant: „o misericordium misericordissime! o benigne! o mansuete! o unice! o aeterne! o vivax!

كَرِيمُ يا حليم يا احد يا صَمَدُ يا حىّ يا مُحْيِى ٱلْمَوْتَى يا قيوم لا إِلَهَ الا انت يا رَبَّنَا فاجازوا ذلك الخليج باذن الله جميعا يمشون على مثل رملة مشيا فوقها ما يُغْمَرُ اخفاف الابل وَإِنَّ ما بين الساحل وَدَارِينَ مسيرة يوم وليلة لسفن البحر فى بعض الحالات فالتقوا واقتتلوا قتالا شديدا فما تركوا بها مُخْبِرًا وسبوا الذرارى واستاقوا الاموال فبلغ نَفْلُ الفرس ستة الاف والراجل الفين وقطعوا اليهم وساروا يومهم فلما فرغوا رَجَعُوا عَوْدَهُمْ عَلَى بَدْئِهِمْ حتى عبروا وفى ذلك يقول عفيف بن المنذر

أَلَمْ تَرَ أَنَّ ٱللَّهَ ذَلَّلَ بَحْرَهُ ... وَأَنْزَلَ بِٱلْكُفَّارِ إِحْدَى ٱلْجَلَائِلِ

دَعَوْنَا إِلَى شَقِّ ٱلْبِحَارِ فَجَاءَنَا ... بِأَعْجَبَ مِنْ فَلْقِ ٱلْبِحَارِ ٱلْأَوَائِلِ

قال ولما رجع ٱلْعَلَاءُ الى البحرين وضرب الاسلام فيها بِجُرَانِهِ وَعَزَّ الاسلام واهله وَذَلَّ ٱلشِّرْكُ واهله اقبل الذين فى قلوبهم ما فيها على ٱلْإِرْجَافِ فَأَرْجَفَ مُرْجِفُونَ وقالوا هذاك مفروق قد جمع رهطه من شَيْبَانَ وَتَغْلِبَ وَٱلنَّمِرِ فقال لهم اقوام من المسلمين إِذًا تَشْغَلُهُمْ عَنَّا ٱللَّهَازِمُ واللهازم يومئذ قد اجتمع امرهم على نصر العلاء وطابقوا وقال عَبْدُ ٱللَّهِ بْنُ حَذْفٍ فى ذلك

لَا تُوعِدُونَا بِمَفْرُوقٍ وَأُسْرَتِهِ ... إِنْ يَأْتِنَا يَلْقَ فِينَا سُنَّةَ ٱلْحُطَمِ

وَإِنَّ ذَا ٱلْحَيَّ مِنْ بَكْرٍ وَإِنْ كَثُرُوا ... لَأُمَّةٌ دَاخِلُونَ ٱلنَّارَ فِى أُمَمِ

فَٱلنَّخْلُ ظَاهِرُهُ خَيْلٌ وَبَاطِنُهُ ... خَيْلٌ تَكَدَّسُ بِٱلْفِتْيَانِ فِى ٱلنَّعَمِ

وَأَقْفَلَ ٱلْعَلَاءُ بْنُ ٱلْحَضْرَمِىِّ بِٱلنَّاسِ فرجع الناس الا من أَحَبَّ المقام فقفلنا وقفل ثُمَامَةُ بْنُ أُثَالٍ حتى اذا كان على ماء لبنى قيس بن ثعلبة فَرَأَوْا ثُمَامَةَ وَرَأَوْا خَمِيصَةَ ٱلْحُطَمِ عليه وَدَسُّوا رجلا وقالوا سَلْهُ عنها كيف صارت له وعن ٱلْحُطَمِ اهو قتله او غيره فاتاه فَسَأَلَهُ عنها فقال نُفِّلْتُهَا قال انت قتلت ٱلْحُطَمَ قال لا وَلَوَدِدْتُ أَنِّى كنت قتيله قال فما بال هذا يا رجل خميصته

o vivificator defunctorum! o perdurans! nullus praeter te deus est, o domine noster!" Trajecerunt illud fretum omnes adjuvante Deo, quasi in pulvino arenoso ita iter facientes, ut, dum in eo incedebant, ne camelorum ungulae quidem aqua submergerentur, etsi iis, qui a littore ad castellum Dârin navibus onerariis vehuntur, per diem noctemque nonnunquam navigandum sit. Signis deinde collatis acerrimo pugnatum est; neque Moslemi aliquem reliquum fecerunt, qui nuntium perferret. Mulieres abduxerunt captivas, abegeruntque greges; praedae equitis summa fuit sexies, peditis bis mille. Qui ad illos trajecerunt, toto die iter fecerunt, atque, negotio confecto, retro recta retulerunt pedem, donec fretum transierunt. In quas res haec dixit Afif ben el mondsir:

1. Nonne tu Deum vidisti depressisse mare suum,
Atque paganis inflixisse cladem quandam gravem?
2. Quum maria trajicere nos juberent, rem ille peregit,
Quae mirabilior fuit quam divisio marium priscorum.

Ait narrator: posteaquam El alâ in provinciam Bachreinensem redierat, atque islamismus sedem ibi ita fixerat, ut ipse et qui eum amplexi erant bene vigerent, polytheïsmus vero et qui eum amplectebantur in contemtum adducerentur, homines ii, quorum corda odio tenebantur, rumores spargere coeperunt. Qui frementes: „singulus homo ille est, inquiebant; jam vero convenerunt ejus gentiles, Scheibânitae, Taglebitae Namiritaeque." Responderunt nonnulli Moslemi: „tum illos Lehâsimitae a nobis arcebunt." Lehâsimitae enim eo tempore inter se constituerant, ut El alâum ipsi adjuvarent, cum eo consentientes. In quam rem haec dixit Abdalla ben derf:

1. Nolite minari nobis hominem singulum ejusque proximos;
Quodsi nos patet, apud nos luet poenam El hotamo inflictam.
2. Tribus illa Bekritica equidem, etiamsi numero polleat,
Gens profecto est, quae cum aliis gentibus delabetur in ignem.
3. In Eunachla extrinsecus exstant equi, atque intrinsecus
Etiam equi, qui secum advehunt juvenes bene munitos.

Tum El alâ ben el hadrami redeundi potestatem fecit hominibus. Itaque reversi sunt homines, iis exceptis, qui in eo loco remanere malebant. Reversi sumus etiam nos, reversusque est Thomâma ben othâl, qui ad aquam quandam tribus Kais ben thaalaba accessit. Quo loco quum aliquot homines Thomâmam conspexissent tunica El hotami indutum, exploratorem quendam emiserunt, eique dixerunt: „interroga illum de tunica, et quomodo eam nactus sit, atque de El hotamo, utrumque ipse eum interfecerit, an alius quidam." Thomâmam igitur adiit homo, cumque de tunica interrogavit. Cui Thomâma: „pro manubiis eam accepi." Ille vero: „tu itaque El hotamum interfecisti." Respondit: „minime quidem; at ab illo interfectum me esse vellem." Tum ille: „quid haec sibi volunt, o homo? tunicam illius habes." Respondit Thomâma:

معك قال أَلَمْ أُخْبِرْكَ فرجع اليهم فاخبرهم فتجمعوا اليه ثم اتوه فاحتوشوه فقال ما لكم قالوا انت قاتل ٱلْحُطَم قال كذبتم لست بقاتله ولكن نُفَلْنِيهَا قالوا هل يُنَفَّلُ الا القاتل قال انها لم تكن عليه انما وُجِدَتْ فى رَحْلِهِ قالوا كذبت فاصابوه وكان مع المسلمين رَاهِبٌ فى هَجَرَ فاسلم يومئذ فقيل ما دعاك الى الاسلام قال ثَلَثَةُ أَشْيَآء خشيت ان يمسخنى الله بعدها ان انا لم افعل فيض فى الرمال وتمهيد فى اثباج البحار ودعاء سمعته فى عسكرهم فى ٱلْهَوَآء من ٱلسَّحَرِ قالوا وما هو قال ٱللَّهُمَّ انت الرحمن الرحيم لَا إِلَهَ غَيْرُكَ وَٱلْبَدِيعُ ليس قبلك شى والدايم غير الغافل والذى لا يموت وخالق ما يُرَى ولا يُرَى وكلَّ يوم انت فى شَأْنٍ وعلمت ٱللَّهُمَّ كلَّ شى بغير تَعَلُّمٍ فَعَلِمْتُ ان القوم لم يعانوا بالملايكة الا وهم على امر الله فلقد كان اصحاب النبى صلى الله عليه يسمعون من ذلك ٱلْهَجَرِيِّ بَعْدُ وكتب العلاء الى ابى بكر رحمه الله أَمَّا بَعْدُ فَإِنَّ ٱللَّهَ تَبَارَكَ وَتَعَالَى فَجَّرَ لَنَا ٱلدَّهْنَآء فيضا لا يرى غواره وارانا آيَةً وَعِبْرَةً بَعْدَ غَمٍّ وَكَرْبٍ لنحمد الله ونمجده فَٱدْعُ ٱللَّهَ واستنصر بجنوده وعوان دينه فحمد ابو بكر الله ودعاه وقال ما زالت العرب تحدث عن بلدانها يقولون إِنَّ لُقْمَانَ حِينَ سُئِلَ عَنِ ٱلدَّهْنَآء يحتفرونها او يَدَعُونَهَا نهاهم وقال لا تبلغها ٱلْأَرْشِيَةُ ولم تُقِرَّ العيون وَإِنَّ شَأْنَ هذا الفيض من عظيم ٱلْآيَاتِ وما سمعنا به فى أُمَّةٍ قبلها اللهم أَخْلِفْ محمدا فينا ثم كتب اليه العلاء بهزيمة اهل الخندق وَقَتْلِ ٱلْحُطَمِ قَتَلَهُ زَيْدٌ وَمِسْمَعٌ أَمَّا بَعْدُ فَإِنَّ ٱللَّهَ تَبَارَكَ ٱسْمُهُ سَلَبَ عَدُوَّنَا عُقُولَهُمْ واذهب ريحهم بشراب اصابوه من النهار فاقتحمنا عليهم خندقهم فوجدناهم سُكَارَى فقتلنا الا الشريد وقد قتل الله الحطم فكتب اليه ابو بكر أَمَّا بَعْدُ فَإِنْ بَلَغَكَ من بنى شيبان بن ثعلبة تمام على ما بلغك وَخَاضَ فيه المشركون فابعث اليهم جُنْدًا فَأَوْطِئْهُمْ وَشَرِّدْ بهم من خلفهم فلم يجتمعوا ولم يَصِرْ ذلك من إِرْجَافِهِمْ الى شى

„nonne rem jam tibi exposui?“ Rediit ad suos explorator, responsumque retulit. His cognitis homines illi ad Thomâmam perrexerunt, propiusque accedentes eum cinxerunt. Quibus Thomâma: „quid molimini?“ Illi autem: „tu interfector El hotami es.“ Thomâma vero: „mentimini hoc. Interfector illius non sum; tunicam pro manubiis accepi.“ Atque illi: „quisnam alius manubias accipit, nisi interfector?“ Respondit Thomâma: „indutus ea non erat, sed in ejus supellectile reperta est.“ Tum illi: „mentiris“ eumque percusserunt. Apud Moslemos in provincia Hedscherensi monachus quidam adfuit, qui eo tempore islamismum amplexus est. Cui quum dicerent: „quaenam ad islamismum amplectendum te adduxerunt?“ respondit: „tres quidem res, quas posteaquam compereram, metuebam, ne Deus supplicio me afficeret, si Moslemus non fierem; aqua in arenis data, fluctus maris complanati, et precatio quaedam, quam in illorum exercitu primo mane in aëre pronunciatam audivi.“ Atque illi: „quaenam ea fuit?“ Tum haec monachus: „o Deus! tu misericors es miseratorque, praeter quem non exstat Deus alius, et procreator, ante quem nulla res exstitit, et perennis, qui socordia non afficitur, atque is, qui numquam morietur, et quum eorum quae cernuntur, tum eorum quae non cernuntur, conditor. Quotidie tu in operando versaris, omniaque, o Deus, cognita habes sine inquisitione ulla. Intellexi vero, homines ab angelis non adjuvari, nisi ipsi rem Dei procurent.“ Quo Hedscherita magistro deinde usi sunt ipsi familiares prophetae, cui bene dicat Deus. El alâ vero ad Abubekrum, cujus misereatur Deus, has litteras dedit: „deinde scias haec. Venerandus adorandusque Deus gloriosam nobis reddidit Eddahnâam. Pervicit impercepto nisu, nobisque miraculum et insigne exemplum post lacrymas et moerores exhibuit, ut Deum veneraremur laudibusque celebraremus. Tu itaque Deum precare, opemque pete ab ejus agminibus, ejusque religionis propugnatoribus.“ Quibus cognitis Abu bekr Deum laudibus extulit, cumque precatus: „de terris suis, inquit, quum multa tradere soleant Arabes, tum narrarunt etiam haec. Interrogatus Lokmân de Eddahnâa, utrum fodienda esset, an relinquenda, fodi eam vetuit, dixitque: neque funes ejus aquam adtingent, neque fontes ipsa retinet. Ergo aqua illa data non fuit nisi insigne miraculum, quale miraculum unquam antea apud ullam gentem editum esse non comperimus. O Deus, fac ut Mohammedem revereamur.“ Deinde El alâ litteris datis Abu bekrum certiorem fecit, fugatos esse hostes, qui fossam duxissent, occisumque esse El hotamum, et quidem a Seido et Mismao; scripsitque ita: „deinde scias haec. Deus, cujus nomen venerandum est, hostes intelligentia exuit, eorumque prudentiam expulit potu, quem interdiu hauserant. Itaque in eorum fossam irruimus, eosque invenimus vino obrutos. Tum illos concidimus, iis exceptis, qui fugae se commiserunt, ipsumque El hotamum peremit Deus.“ Abu bekr vero ad illum sic rescripsit: „deinde scias haec. Quodsi certior fias, tribum Scheibân ben thaalaba ea quae ad te adlata sunt re vera suscepisse, hominesque polytheïstae rem illam serio moliantur, immisso exercitu eos cohibe, a tergo eos lacessens.“ Sed non coierunt illi, rumorque hic ab iis sparsus ad nihilum recidit.

ذِكْرُ ٱلْخَبَرِ عَنْ رِدَّةِ أَهْلِ عُمَانَ وَمَهْرَةَ وَٱلْيَمَنِ ❊ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ رَحِمَهُ ٱللّٰهُ وَقَدِ ٱخْتُلِفَ فِي حَرْبِ ٱلْمُسْلِمِينَ هَاؤُلَآءِ فقال محمد بن اسحق فيما حدّثنا ٱبْنُ حُمَيْدٍ عن سَلَمَةَ عنه كان فَتْحُ اليمامة واليمن والبحرين وَبَعْثُ الجنود الى الشام فى سَنَةِ ٱثْنَتَىْ عَشْرَةَ واما ابو زيد فحدّثنى عن ٱلْمَدَائِنِيِّ فى خبرٍ ذكره عن ابى مَعْشَرٍ ويزيد بن عِيَاضٍ وَجُعْدُبَةَ وابى عبيدة بن محمد بن ابى عبيدة وَغَسَّانِ بن عَبْدِ ٱلْحَمِيدِ وَجُوَيْرِيَةَ بْنِ أَسْمَآءَ بِإِسْنَادِهِمْ عن مشيختهم وغيرهم من علماء اهل الشام والعراق أَنَّ الفتوح فى اهل ٱلرِّدَّةِ كُلَّهَا كانت التى لخالد بن الوليد وغيره فى سَنَةِ إِحْدَى عَشْرَةَ الا امر ربيعة بن بُجَيْرٍ فانه كان فى سنة ثَلَثَ عَشْرَةَ وقصّة ربيعة بن بُجَيْرٍ التغلبىّ أَنَّ خالد بن الوليد فيما ذكر فى خبره هذا الذى ذكرت عنه بالمصيّخ والحصيد فقام ربيعة وهو فى جمع من المرتدّين فقاتله وغنم وسبى واصاب ٱبْنَةً لربيعة بن بُجَيْرٍ فسباها وبعث بالسبىّ الى ابى بكر رحمة الله عليه فصارت ابنة ربيعة الى علىّ بن ابى طالب عليه ٱلسَّلَمُ

فَأَمَّا أَمْرُ عُمَانَ فَإِنَّهُ كان فيما كتب إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ بن يحيى يُخْبِرُنِي عن شعيب عن سيف عن سهل بن يوسف عن ٱلْقَسِمِ بن ٱلْفُضَيْلِ بن ٱلْقَسِمِ وَمُوسَى ٱلْجَلِيُوسِيِّ عن ٱبْنِ مُحَيْرِيزٍ قالوا نَبَغَ بِعُمَانَ ذُو ٱلتَّاجِ لَقِيطُ بْنُ مَالِكٍ ٱلْأَزْدِيُّ وكان يسامى فى الجاهلية ٱلْجُلُنْدَى وَٱدَّعَى بمثل ما ٱدَّعَى من كان نَبِيًّا وغلب على عُمَانَ وَأَلْجَأَ جَيْفَرًا وَعَبْدًا الى الاجبال والبحر فبعث جَيْفَرٌ الى ابى بكر يخبره بذلك ويستجيشه عليه فبعث اليه ابو بكر ٱلْحِمْيَرِيَّ حُذَيْفَةَ بْنَ مِحْصَنٍ ٱلْغَلْفَانِيَّ مِنْ حِمْيَرَ وَعَرْفَجَةَ البارقىّ من الازد

Caput duodecimum.

Reprimuntur apostatae Omânenses, Mehrenses et Jemenenses.

Exponitur defectio Omânensium, Mehrensium et Jemenensium. Ait Abu dschafer, cujus misereatur Deus: de bello, quod illis hominibus intulerunt Moslemi, dissensio est. Tradidit quidem Mohammed ben ishâk, ut perhibet Ebn homeid auctore Salama, qui ex Mohammede hoc comperernt, debellatas esse El jemâmam, atque El jemen et El bachrein, itemque in Syriam emissos esse exercitus anno duodecimo. Sed Abu seid hoc mihi exposuit, quod El madâïni tradiderat in quadam narratione, quam se audivisse dicebat ex Abu maascher, et Jesid ben ijâd, atque Dschoodabe, et Abu obeida ben mohammed ben abi obeida, et Gassân ben abd el hamid, atque Dschoweirije ben esmâ, qui a suis magistris aliisque hominibus doctis, quum Syris, tum Irâkensibus, id se accepisse affirmabant; scilicet victorias, quas ex apostatis retulerunt Châled ben el walid aliique, anno undecimo partas esse omnes, praeter expeditionem unam, quae contra Rebiam ben bodscheir suscepta est anno tertio decimo. Cui Rebiae ben bodscheir quae acciderunt, haec sunt. Chaled ben el walid, ut in ejus historia perhibetur, quam ab eo acceptam tradidi, quum in El mosbach et El hassid adesset, prodiit Rebia cum agmine ex apostatis conflato. Itaque signa cum eo contulit Châled, praedamque abstulit et captivos; incidit ibi etiam in filiam Rebiae ben bodscheir, eamque abduxit. Captivis deinde ad Abu bekrum, quem misericordia amplectatur Deus, transmissis, Rebiae filia obtigit Alio ben abi taleb, cui bene dicatur.

In provincia Omânensi vero gesta sunt haec; de quibus ad me scripsit Essurri ben jachja, referens ea, quae ex Schoaibo audiverat, cui tradita fuerant a Seifo, qui ex Sahl ben jussuf ea compererat, cui tradita fuerant ab El kassem ben el gosn ben el kassem, atque Mûssa Dscheljûsita, qui ab Ebn mohairis ea cognoverant. Ita rem exponunt: prodiit in provincia Omânensi Dsuttâdsch lakit ben mâlek Eedita, qui tempore paganismi ipsum Dschulundam aemulabatur, sibique ea tribui volebat, quae sibi tribui volunt prophetae; qui mox Omâna potitus, Dschaifarum et Abdum in montes marisque littora compulit. Sed Dschaifar de his rebus certiorem fecit Abu bekrum, atque ab eo petiit, ut exercitum contra illum emitteret. Abu bekr essiddik itaque Hodseifam ben michsan Galfânitam ex Himjaritis, et Arfadscham Bârekitam ex Es-

حذيفة الى عُمَانَ وعرفجة الى مَهْرَةَ وامرهما إنِ ٱتَّفَقَا أَنْ يَجْتَمِعَا عَلَى مَنْ بُعِثَا إِلَيْهِ وأَنْ يَبْتَدِيَا بِعُمَانَ وحذيفة على عرفجة فى وجهه فخرجا متساندين وامرهما أَنْ يُجِدَّا السير حتى تقدّما عُمَانَ فاذا كانا فيها قريبا كَاتَبَا جَيْفَرًا وَعَبْدًا وَعَمِلَا بِرَأْيِهِمَا فَمَضَيَا لِمَا أُمِرَا بِهِ وقد كان ابو بكر بعث عكرمة الى مسيلمة باليمامة واتبعه شرحبيل وطلب حُظْوَةَ ٱلظَّفَرِ فكلّمه مسيلمة فَأَحْجَمَ عن مسيلمة وكتب الى ابى بكر بالخبر واقام شرحبيل عليه حين بلغه الخبر فكتب ابو بكر رحمة الله عليه الى شرحبيل بن حَسَنَةَ أَنْ أَقِمْ بِأَدْنَى اليمامة حتى ياتيك امرى وَتَرَكَ أَنْ يُمْضِيَهُ لوجهه الذى وجّهه له وكتب الى عِكْرِمَةَ يعنّفه لِتَسَرُّعِهِ ويقول لا أَرَيَنَّكَ وَلَا أَسْمَعَنَّ بِكَ الا بعد بلاء وَٱلْحَقْ بعمان حتى تُقَاتِلَ اهل عمان وَتُعِينَ حُذَيْفَةَ وعرفجة وكُلُّ واحد منكم على خيله وحذيفة ما دُمْتُمْ على عَمَلِهِ على الناس فاذا فرغتم فَٱمْضِ الى مَهْرَةَ ثم لِيَكُنْ وجهك منها الى اليمن حتى تُلَاقِيَ المهاجر بن ابى اميّة باليمن وحضرموت وَوَاطِئْ مَنْ بين عمان واليمن ممن ارتدّ وَلْيَبْلُغْنِي بَلَاؤُكَ فمضى عكرمة فى إِثْرِ عرفجة وحذيفة فيمن كان معه حتى لحق بهما قبل ان يَنْتَهِيَا الى عمان وقد عُهِدَ اليهم أَنْ يَنْتَهُوا الى راى عكرمة بعد الفراغ فى السير معه او المقام بِعُمَانَ فلما تلاحقوا وكانوا قريبا من عُمَانَ بمكان يُدْعَى رِجَامًا راسلوا جَيْفَرًا وَعَبْدًا وبلغ لَقِيطًا مَجِيءُ الجيش فجمع جموعه وعسكر بِدَبَا وخرج جَيْفَرٌ وَعَبْدٌ من موضعهما الذى كانا فيه فعسكرا بِصُحَارٍ وبعثا الى حذيفة وعرفجة وعكرمة فى القدوم عليهما فقدموا عليهما بِصُحَارٍ فاستبرءوا ما يَلِيهِمْ حتى رَضُوا ممن يليهم وكانوا رُؤُوسَ مع لَقِيطٍ وَبَدَأُوا بسيد بنى جَدِيدٍ فكاتبهم وكاتبوه حتى ٱرْفَضُّوا عنه وَنَهَدُوا الى لقيط فالتقوا على دَبَا وقد جمع لقيط العيالات فجعلهم وَرَآءَ صفوفهم لِيُحَرِّبَهُمْ وليحافظوا على حُرَمِهِمْ وَدَبَا هِيَ ٱلْمِصْرُ والسوق العظمى فاقتتلوا بِدَبَا قتالا شديدا وكان لقيط يستعلى الناس فبيناهم كذلك قد راى المسلمون ٱلْخَلَلَ وراى المشركون الظفر جَآءَتْ المسلمين مَوَادُّهُمْ

ditis eo misit, et quidem Hodseifam in Omânenses, Arfadscham vero in Mehreuses, iisque hoc mandavit, ut, quum coivcrint, junctis viribus in eos invaderent, in quos ipsi emissi essent, primamque aggrederentur Omânam; Arfâdschae vero praepositum esse voluit Hodseifam in regione sua. In viam igitur illi se dederunt, sibi invicem innixi; festinare autem iter eos jusserat Abu bekr, quoad in Omânam pervenissent. A qua terra quum propius abessent, ad Dschaifarum et Abdam litteras dederunt, eorumque consilio usi, rem sibi mandatam persequi coeperunt. In El jemâmam autem ad opprimendum Moseilemam Abu bekr jam emiserat Ikrimam, quem mox subsequi jussit Schorachbilum. Tum Ikrima, quum victoriae gloriam praeripere voluisset, a Moseilema repulsus est; itaque a Moseilema recessit, et Abu bekro quae acciderant scripsit. Schorachbil vero, de his rebus certior factus, substitit, illum exspectans. Atque Abu bekr, quem misericordia amplectatur Deus, ad Schorachbilum ben hassana scripsit haec: „subsiste in infima El jemâma, quoad mandata mea ad te perferentur;“ jam itaque Schorachbilum noluit recta eo procedere, quo missus fuerat. Ikrimae vero Abu bekr properationem exprobravit, scripsitque haec: „te coram spectare nolo, neque audire, nisi post virtutem praestitam. In Omânam nunc contende, et Omânensibus bellum infer, Hodseifam et Arfadscham adjuturus. Equitibus suis quisque vestrum praesit; Hodseifa autem, dum in ejus territorio aderitis, praesit hominibus. Qua re confecta, ad Mehram contende; deinde in provinciam Jemenensem perge, teque conjunge El mohâdschero ben omajja in provinciis Jemenensi et Hadramautensi commoranti. Qui inter Omânam et El jemenam supersunt apostatae, eos reprime, atque fac, ut virtutem te praestitisse mihi nuntiatur.“ Itaque Ikrima cum agmine suo Arfadscham et Hodseifam subsequutus est, seque iis prius conjunxit, quam in Omânam pervenerant. Hoc autem illis praeceptum fuerat, ut post rem confectam consilio Ikrimae ipsi obtemperarent, aut iter cum eo facturi, aut in Omâna permansuri. Posteaquam igitur agmina conjunxerant, et ad fines Omânae jam pervenerant, e loco quodam, qui Ridschâm nuncupatur, ad Dschaifarum et Abdum nuntios miserunt. Lakît vero, de exercitus adventu certior factus, suos convocavit, castraque posuit ad Dabam. Mox etiam Dschaifar et Abd ex eo, quo se receperant, recessu prodierunt, atque ad Sochâram castra metati, Hodseifam et Arfadscham Ikrimamque ad se accedere jusserunt. Qui itaque quum ad Sochâram illis se junxissent, vicinorum hominum consilia explorarunt, quoad de hac re securi facti sunt. Aderant apud Lakitum nonnulli principes; quorum primum adgressi sunt Hadiditarum ducem. Litteras ad eos dedit, eique rescripserunt; deinde cum illi reliquerunt, ad Lakîtum transeuntes. Signa contulerunt ad Dabam; quo loco Lakit mulieres liberosque pone aciem constituit, ut ea re milites incenderet, ipsique pro mulieribus fortiter propugnarent. Erat autem Daba urbs primaria et emporium frequens. Acerrime ibi dimicatum est, eminuitque inter omnes Lakit. Ita dum vero res gerebatur, ut cederent jam Moslemi, superioresque fierent polytheïstae,

العذمى من بنى نَاجِيَة وعليهم ٱلْخِرِّيتُ بن راشد ومن عبد القيس وعليهم سَيْحَانُ بْنُ صُوحَانَ وشوائب عُمَانَ من بنى ناجية وعبد القيس فقوّى الله بهم اهل الاسلام وَوَهَنَ الله به اهل الشرك فولّوا المشركون الادبار فقُتِلَ منهم فى المعركة عَشَرَةُ آلَافٍ وركبوهم حتى أَثْخَنُوا فيهم وسبوا الذرارى وقسموا الاموال على المسلمين وبعثوا بِٱلْخُمُسِ الى ابى بكر مع عرفجة وراى عكرمة وحذيفة أَنْ يُقِيمَ حذيفة بِعُمَانَ حتى يُوَطِّئَ الامور وَيُسَكِّنَ الناس وكان الخمس ثَمَانِيَ مِائَةِ راس وغنموا السوق بحذافيرها فسار عرفجة الى ابى بكر بخمس السبى والمغانم واقام حذيفة لتسكين الناس ودعا القبايل حول عُمَانَ الى سكون ما أَفَآءَ الله على المسلمين وشوائب عُمَانَ ومضى عكرمة فى الناس وَبَدَأَ بِمَهْرَةَ وقال فى ذلك عَبَّادٌ ٱلنَّاجِىُّ

لَعَمْرِى لَقَد لَاقَى لَقِيطُ بْنُ مَالِكٍ　　مِنَ ٱلشَّرِّ مَا أَخْزَى وُجُوهَ ٱلثَّعَالِبِ
وَنَادَى أَبُو بَكْرٍ وَمَنْ فَلَّ قَرْتَمَى　　خَلِيجَانِ مِنْ تَيَّارِهِ ٱلْمُتَرَاكِبِ
وَلَمْ تَنْهَهُ ٱلْأُولَى وَلَمْ يُنْكِ ٱلْعِدَى　　فَأَلْوَتْ عَلَيْهِ خَيْلُهُ بِٱلْجَنَائِبِ

ذِكْرُ خَبَرِ مَهْرَةَ بِٱلنَّجْدِ ✩ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وَلَمَّا فَرَغَ عِكْرِمَةُ وَعَرْفَجَةُ وَحُذَيْفَةُ مِنْ رِدَّةِ عُمَانَ خرج عكرمة فى جنده نحو مَهْرَةَ واستنصر مَنْ حَوْلَ عُمَانَ واهل عمان وسار حتى يأتى مَهْرَةَ ومعه من استنصر من نَاجِيَةَ ٱلْأَزْدِ وعبد القيس وَرَاسِبٍ وسعد من تميم يسير حتى اقتحم على مهرة بلادها فوافق بها جَمْعَيْنِ من مهرة وَأَمَّا احدهما فبمكانٍ من ارض مهرة يقال له جَبَرُوتَ وقد امتلا ذلك ٱلْحَيِّزُ الى فصدون فاعين من قيعانِ مهرة عليهم سِخْرِيتٌ رجل من بَنِى شَحْرَاةَ وَأَمَّا الاخر فَبِٱلنَّجْدِ وقد انقادت مَهْرَةُ جميعها لصاحب هذا الجمع عليهم ٱلْمُصَبِّحُ احد بنى مُحَارِبٍ فالناس كلّهم معه الا ما كان من سخريت فكانا مختلفين كلّ واحد منهما يدعو الاخر الى نفسه وكلّ واحد من الجندين يشتهى ان يكون ٱلْفَلْجُ لصاحبهم وكان ذلك مما قوّى واعان الله به المسلمين على عدوّهم ووهنهم ولما راى عكرمة قِلَّةَ مَنْ مع سِخْرِيتَ دعاه الى الرجوع الى الاسلام وكان لاول الدعاء فاجابه

Moslemis auxilia magna subvenerunt ex Nâdschijitis, quibus praeerat El horeith ben râsched, et ex Abd el kaissitis, quibus praeerat Scheichân ben süchân, atque ex inquilinis Omânensibus, quum Nâdschijitis, tum Abd el kaissitis. Quibus cohortibus submissis Moslemorum vires cito refecit Deus, paganosque repressit; mox terga verterunt polytheïstae, quorum in ipso loco pugnae caesa sunt decem millia. Acriter illis instantes Moslemi ingentem stragem ediderunt, ceperuntque mulieres, praedamque inter se partiti sunt; cujus partem quintam Abu bekro transmittendam tradiderunt Arfadschae. Placuit deinde Ikrimae et Hodseifae, ut ad componendas res sedandosque homines in provincia Omânensi remaneret Hodseifa. Quintam praedae partem octingenta pecudum capita efficiebant. Atque emporium quoque totum expilarunt. Itaque cum captivorum praedarumque parte quinta ad Abu bekrum perrexit Arfadscha, atque ad sedandos homines remansit Hodseifa. Qui gentes Omânae finitimas invitavit, ut quae Moslemis inquilinisque Omânensibus tribuisset Deus placide ferrent. Ikrima vero cum exercitu inde profectus, Mehram adgressus est. In quas res haec dixit Abbâd Nâdschijita:

1. Per vitam meam! incidit jam Lakito ben mâlek
Ea calamitas, quae vulpium vultus confundit.
2. Clamavitque Abu bekr, et quicunque gavisus est:
Concussit alveos binos tumida ejus unda;
3. Neque eum coercuit primus, neque repressi sunt hostes;
Tum vero ad eum contenderunt illius equites cum peregrinis.

Exponuntur res, quae apud Mehrenses in Nedschdo gestae sunt. Dicit Abu dschafer: apostatis Omânensibus ab Ikrima, Arfadscha et Hodseifa debellatis, ad Mehram cum exercitu perrexit Ikrima, gentesque Omânensibus finitimas, ipsosque Omânenses ad se evocavit. Iter ille continuavit usque, donec ad Mehram pervenit, iis militibus secum adductis, quos ex tribubus Nâdschijet el esd, Abd el kais, Râsseb, et Saad ben temim evocaverat. Irrumpens deinde in Mehrensium fines, incidit in Mehrensium agmina duo. Alterum in loco quodam Mehrae, qui Chabarût nuncupatur, constiterat, totusque hic locus usque Kassadûn repletus erat; ex collibus Mehrae quoque auxilia acceperat, ducemque habebat Sichritum, hominem quendam Sacharitam. Alterius agminis, quod in Nedschdo castra posuerat, praefecto tota Mehra se submiserat, id est El mosabbicho, homini Mochârebitae. Ad quem confluxerant homines omnes, nonnisi iis exceptis, qui apud Sichritum erant. Dissentiebant autem inter se agmina illa, quorum alterum ad se accedere alterum jubebat; a suo enim duce quodquam victoriam reportari volebat. Quae res ex iis quidem fuit, quibus Moslemos confirmavit et ad opprimendos hostes adjuvit, paganos vero debilitavit Deus. Nam quum Ikrima animum advertisset, pauciores apud Sichritum adesse homines, ut ad islamismum rediret illum invitavit, statimque Sichrit invitationi illae audiens exstitit; qua re

ووعن الله بذلك ٱلْمُصَبِّحَ ثم ارسل الى ٱلْمُصَبِّحِ يدعوه الى الاسلام والرجوع عن الكفر فَٱغْتَرَّ بِكَثْرَةِ مَنْ معه وَٱزْدَادَ لمكان سخريت فسار اليه عكرمة وسار معه سِخْرِيتٌ فالتقوا هم والمصبّح بِٱلنُّجَيْدِ فاقتتلوا أَشَدَّ من قتال دَبَا ثُمَّ إِنَّ ٱللَّهَ كشف جنود المرتدّين وقتل رييسهم وركبهم المسلمون فقتلوا منهم ما شَآؤُوا واصابوا ما شَآؤُوا واصابوا فيما اصابوا أَلْفَيْ نُجَيْبَةٍ فَخَمَسَ عِكْرِمَةُ ٱلْفَيْءَ فبعث بالاخماس مع سخريت الى ابى بكر وَقَسَمَ ٱلْأَرْبَعَةَ أَخْمَاسٍ على المسلمين وَٱزْدَادَ عِكْرِمَةُ وَجُنُودُهُ قُوَّةً بِٱلظَّهْرِ والمتاع وَٱلْأَدَاةِ وقام عكرمة حتى جمعهم على الذى يُحِبُّ وَجَمَعَ أَهْلَ ٱلنُّجَيْدِ أَهْلَ رِيَاضَةِ ٱلرَّوْضَةِ واهل الساحل واهل الجزاير وَأَهْلَ ٱلْمُرِّ وَٱللُّبَانِ واهل جَبْرُوتَ وَظُهُورِ ٱلشِّحْرِ وَٱلصَّبَرَاتِ وَيَنْعَبَ وَذَاتِ ٱلْخَيْمِ فبايعوا على الاسلام فكتب بذلك مع البشير وهو ٱلسَّايِبُ احد بنى عَابِدٍ من مخزوم فقدم على ابى بكر بالفتح وقدم سخريت بعده بالاخماس وقال فى ذلك عُلْجُومُ ٱلنُّجَايِيُّ

جَزَى ٱللَّهُ سِخْرِيتًا وَأَفْنَاءَ هَيْثَمٍ ... وَفِرْضِمَ إِذْ سَارَتْ إِلَيْنَا ٱلْحَلَايِبُ
جَزَآءَ مُسِيئٍ لَمْ يُرَاقِبْ لِذِمَّةٍ ... وَلَمْ يَرْجِهَا فِيمَا يُرَجِّي ٱلْأَقَارِبُ
أَعِكْرِمَ لَوْلَا جَمْعُ قَوْمِي وَفِعْلُهُمْ ... لَضَاقَتْ عَلَيْكُمْ بِٱلْفَضَآءِ ٱلْمَذَاهِبُ
وَكُنَّا كَمَنْ اِقْتَادَ كَفًّا بِأُخْتِهَا ... وَحَلَّتْ عَلَيْنَا فِى ٱلدُّهُورِ ٱلنَّوَايِبُ

ذِكْرُ خَبَرِ ٱلْمُرْتَدِّينَ بِٱلْيَمَنِ ❊ قَالَ ٱلسَّرِيُّ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ بْنُ يَحْيَى عن شعيب عن سيف عن عكرمة وسهل عن القسم بن محمد قالا تُوُفِّيَ ٱلنَّبِيُّ صلى الله عليه وسلم وعلى مَكَّةَ وارضها عَتَّابُ بْنُ أَسِيدٍ وَٱلطَّاهِرُ بْنُ أَبِي هَالَةَ عتاب على بنى كِنَانَةَ والطاهر على عَكٍّ وذلك أَنَّ النبى صلى الله عليه قال أَجْعَلُوا عمالة عَكٍّ فى بنى ابيها مَعَدِّ بْنِ عَدْنَانَ وعلى ٱلطَّايِفِ وارضها عُثْمَانُ بْنُ أَبِي ٱلْعَاصِ ومالك بن عَوْفٍ ٱلنَّصْرِيُّ عثمن على اهل ٱلْمَدَرِ ومالك على اهل ٱلْوَبَرِ اعجاز هَوَازِنَ وعلى نَجْرَانَ وارضها عمرو بن حَزْمٍ وابو سُفْيَنَ بن حَرْبٍ عمرو بن

Deus iterum debilitavit El mosabbichum. Deinde Ikrima nuntiis missis etiam El mosabbichum invitavit, ut ad islamismum rediret, abjecto paganismo. Hic vero homo militum suorum multitudine se caecari passus est, increvitque ejus pertinacia defectione Sichriti. Quam ob rem Ikrima et Sichrit contra El mosabbichum profecti sunt, signaque cum eo contulerunt in Nedschdo. Quo loco posteaquam acrius etiam quam ad Dabam dimicatum est, apostatas in fugam conjecit Deus, eorumque ducem peremit. Graviter hostibus instantes Moslemi quos cuique libuissent trucidarunt, et quae cuique libuissent praedati sunt; praeter alia ceperunt camelorum chorâssânicorum duo millia. Quintam praedae partem recepit Ikrima, eamque ad Abu bekrum transferre jussit Sichritum; reliquas partes quattuor inter Moslemos dispertitus est. Ita Ikrimae ejusque agminis vires increverunt captis jumentis et utensilibus atque armis. Remansit vero in eo loco Ikrima, quoad hominum res ad voluntatem suam composuerat. Nedschdensium res igitur ille composuit, id est eorum qui in Rijâdet errauda habitabant, et qui littora et insulas incolebant, eorumque qui myrrham et thus colligebant, et Chabarûtensium, atque eorum qui incolebant in locis Dohûr essachar, Essabarât, Naiab, et Dsât el chaim; qui omnes islamismum receperunt. Quas res gestas litteris renuntiavit Ikrima, nuntio misso Essâibo, homine orto ex tribu Aïds, quae ex Machsûmitis est. Hic itaque Abu bekrum de victoria reportata certiorem fecit, moxque post eum cum quinta praedae parte eo venit etiam Sichrit. De quibus haec dixit Uldschûm Nedschâita:

1. Retribuat Deus Sichrito et Efnâitis Heischamitarum
Firdimitarumque, quum ad nos tetenderint patrueles,
2. Quae debentur homini scelerato, qui non praestitit fidem,
Quam neque unquam ab eo speraverunt proximi.
3. O Ikrima! nisi meae gentis agmen adfuisset et virtus,
Arctatae sane essent in illo campo vestrae viae.
4. Similes fuimus ei, qui alteram manum altera cogit,
Inciderantque nobis tempore labente infortunia.

Exponuntur res apostatarum Jemenensium. Dicit Taberistanensis: haec ad me scripsit Essurri ben jachja, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui tradita fuerant a Seifo, qui ex Talcha ea compererat, cui tradita fuerant ab Ikrima et Sahl, qui ab El kâssem ben mohammed ea acceperant. Quorum uterque dixit: quum propheta, cui bene dicat Deus faveatque, mortem obiret, Mekkae ejusque territorio praeerant Attâb ben assid et Ettâher ben abi hâle, et quidem Kenânitis Attâb, Akkitis vero Ettâher; propheta enim, cui bene dicat Deus, ipse dixerat: „praefecturam Akkitarum alicui eorum gentili a Maaddo ben adnân orto tradite.“ Urbi Ettâïf ejusque territorio praeerant Othmân ben abil âss et Mâlek ben auf Nasrita, et quidem oppidorum incolis Othmân, Mâlek vero tentoriorum incolis, infimae Hewâsenitarum parti. Urbi Nedschrân ejusque territorio praeerant Amr ben hasm et Abu sofjân ben harb, et quidem precibus per-

حَزْمٍ على الصلوة وابو سفين على الصدقات وعلى ما بَيْنَ رِمَعَ وَزَبِيدَ الى حدّ نَجْرَانَ
خالد بن سعيد بن العاص وعلى هَمْدَانَ كلّها عامر بن شَهْرٍ وعلى صَنْعَآءَ فَيْرُوزُ آلدَّيْلَمِيُّ
يساندة دَاذَوَيْه وقيس بن المكشوح وعلى آلجَنَدِ يَعْلَى بْنُ أُمَيَّةَ وعلى مَأْرِبَ ابو موسى
الاشعرىّ وعلى آلأَشْعَرِيِّينَ مع عَكٍّ الطاهر بن ابى هَالَةَ وَمُعَاذٌ يُعَلِّمُ القوم يتنقّل فى عمل
كلّ عامل فَرَابَهُمْ آلأَسْوَدُ فى حيوة النبى صلى الله عليه وسلم بِآلرُّسُلِ وَآلكُتُبِ حتى
قتله الله وعاد امر النبى عليه السلم كما كان قبل وفاة النبى عليه السلم بِلَيْلَةٍ إلّا أنّ
عُثْمَنَ لم يحرّك الناس والناس مُسْتَعِدُّونَ له فلما بلغهم موت النبى صلى الله عليه
انتقضت اليمن والبلدان وقد كانت تَذَبْذَبَتْ خيول آلعَنْسِيِّ فيما بين نَجْرَانَ إلى
صَنْعَآءَ فى عُرْضِ ذلك البحر لا تَأْوِى الى احد ولا يَأْوِى احد اليها فعمرو بن مَعْدِى
كَرِبَ بِحِيَالِ فَرْوَةَ بْنِ مُسَيْكٍ ومعوية بن أَنَسٍ فى فَالَّةِ آلعَنْسِيِّ يتردّد ولم يرجع
من عُمَّالِ النبى عليه السلم بعد وفاة النبى صلى الله عليه وسلم الا عمرو بن حَزْمٍ وخالد
بن سعيد وَلَجَأَ سائر آلعُمَّالِ الى المسلمين واعترض عَمْرُو بْنُ مَعْدِى كَرِبَ خَالِدَ بن سعيد
فَسَلَبَهُ آلصَّمْصَامَةَ ورجعت آلرُّسُلُ مع من رجعت بالخبر فرجع جَرِيرٌ بن عبد الله
وَآلأَقْرَعُ بن عبد الله وَوَبَرُ بْنُ يُحَنِّسَ فحارب ابو بكر آلمُرْتَدَّةَ جميعا بالرسل والكتب
كما كان النبى صلى الله عليه حاربهم الى ان رجع أُسَامَةُ من الشام وَحَزْرُ ذلك ثلثة
اشهر الا ما كان من اهل ذِى حِسًى وَذِى آلقَصَّةِ ثم كان أَوَّلَ مُصَادَمِهِ عند رجوع
أُسَامَةَ ثم خرج الى آلأَبْرَقِ فلم يَصْمُدْ لِقَوْمٍ يَفُلُّهُمْ الا استنفر من لم تَرْتَدَّ منهم الى
الآخرين فَيَفُلُّ بطائفة من المهاجرين والانصار وَآلمُسْتَنْفَرَةِ ممن لم يَرْتَدَّ الى التى تليهم حتى
فرغ من آخرِ امور الناس ولا يستعين بالمرتدّين فكان اول من كتب اليه عَتَّابُ بْنُ أَسِيدٍ
كتب اليه بركوب من ارتدّ من اهل عمله بِمَنْ ثبت على الاسلام وعثمن بن ابى العاص
بركوب من ارتدّ من اهل عمله بِمَنْ ثبت على الاسلام فَأَمَّا عَتَّابُ فَإِنَّهُ بَعَثَ خَالِدَ بْنَ أَسِيدٍ
الى اهل تِهَامَةَ وقد تجمّعت بها جماع من مُدْلِجٍ وَتَأَشَّبَ اليهم شُذَّاذٌ من خُزَاعَةَ وَأَفْنَآءِ
كِنَانَةَ عليهم جُنْدُبُ بْنُ سَلْمَى احد بنى شَنُوقٍ من بنى مُدْلِجٍ ولم يكن فى عَمَلِ عَتَّابٍ جَمْعٌ

agendis Amr ben hasm, piis donis vero Abu sofjân. Iis terris, quae inter Rimam et Sebid ad fines Nedschrânae porriguntur, praeerat Châled ben said ben el âss, Hamdânitis universis vero Amer ben schehr. Urbi Sanaae praeerat Feirûs Deilemita, quem adjuvabant Daduweih et Kais ben el mekschûch; urbi Marib vero Abu mûssa Ascharita, ipsisque Ascharitis simulque Akkitis Ettâher ben abi hâle. Moâds autem instituebat homines, propterea que singulorum praefectorum provincias adibat. Sed jam vivo propheta, cui bene dicat Deus faveatque, fidem illorum sollicitavit El aswad, legatis litterisque missis, quoad Deus eum peremit, imperiumque prophetae, cui salus dicatur, restitutum est pridie quam e vita excessit propheta, cui salus dicatur. Othmân autem homines non excitavit, etsi promti ei aderant. Posteaquam vero de morte prophetae, cui bene dicat Deus, certiores facti sunt, a religione desciverunt provincia Jemenensis atque oppida. Equites Anssitae inter Nedschrânam et Sanaam ad illius maris latus vagabantur, neque ipsi ullum hominem conveniebant, neque eos conveniebat ullus. Amr ben maadi karib vero e regione Farwae ben mosseik et Moâwijae ben anas cum dispersis nonnullis Anssitae militibus versans, huc illuc oberrabat. Neque ex praefectis prophetae, cui salus dicatur, post exstinctum prophetam, cui bene dicat Deus faveatque, in provinciam ullus rediit, praeter Amrum ben hasm et Châledum ben said; caeteri ad Moslemos confugerant. Quin Amr ben maadi karib occucurrit Châledo ben said; hic vero gladium Essimssâmam illi eripuit. At mox legati cum iis, qui nuntios referebant, hominibus redierunt, itemque Dscherir ben abdalla, El akra ben abdalla, ac Wabar ben joehannes. Abu bekr enim, quemadmodum propheta, cui bene dicat Deus, ipse fecerat, apostatis omnibus primo bellum intulit missis legatis litterisque, donec ex Syria redierat Osâma, id est per menses circiter tres; eos solos, qui ad Dsu hisam et Dsul kassam convenerant, armis aggressus est. Deinde vero, post reditum Osâmae, primos petiit homines illos, perrexitque ad locum El abrak. Ubicunque vero ad aliquam gentem accessit bellum illaturus, ad alios ex ea aufugerunt qui a religione non defecerant. Bellum autem Abu bekr cum exercitu ex Mohâdscheris et Anssâriis iisque hominibus, qui non defecerant, sed ad vicinos perfugerant, conflato strenue exsequutus est, quoad omnes illas res composuit, neque unquam ab apostatis auxilia petiit. Primi, ad quos litteras dedit, fuerunt Attâb ben assid, quem contra apostatas per suam provinciam grassantes cum iis, qui islamismum retinuerant, prodire jussit, et Othmân ben abil âss, quem et ipsum suae provinciae apostatas cum iis, qui islamismum retinuerant, aggredi jussit. Attâb ben assid vero Châledum ben assid ad Tehâmenses misit, apud quos agmina confluxerant ex Mudlidschitis conflata, quibus se junxerant extorres multi, quum Chosâïtae, tum ex Efnäïtis Kenânitarum; quibus praeerat Dschundub ben selma, ortus tribu Schenûk, quae ex Mudlidschitis est. Neque enim praeter hos homines in provincia Attâbi aliud agmen insurrexerat. Signa contulerunt ad El abârek, quo loco hostes dispersit conciditque

غَيْـرَهْ فالتقـوا بِٱلْأَبَـارِقِ ففـرّقهم وقتلـهم وَٱسْتَحَـرَّ ٱلْقَتْلُ فى بنى شَنُـوءَ فما زالـوا أَذِلَّةً قليلا وَبَـرِيَّتْ عِمَالَـةُ عَتَّاب وافلت جُنْدُبٌ فقـال جُنْدُبٌ فى ذلـك

نَدِمْـتُ وَأَيْقَنْـتُ ٱلْغَـدَاةَ بِـأَنَّـنِى　　أَتَيْتُ ٱلَّذِى يَبْقَى عَلَى ٱلْمَرْءِ عَارُهَـا
شَهِـدتُّ بِـأَنَّ ٱللَّـهَ لَا شَىْءَ غَـيْـرَهُ　　بَـنِى مُدْلِـجٍ فَـٱللَّـهُ رَبِّى وَجَارُهَـا

وَبَعَثَ عُثْمَـنُ بن ابى العاص بَعْثًـا الى شَنُـوءَةَ وقد تجمعت بهـا جُمَّاعٌ من ٱلْأَزْدِ وَبَجِيلَـةَ وَخَثْعَمَ عليـهم خُمَيْصَةُ بن النعمن وعلى اهل ٱلطَّايِفِ عثمن بن ربيعة فالتقوا بِشَنُوءَةَ فَهَـزَمُوا تِلْكَ ٱلْجُمَّاعَ وتفرقـوا عن خميصة وهرب خميصة فى البلاد فقـال فى ذلك عثمن بن ربيعة

فَضَضْـنَـا جَمْعَـهُمْ وَٱلنَّقْـعُ كَابٍ　　وَقَـدْ تُعْدِى عَلَى ٱلْغَـدْرِ ٱلْفُتُـوقُ
وَأَبْـرَقَ بَـارِقٌ لَمَّـا ٱلْتَـقَـيْـنَـا　　فَعَـادَتْ خُلَّـبًـا تِـلْـكَ ٱلْبُـرُوقُ

خَبَـرُ ٱلْأَخَابِثِ مِنْ عَكٍّ ☆ وَكَانَ أَوَّلُ مُنْتَقِضٍ بَعْدَ النـبىّ صلى الله عليـه بِتِهَامَةَ عَـكٌّ وَٱلْأَشْعَـرُونَ وذلك انـهم حين بلغهم مـوت النبىّ صلى الله عليه تجمـع منهم طُخَارِيـرُ فـاقبل اليهم طُخَارِيـرُ من ٱلْأَشْعَـرِينَ وَخُضَّمَ فانضمّـوا اليـهم فاقامـوا على ٱلْأَعْلَابِ طـريق السـاحل وَتَـأَشَّبَ اليـهم أَوْزَاعٌ عـلى غيـر رييس فكتب بذلـك الطاهـر بن ابى هَالَـةَ الى ابى بكر وسـار اليـهم فكتب ايضـا بِمَسِيـرِهِ اليهم ومعـه مَسْـرُوقٌ ٱلْعَكِّىُّ حتى انتهيـا الى تلـك الاوزاع على الاعـلاب فَـٱلْتَقَـوْا فهـزمـهم اللـه وقتـلـوهم كُـلَّ قِتْلَةٍ وَأَنْتَنَتِ ٱلسُّبُـلُ لقتلـهم وكان مقتـلـهم فتحـا عظيمـا واجـاب ابـو بكر ٱلطَّـاهِرَ قبـل ان يـاتيـه كتابـه بـالفتـح بَلَغَـنِى كِتَـابُكَ تُخْبِـرُنِى فـيه مسيـرك واستنفـارك مَسْـرُوقًا وقـومه الى الاخـابث بـالاعـلاب فقـد أَصَبْتَ فَعَاجِلُـوا هـذا الضـرب ولا تُـرَفِّهُـوا عنـهم وَأَقِيمُـوا بالاعلاب حتى يـامن ضـريق أَخَابِثَ وَيَـأْتِيَكُمْ أَمْـرِى فَسُمِّيَتْ تلك الجمـوع من عَكٍّ ومن تَـأَشَّبَ اليهم الى اليـوم ٱلْأَخَابِثَ وَسُمِّىَ ذلـك الطريق طـريق الاخـابث وقـال فى ذلـك الطاهـر بن ابى هالـة

Châled; tanta ibi Schenûkitarum strages edita est, ut ex eo tempore tribus eorum debilitata decresceret. Sic itaque Attâbi provincia apostatis purgata est. Evasit vero inde Dschundub, illasque res his versibus commemoravit:

1. Poenitet me, hodieque intelligo ea me perpetrasse,
Quorum turpitudo in homine inhaerescit;
2. Confiteor jam, nullam praeter Deum exstitisse rem,
O Modlidschitae! Deus itaque dominus meus eorumque adjator.

Exercitum emisit Othmân ben abil âss in Schenûam, ubi turbae quaedam convenerant ex Esditis, et Bedschilitis Chathamitisque conflatae, quibus praeerat Chamissa ben ennoomân. Incolis regionis Ettâîf vero praefectus erat Othmân ben rebia. Signa contulerunt ad Schenûam, ubi turbae illae in fugam conjectae sunt, atque deinde a Chamissa discesserunt. Ipse Chamissa per terram defugit. Quas res his versibus commemoravit Othmân ben rebia:

1. Dispersimus eorum turbam quum pulvis volveretur;
Etenim incidunt in perfidiam calamitates.
2. Fulguravit quidam fulgurans, quum signa conferremus;
Sed pluvias expertia fuerunt ista fulgura.

Exponuntur res Achâbethorum Akkitarum. Post exstinctum prophetam, cui bene dicat Deus, primi in Tehâma defecerunt Akkitae et Ascharitae. Simul atque enim de morte prophetae, cui bene dicat Deus, certiores facti sunt, turbae miscellae ex iis coierunt, ad quas mox aliae accesserunt ex Ascharitis et Chaddamitis conflatae. Quae posteaquam illis se junxerant, ad El alâb in via littorali constiterunt, confluxeruntque ad eos catervae variae nullo duce coactae. De quibus rebus ubi Ettâher ben abi hâle certiorem fecit Abu bekrum, ipse contra hostes profectus est. Iterum deinde litteras dedit, se ad illos jam contendere; socium vero secum habebat Mesrûkum Akkitam. Quum ad illas catervas circa El alâb constitutas pervenissent, pugnam conseruerunt, fuditque hostes Deus; quibus tantam ibi cladem attulerunt, ut viae caesis foeterent. Magnam itaque victoriam hac strage edita pepererunt. Abu bekr vero, ante quam litteras, quibus victoria se potitum esse significabat Ettâher, acceperat, rescripsit illi haec: „litterae tuae mihi redditae sunt, quibus nuntias, te profectum esse sociosque assumsisse Mesrûkum ejusque gentiles contra Achâbethos, *i. e. scelestos*, circa El alâb versantes. Bene haec egisti. Cito itaque hoc bellum conficite, neque molliter illos habete. Apud El alâb usque commoramini, donec via Achâbethorum tuta erit, mandataque mea ad vos perferentur.“ Quam ob rem ex eo inde tempore turbae illae ex Akkitis aliisque, qui iis se junxerant, conflatae Achâbethorum nomine adpellatae sunt, viaque illa Achâbethorum via nuncupata est. Quas res his versibus commemoravit Ettâher ben abi hâle:

وَوَٱللّٰهِ لَوْلَا ٱللّٰهُ لَا شَىْءَ غَيْرَهُ   لَمَا فُضَّ بِٱلْأَجْرَاعِ جَمْعُ ٱلْعَثَاعِثِ
فَلَمْ تَرَ عَيْنِى مِثْلَ يَوْمٍ رَأَيْتُهُ   بِجَنْبِ صُحَارٍ فِى جُمُوعِ ٱلْأَخَابِثِ
قَتَلْنَاهُمُ مَا بَيْنَ قُبَّةِ خَامِرٍ   إِلَى ٱلْقِيعَةِ ٱلْحَمْرَآءِ ذَاتِ ٱلنَّبَائِثِ
وَفِئْنَا بِأَمْوَالِ ٱلْأَخَابِثِ عَنْوَةً   جِهَارًا وَلَمْ نَحْفِلْ بِتِلْكَ ٱلْهَثَاهِثِ

وَعَسْكَرَ طاهر على طريق الاخابث ومعه مسروق فى عَكّ ينتظر امر ابى بكر رحمه الله

قال أَبُو جَعْفَرٍ رَحْمَةُ ٱللّٰهِ عَلَيْهِ وَلَمَّا بَلَغَ أَهْلَ نَجْرَانَ وَفَاةُ ٱلنَّبِىِّ صلى الله عليه وسلم وهم يومئذ اربعون الف مقاتل من بَنِى ٱلْأَفْعَى ٱلْأُمَّةِ ٱلَّتِى كَانُوا قَبْلَ بَنِى ٱلْحَرِثِ بعثوا وفدا ليجدّدوا عهدا فقدموا اليه فكتب لهم كتابا بِسْمِ ٱللّٰهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ هٰذَا كِتَابٌ مِنْ عَبْدِ ٱللّٰهِ أَبِى بَكْرٍ خَلِيفَةِ رَسُولِ ٱللّٰهِ صَلَّى ٱللّٰهُ عَلَيْهِ لِأَهْلِ نَجْرَانَ أَجَارَهُمْ مِنْ جُنْدِهِ وَنَفْسِهِ واجار لهم ذمّة محمد صلى الله عليه وسلم الا ما رجع عنه محمد رسول الله صلى الله عليه بامر الله عَزَّ وَجَلَّ فى ارضهم وارض العرب لا يُسْكَنُ بِهَا دِينَانِ اجارهم على انفسهم بعد ذلك وَمِلَّتِهِمْ وساير اموالهم وحاشيتهم وعادهم وغايبهم وشاهدهم وَأُسْقُفِّهِمْ وَرُهْبَانِهِمْ وَبِيَعِهِمْ حيث ما وقعت وعلى ملكة ايديهم من قليل او كثير عليهم ما عليهم فَإِذَا أَدَّوْهُ فلا يحسرون ولا يعسرون ولا يغيّر اسقفّ ولا راهب من رَهْبَانِيَّتِهِ وَوَفَى لهم بكلّ ما كتب لهم رسول الله صلى الله عليه وسلم وعلى ما فى هذا الكتاب من ذمّة رسول الله صلّى الله عليه وسلّم وَجِوَارِ المسلمين وعليهم ٱلنُّصْحُ وَٱلْإِصْلَاحُ فيما عليهم من الحقّ شَهِدَ ٱلْمِسْوَرُ بْنُ عَمْرٍو وَعَمْرٌو مولى ابى بكر رحمه الله فَأَرْسَلَ جَرِيرَ بن عبد الله وَأَمَرَهُ أَنْ يدعو من قومه من ثبت على امر الله ثمّ يستنفر مُقْوِيَتَهُمْ فيقاتل بهم مَنْ وَلّى من امر الله وَأَمَرَهُ أَنْ ياتى خَثْعَمَ فيقاتل من خرج غَضَبًا لِذِى ٱلْخَلَصَةِ ومن اراد اعادتهم حتى يقتلهم الله ويقتل من شاركهم فيه ثم يكون وجهه الى نَجْرَانَ فيقيم بها حتى ياتيه امره فَخَرَجَ جَرِيرٌ

1. Per Deum! nisi adfuisset Deus, praeter quem nil exstat aliud,
Fusum non esset in illis sabulis agmen arenarum.
2. Neque oculus meus talem unquam diem vidit, qualem vidi
Ad latus Sochârae inter agmina Aehâbethorum;
3. Quos quidem cecidimus inter locum Kubbet hâmer
Atque campum rubrum, in quo cernuntur glebae effossae.
4. Cepimus ibi greges Achâbethorum per vim
Palamque; nil enim curabamus istam colluvionem.

Castra deinde ad viam Aehâbethorum apud Akkitas cum Mesrûko metatus est Ettâher, mandata Abu bekri, cujus misereatur Deus, exspectans.

Dicit Abu dschafer, quem misericordia amplectatur Deus: quum exstinctum esse prophetam, cui bene dicat Deus faveatque, comperissent Nedschrânenses, qui eo tempore quadraginta millia militum habebant, tribu Benul afa ortorum, id est ea gente quae antea nomine Benul hâreth nuncupata fuerat, legatos miserunt foedus sancitum instauraturi. Qui quum Abu bekrum convenissent, has litteras illis rescripsit: „Nomine Dei misericordis, miseratoris. Hae sunt litterae a servo Dei, Abu bekro, successore legati Dei, cui bene dicat Deus, ad Nedschrânenses datae. Quos ab exercitu suo et ipso se tutos praestat, tutelam Mohammedis, cui bene dicat Deus faveatque, iis concedens, sed exceptis tamen rebus, quas Mohammed, legatus Dei, cui bene dicat Deus, prorsus improbavit, iis obtemperans, quae venerandus adorandusque Deus de eorum Arabumque terra praecepit, ne scilicet in ea stabilirentur religiones binae. Deinde vero ipsos eos in tutelam suam recepit, eorumque sacra, greges omnes, domesticos et pauperes, absentes et praesentes, eorumque episcopum et monachos templaque, ubicunque sint, bonaque omnia, quum magna, tum exilia. Tributum vero certum pendant. Quod si solvant, non prementur, neque vexabuntur, neque depelletur episcopus, neque monachus a vita monachica. Eam prorsus iis tribuit, quam ipsis concessit legatus Dei, cui bene dicat Deus faveatque, et quae his litteris descripta est, tutelam legati Dei, cui bene dicat Deus faveatque, et Moslemorum patrocinium. Praestare vero debent fidem et probitatem, quippe quae sunt ex eorum officiis. Testes sunt El mossawwir ben amr atque Amr, servus Abu bekri, cujus misereatur Deus.“ Emisit deinde Dscherirum ben abd alla, eique mandavit, ut qui in religione Dei perstitissent suae gentis homines convocaret, fortissimosque equites ex iis eligeret, hisque adjutus caeteris, qui a religione Dei defecissent, bellum inferret. Mandavitque ei porro, ut ad Chathamitas contenderet, bellumque quum iis, qui vi usi ad Dsul chalassam perrexissent, tum iis, qui reducendis iis operam dedissent, strenue inferret, quoad Deus eos peremerit; utque deinde eos quoque deleret, qui cum illis conspirassent; utque ipse denique Nedschrânam proficisceretur, eo loco commoraturus, donec nova Abu bekri mandata ad eum perferrentur. Profectus itaque est Dscherir ad exse-

فنفسر لما امره به ابو بكر فلم ينفر له احد الا رجال في عدة قليلة فقتلهم وتتبعهم ثم كان وجهه الى نجران فاقام انتظارا من ابي بكر وكتب الى عثمن بن ابي العاص أن يضرب بعثا على اهل الطايف على كل مخلاف بقدره ويولي عليهم رجلا يأمنه ويثق بناحيته فضرب على كل مخلاف عشرين رجلا وأمر عليهم اخاه وكتب الى عتاب بن أسيد أن اضرب على اهل مكة وعملها خمس مائة مقو وابعث عليهم رجلا تامنه فسمّى من يبعث وأمر عليهم خالد بن أسيد واقام امير كل قوم وقاموا على رجل ليأتيهم أمر ابي بكر وليمر عليهم المهاجر

رِدَّةُ أَهْلِ ٱلْيَمَنِ ثَانِيَةً ❁ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ فَمِمَّنِ ٱرْتَدَّ ثَانِيَةً مِنْهُمْ قيس بن عبد يغوث بن مكشوح كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف قال كان من حديث قيس في رِدَّتِهِ الثانية انه حين وقع اليهم الخبر بموت النبي صلى الله عليه وسلم انتكث وعمل في قتل فَيْرُوزٍ وَجِشْنِسَ وكتب ابو بكر الى عُمَيْرٍ ذِي مُرَّانٍ والى سَعِيدٍ ذِي زُودٍ والى سَمَيْفَعٍ ذِي ٱلْكَلَاعِ والى حَوْشَبٍ ذِي ظُلَيْمٍ والى شَهْرٍ ذِي يَنَاف يامرهم بالتمسك بالذي هم عليه والقيام بامر الله والناس ويعدهم الجنود من أَبِي بَكْرٍ خليفة رسول الله صلى الله عليه الى عُمَيْرِ بن أَفْلَحَ ذي مُرَّانٍ وسعيد بن العاقب ذي زُودٍ وَسَمَيْفَعِ بْنِ نَاكُورٍ ذِي ٱلْكَلَاعِ وَحَوْشَبٍ ذِي ظُلَيْمٍ وَشَهْرٍ ذِي يَنَاف أَمَّا بَعْدُ فَأَعِينُوا ٱلْأَبْنَآءَ على من نَاوَأَهُمْ وَحُوطُوهُمْ واسمعوا من فيروز وَجِدُّوا معه فانى قد وَلَّيْتُهُ ❁ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن المستنير بن يزيد عن عروة بن غَزِيَّةَ ٱلدَّثِينِيّ قال لما وَلِيَ ابو بكر أَمَّرَ فيروز وهم قبل ذلك متساندون هو وداذويه وَجِشْنِسُ وقيس وكتب الى وجوه من وجوه اهل اليمن ولما سمع بذلك قيس ارسل الى ذي ٱلْكَلَاعِ واصحابه إِنَّ الابناء نُزَّاعٌ في بلادكم وَثُقَلَاءُ فيكم وَإِنْ تتركوهم لن يزالوا عليكم وقد أَرَى من الراى ان اقتل رووسهم واخرجهم من بلادنا فَتَبَرَّءُوا فَلَمْ يَمْلَأُوهُ ولم ينصروا الابناء واعتزلوا وقالوا لَسْنَا مِمَّا هَاهُنَا فِي شَيْءٍ انت صاحبهم وهم اصحابك فَتَرَبَّصَ لهم قيس وَٱسْتَعَدَّ لِقَتْلِ رُؤَسَآئِهِمْ وتسيير عامتهم فكاتب قيس

quenda ea, quae praeceperat Abu bekr; sed ad eum non processerunt nisi aliquot viri paucis copiis adjuti. Fudit vero hostes, eosque persequutus est; qua re confecta Nedschrânam perrexit, ibique, Abu bekri mandata exspectans, constitit. Scripsit vero Othmâno ben abil âss, ut Tâïfensibus milites imperaret, singulis quippe pagis, pro re sua cuique; utque hominem iis praeficeret, quem fidum probatumque haberet. Singulis pagis igitur ille imperavit milites viginti, fratremque suum iis praefecit. Scripsit deinde Attâbo ben assid: „Mekkensibus iisque, qui circa urbem habitant, quingentos equites fortissimos impera, hominemque fidum iis praefice." Designavit igitur eos Attâb, qui conscriberentur, iisque praefecit Châledum ben assid. Singularum gentium praefecti vero suo quisque loco se tenebant, pleni exspectatione de mandatis Abu bekri et adventu El mohâdscheri.

Defectio Jemenensium altera. Dicit Abu dschafer: ex iis hominibus, qui apostatae facti sunt iterum, fuit Kais ben abd jagûth ben mekschûch. Scripsit ad me haec Essurri, qui ex Schoaibo ea compererat, cui tradita fuerant a Seifo. Qui dixit: de defectione Kaissi altera memoriae prodita sunt haec. Simul atque prophetam, cui bene dicat Deus faveatque, mortem obiisse iis nuntiatum est, defectionem paravit Kais, vitaeque Feirûsi et Dschischnisi insidias posuit. Abu bekr vero litteras dedit ad Omeir dsu morrân, et Said dsu sûd, et Semeifa dsul kelâ, et Hauschab dsu doleim, ac Schehr dsu nijâf. Quos quidem in iis rebus, quas susceperant, perseverare, et negotia Dei hominumque fortiter procurare jussit; milites quoque iis pollicitus est, his verbis usus: „Ab Abu bekro, successore legati Dei, cui bene dicat Deus faveatque, haec dantur ad Omeir ben eflach dsu morrân, et Said ben el âkeb dsu sûd, et Semeifa ben nâkûr dsul kelâ, et Hauschab dsu doleim, ac Schehr dsu nijâf. Deinde vos sciatis haec. Opem ferte Ebnâïtis contra hostes, illosque tuemini. Parete consiliis Feirûsi, strenueque cum eo rem agite; quippe his rebus eum praefeci." Scripsit ad me haec Essurri, qui ex Schoaibo ea compererat, cui tradita fuerant a Seifo, qui ab El mostenir ben jesid ea cognoverat, cui tradita fuerant ab Urwa ben gasijje Reithanita. Qui dixit: Feirûsum quum singulari favore prosequi coepisset Abu bekr, etsi antea consortium inter se inierant Feirûs et Dâduweih Dschischnisque et Kais, litterasque ille ad principes quosdam Jemenenses dedisset, Kais, ubi res illas comperit, ad Dsul kelâ ejusque socios hunc nuntium misit: „Ebnâïtae peregrini in terris vestris versantur vobisque molesti; quos si hic sinatis, a vobis non discedent unquam. Quam ob causam ex re nostra censeo, ut duces eorum interficiam. Vos vero terra nostra eos pellite." Sed homines illi, suis in castris consistentes, neque Kaisso se junxerunt, neque Ebnâïtis opem tulerunt; seorsum a caeteris secesserunt, dixeruntque: „quae hic aguntur, ad nos non pertinent. Tu illis praefectus es, iique familiares tui sunt." At Kais tamen Ebnâïtis insidiatus est, intenditque interficere duces, et deprimere vulgus. Litteras dedit ad homines dispersos illos et discur-

تلك ٱلْقَالَـةَ ٱلسَّيَّارَةَ ٱللَّحْجِيَّـةَ وهم يصعدون فى البلاد ويصوبون محاربين لجميع من خالفهم فكاتبهم قيس فى السرّ وامرهم ان يتعجلوا اليه وليكون امره وامرهم واحدا وليجتمعوا على نفْيِ الابناء من بلاد ٱلْيَمَنِ فقاموا بالاستجابة له واخبروه انهم اليه سُرَّاعٌ فلم يَفْجَأْ أَهْلَ صَنْعَآء الا الخبر بدُنُوِّهم منها فاتى قيس فيروزا فى ذلك كَٱلْفَرِقِ من هذا الخبر واتى دادويه فاستشارهما لِيُلْبِسَ عليهما وَلِيَتَّلا يَتَّهِمَاهُ فنظروا فى ذلك وَٱطْمَأَنُّوا اليه ثُمَّ إِنَّ قيسا دعاهم من الغد الى طعام فبدا بدادويه وثنى بفيروز وثلث بجِشْنِسْ فخرج دادويه حتى دخل عليه فلما دخل عليه عاجله وخرج فيروز يسير حتى اذا دنا سمع امراتين على سطحين فقالت احداهما هذا مقتول كما قُتِلَ دادويه فَلَقِيَهُمَا فعاج حتى يَرَى أُولِى القوم الذى آرْبُوا فَأُخْبِرَ برجوع فيروز فخرجوا يركض وركض فيروز وتلقاه جِشْنِسْ فخرج معه متوجها نحو جبل خَوْلَانَ وهم أَخْوَالُ فيروز فسبقا الخيول الى الجبل ونزلا فَتَوَقَّلَا وعليهما خِفَافٌ شَادِخَةٌ فما وصلا حتى تقطعت اقدامهما فانتهيا الى خولان وامتنع فيروز باخواله وَآلَى أَلَّا يَنْتَعِلَ شَادِخًا ورجعت الخيول الى قيس فثار بصَنْعَآء فاخذها وَجَبَّى ما حولها مُقْتَمًا رِجْلًا وَمُؤَخِّرًا أُخْرَى واتته خيول ٱلْأَسْوَدِ ولما أَوَى فيروز الى اخواله خَوْلَانَ فمنعوه وَتَشَأَّبَ اليه الناس كتب الى ابى بكر بالخبر فقال قيس وما خولان وما فيروز وما قرار أَوَوْا اليه وطابق على قيس عوامّ قبائل من كتب ابو بكر الى رُؤَسَآئِهِمْ وبقى الروساء معتزلين وعمد قيس الى الابناء ففرّقهم ثَلَثَ فِرَقٍ أَقَرَّ من اقام واقرّ عياله وفرق عيال الذين هربوا الى فيروز فرقتين فوجّه احداهما الى عَدَنَ لِيُحْمَلُوا فى البحر وَحُمِلَ الاخرى فى ٱلْبَرِّ وقال لهم جميعا الحقوا بارضكم وبعث معهم من يسيّرهم فكان عيال الديلمىّ ممن سُيِّرَ فى ٱلْبَرِّ وعيال دادويه ممن سيّر فى البحر فلما راى فيروز ان قد اجتمع عوامّ اهل اليمن على قيس وان العيال قد سيّروا وعرّضهم للنهب ولم يَجِدْ الى فراق عسكره فى

rentes Lachdschitas, qui modo ascendentes, modo descendentes per terram cuivis occurrenti bellum inferebant. Clam nempe iis scripsit, ut cito ad ipsum accederent, communia cum ipso consilia foventes, atque ad Ebnâïtas provincia Jemenensi pellendos conspirarent. Quibus adsentientes illi homines cito se venturos esse significarunt. Subito itaque rumore incolae urbis Sanaae certiores facti sunt, illos jam adpropinquare. Qua re cognita Feirûsum convenit Kais, tanquam isto rumore perterritus, ac Dâduweihum quoque adiit, utrumque consulens, ut in errorem inducerentur, neque suspicionem in ipsum conferrent. Atque illi, re perpensa, probitati Kaissi confisi sunt. Postridie igitur Kais ad epulas eos invitavit, et primum quidem Daduweihum, secundum Feirûsum, tertiumque Dschischnisum. Itaque Kaissum convenit Dâduweih; simul atque vero domum intravit, statim obtruncatus est. Venit deinde Feirûs; qui quum a domo Kaissi prope abesset, mulieres duas, quae in aedium tectis sedebant, inter se colloquentes audivit; quarum altera: „interficietur hic homo, quemadmodum interfectus est Dâduweih.“ Accessit igitur ad mulieres, seque domo tenuit, quoad eos homines, qui sibi insidiabantur, ad suos redire vidit. Tum Feirûsum retro reversum esse, nuntiatum est, moxque equites ad insequendum excurrerunt. Sed cursu aufugit Feirûs, seque ei junxit Dschischnis, et ad montem Chaulânitarum, qui Feirûsi avunculi erant, cum illo contendit. Prius quam insequentes equites quum ad montem pervenissent Feirûs et Dschischnis, ex equis descenderunt, atque in cacumen evaserunt; quo in itinere pedes eorum, quia laxis ocreis induti erant, paene lacerati sunt. At pervenerunt tamen ad Chaulânitas, qui Feirûsum tuiti sunt; juravit vero ipse, laxa ocrea nunquam posthac pedem se induturum esse. Equites ad Kaissum reversi sunt. Qui, postea quam urbem Sanaam invasit, eaque potitus est, etiam confinem urbi regionem vi occupavit, alterum pedem proferens, retrahensque alterum. Deinde ad eum accesserunt etiam equites El aswadi. Feirûs vero, ubi ad avunculos Chaulânitas se recepit praesidio eorum tectus, hominesque nonnullos ad se confluere vidit, Abu bekro quae acciderant scripsit. Jactabundus interea Kais: „quid Chaulânitae? quid Feirûs? quid mansio, ad quam confugerunt?“ Consenserunt cum Kaisso homines plebeji earum tribuum, ad quarum duces litteras dederat Abu bekr; unde factum est, ut seorsum ab illis versarentur duces. Tum in Ebnâïtas invasit Kais, eosque dispertivit in partes tres. Qui ibi remanserant, eos eorumque domesticos apud se retinuit. Qui ad Feirûsum confugerant, eorum domesticos in agmina dua dispertivit; quorum alterum in urbem Aden transmisit, ut mari inde veherentur, alterum terra abduci jussit. Dixit his omnibus: „in terram vestram revertimini;“ adjunxitque iis homines, qui eos abducerent. Domestici Deilemitae ex iis erant, qui terra abducebantur, Dâduweihi domestici vero ex iis, qui avehebantur mari. Feirûs autem quum certus fieret, plebejos Jemenenses cum Kaisso consensisse, et domesticos Ebnâïtarum abduci direptioni expositos, neque ipse tamen milites suos ad liberandos domesticos emittere posset, et comperiret

تَنَقُّذِهِمْ سبيلا وبلغه ما قال قيس فى استصغاره الاخوال والابناء فقال فيروز مُفَاخِرًا وذكر ٱلنُّعْنَ

أَلَا نَادِيَا نُعْنًا إِلَى ٱلرَّمْلِ ذِى ٱلنَّخْلِ   وَقُولَا لَنَا أَلَّا يُقَالُ وَلَا عَذْلِ
وَمَا ضَرَّهُمْ قَوْلُ ٱلْعُدَاةِ وَلَوْ أَثْرَى   أَتَى قَوْمَهُ عَنْ غَيْرِ فُحْشٍ وَلَا بُخْلِ
فَدَعْ عَنْكَ ظُعْنًا بِٱلطَّرِيقِ ٱلَّتِى هَوَتْ   لِعِلْيَتِهَا صَمْدَ ٱلرِّمَالِ إِلَى ٱلرَّمْلِ
وَإِنَّا فَإِنْ كَانَتْ بِصَنْعَآءَ دَارُنَا   لَنَا نَسْلُ قَوْمٍ مِنْ عَرَانِينِهِمْ نَسْلِى
وَلِلدَّيْلَمِ ٱلرُّزَّامُ مِنْ بَعْدِ بَاسِلٍ   أَبَى ٱلْخَفْضَ وَٱخْتَارَ ٱلْحُرُوبَ عَلَى ٱلظِّلِّ
وَكَانَتْ مَنَابِيتُ ٱلْعِرَاقِ جِسَامُهَا   لِرَفْطِى أَخَا كِسْرَى مَرَاجِلُهُ تَغْلِى
وَبَاسِلُ أَصْلِى إِنْ نَمِيتُ وَمَنْصِبِى   كَمَا كُلُّ عُودٍ مُنْتَهَاهُ إِلَى ٱلْأَصْلِ
هُمُ تَرَكُوا مَجْرَاىَ سَهْلًا وَحَصَّنُوا   لِجَاجِى بِحُسْنِ ٱلْقَوْلِ وَٱلْحَسَبِ ٱلْجَزْلِ
فَمَا عِزُّنَا فِى ٱلْجَبْلِ مِنْ ذِى عَدَاوَةٍ   أَبَى ٱللَّهُ إِلَّا أَنْ يَعِزَّ عَلَى ٱلْجَهْلِ
وَلَا عَاقَنَا فِى ٱلسِّلْمِ عَنْ آلِ أَحْمَدٍ   وَلَا خُسٌّ فِى ٱلْإِسْلَامِ إِذْ أَسْلَمُوا قَبْلِى
وَإِنْ كَانَ نَجْلٌ مِنْ قَبِيلِى أَرْشِى   فَإِنِّى لَرَاجٍ أَنْ يُغَرِّقَهُمْ نَجْلِى

وقام فيروز فى حربه وتجرّد لها وارسل الى بنى عُقَيْلِ بن ربيعة بن عامر بن صَعْصَعَةَ رسولا بانه متخفر بهم يستمدّهم ويستنصرهم فى ثقله على الذين يزعجون اثقال الابناء فركبت عقيل وعليهم رجل من الحلفاء يقال له معوية فاعترضوا خيل قيس فتنقذوا اوليك العيال وقتلوا الذين يسيّروهم وقصدوا بهم عليهم القرى الى ان رجع فيروز الى صنعاء وامدّت عقيل وعكّ فيروزا بالرجال فلما اتته امدادهم فيمن كان اجتمع اليه خرج فيمن كان تاشّب اليه ومن امدّه من عكّ وعقيل فناهد قيسا فالتقوا دون صنعاء فاقتتلوا فهزم الله قيسا فى قومه ومن انهضوا فخرج هاربا فى جنده حتى عاد معهم وعادوا الى المكان الذى كانوا به مبادرين حين هربوا بعد مقتل ٱلْعَنْسِىِّ وعليهم قيس وَتَذَبْذَبَ رَافِضَةُ ٱلْعَنْسِىِّ وقيس معهم فيما بين صَنْعَآءَ وَنَجْرَانَ وكان عمرو بن مَعْدِى كَرِبَ بِإِزَآءِ فَرْوَةَ بْنِ مُسَيْكٍ فى طاعة ٱلْعَنْسِىِّ

etiam quae in avunculos suos et Ebnäïtas contumeliosa jactaret Kais, gloriosos hos versus pronuntiavit, quibus migrantes feminas commemoravit:

1. Agitedum! feminas inclamate, quae migrant ad arenam palmiferam,
Illisque dicite: nonne dicuntur jam, quae me vituperent?
2. Sed iis non nocet inimicorum murmur; quodsi floreret opibus,
Remearetur suos neque tenax ipse, neque avarus.
3. Sed feminas mitte in iste via migrantes, quae devehuntur
Ad mansionem, sicut ad arenam delabentur ereeae.
4. Nos, etsi in urbe Sanaa sedem fixeramus,
Stirpem habemus gentem, a cujus ducibus stirps mea orta est;
5. Deilemitae habent regientes etiam post leonem,
Patrem leonis, qui gerebat bella impune;
6. Adfuerunt proventus provinciae Irâkensis majores
Genti meae, o frater Chosrois, cujus ollae bullinnt.
7. Leo quidem est radix mea, etsi moelamee, atque origo,
Quemadmodum lignum quodcunque ad aedisem pertinet.
8. Reliquerunt curriculum meum in planitie situm, et occluserunt
Fauces meas inter montes bona fama honoreque egregio.
9. Neque gloria nostra constat in inimicorum insania,
Neque Deus vult, nisi ut gloria emineat supra insaniam.
10. Non evertit nos cum pace ab gente Achmedi,
Neque vilnit islamismo, quum Moslemi exstiterint ante me.
11. Quodsi quaedam gentis meae situla me consperait,
Ego tamen spero situla mea illos submersum iri.

Bellum vero contra illum summo studio parans Feirûs ad tribum Okail ben rebia ben âmer ben ssaassaa legatum misit, iisque significavit, se ad ipsos confugientem praesidium jam et auxilium ab iis petere, domesticis suis contra illos homines praestandum, qui Ebnäïtarum domesticos pellerent. Okailitae itaque Moâwije, homine quodam qui ex foederatis erat, duce expeditionem susceperunt, atque, impetu in equites Kaissi facto, domesticos Ebnäïtarum liberaverunt hominesque, qui eos abducebant, interfecerunt; quo peracto domesticos in suis vicis collocaverunt, quoad Feirûs Sanaam reverteretur. Deinde ipsi Feirûso subsidia submiserunt Okailitae et Akkitae. Quorum milites quum cum aliis hominibus cum in locum confluentibus ad Feirûsum venissent, ipse cum suis copiis auxiliaribusque Akkitis et Okailitis contra Kaissum profectus est. Mox intra Sanaam signa conferentes proelium commiserunt, quo Deus fudit Kaissum ejusque gentem, et quos excitaverant alios. Fugit Kais cum exercitu suo, seque cum suis eum in locum recepit, in quem post interfectum Anssitam illi confugerant; praeerat iis autem Kais. Itaque dispersi Anssitae milites in regione inter Sanaam et Nodschrânam sita oberrarunt. Amr ben maadi karib vero Farwae ben mosseik oppositus erat, favebatque parti Anssitae.

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عَنْ شُعَيْبٍ عن سيف عن عُبَيْدَةَ عن عمرو بن سلمة قال وَكَانَ مِنْ أَمْرِ فَرْوَةَ بْنِ مُسَيْكٍ انه كان قَدِمَ على النبى صلى الله عليه وسلم مُسْلِمًا وقال فى ذلك

لَمَّا رَأَيْتُ مُلُوكَ حِمْيَرَ أَعْرَضَتْ   كَٱلرِّجْلِ خَانَ ٱلرِّجْلَ عِرْقُ نَسَائِهَا
يَمَّمْتُ رَاحِلَتِى أَمَامَ مُحَمَّدٍ   أَرْجُو فَوَاضِلَهَا وَحُسْنَ ثَنَائِهَا

فقال له رسول الله صلى الله عليه وسلم فيما قال هَلْ سَآءَكَ مَا لَقِىَ قَوْمُكَ يَوْمَ ٱلرَّزْمِ يا فَرْوَةُ قال وَمَنْ يُصَبْ فى قومه بمثل الذى أُصِبْتُ به فى قومى يَوْمَ ٱلرَّزْمِ أَلَا سَآءَهُ ذَلِكَ وكان يوم ٱلرَّزْمِ بينهم وبين هَمْدَانَ على يَغُوثَ وَثَنٍ كان يكون فى هولاء مَرَّةً وفى هولاء مَرَّةً فارادت مُرَادٌ ان تغلبهم عليه فى مَرَّتِهِمْ فقتلتهم هَمْدَانُ ورييسهم الاجدع ابا مسروق فقال رسول الله صلى الله عليه وسلم أَمَا إِنَّ ذلك لم يَزِدْهُمْ فى الاسلام الا خيرا فقال قد سَرَّنِى اذ كان ذلك فاستعمله النبىُّ صلى الله عليه وسلم على صدقات مُرَادٍ ومن نازلهم او نزل دارهم وكان عمرو بن معدى كرب قد فارق قومه سعد العشيرة فى بنى زُبَيْدٍ واحلافها ومن انحاز اليهم واسلم معهم فكان فيهم فلما ارتدَّ العنسىُّ واتبعه عوامّ مَذْحِجٍ اعتزل فَرْوَةُ فيمن اقام معه على الاسلام وارتدَّ عمرو فيمن ارتدَّ فخلفه العنسىُّ فجعله بازاء فَرْوَةَ وكان بحِيَالِهِ ويمتنع كلٌّ واحد منهما بمكان صاحبه من البراح فكانا يتهاديان الشعر فقال عمرو يذكر امارة فَرْوَةَ ويعيّبها

وَجَدْنَا مُلْكَ فَرْوَةَ شَرَّ مُلْكٍ   حِمَارٌ سَافَ مَنْخِرُهُ بِثَفْرِ
وَكُنْتَ إِذَا رَأَيْتَ أَبَا عُمَيْرٍ   تَرَى ٱلْحُوَلَآءَ مِنْ خُبْثٍ وَمَكْرِ

فاجابه فَرْوَةُ

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Sehoaibo ea cognoverat, cui tradita fuerant a Seifo, qui ex Atijje ea comperorat, cui tradita fuerant ab Amr ben salama. Qui dixit: Farwam ben mosseik quod adtinet, prophetam, cui bene dicat Deus faveatque, ipse convenerat moslemus. Quod his versibus commemoravit:

1. Quum vidissem, reges Himjaritarum perinde se gerere,
As si pes essent, cujus tibiae vena fallerst pedem,
2. Perrexi ad jumentum meum, ut Mohammedem convenirem,
Sperans inde honorem eximiamque laudem.

Tum legatus Dei, cui bene dicat Deus faveatque, praeter alia ei dixit haec: „doluistine de iis, o Farwa, quae in proelio ad Erresm commisso gens tua perpessa est?" Respondit: „qui gentem suam iis adfligi videt, quibus in proelio ad Erresm commisso gentem meam adfligi vidi, annon doleat is?" Quippe cum Hamdânitis ad Erresm proelium commiserant illi, propter Jagûthum, idolum quoddam eorum, quod in altera tribu modo, modoque in altera adservabatur. Quod Murâditae aliquando, quum sua vice illi id acciperent, vi illis eripere voluerunt; tum vero eos conciderant Hamdânitae, eorumque ducem quoque El adschdam, patrem Mesrûki. Subjecit propheta, cui bene dicat Deus faveatque: „sed calamitas haec post receptum islamismum eos non auxit nisi prosperitate." Responditque ille: „jam his gaudeo, quia ita se habent." Deinde propheta, cui bene dicat Deus faveatque, Farwam piis donis praefecit ex Murâditis aliisque, qui ad eos accederent, vel in eorum territorio considerent, colligendis. Atque etiam Amr ben maadi karib a gente sua Saad el aschire cum Sobeiditis eorumque foederatis, aliisque qui iis se junxerant hominibus discesserat, simulque cum his islamismum amplexus apud eos commoratus erat. Mox vero quum Anssita a religione defecisset, hominesque plebeji Medshidschitarum ejus partes amplecterentur, Farwa cum iis qui islamismum tuebantur ab illis secessit. Sed Amrum, quum cum caeteris apostatis a religione defecisset, sacramento obligavit Anssita, eumque deinde opposuit Farwae. Cujus e regione posteaquam consederat Amr, uterque adversarium observans discessu abstinuit. Carminibus vero invicem se prosequuti sunt. Dixitque Amr, principatum Farwae commemorans vituperansque:

1. Intelleximus imperium Farwae malum imperium esse;
Asinus est, cujus nares proditionem olfactant;
2. Tuque quidem si mentulam inspicias,
Membranam genitalem vides ex malitia astutiaque textam.

Respondit illi Farwae:

أَتَانِي عَنْ أَبِي قَسُّورٍ كَلَامٌ   وَقِدْمًا كَانَ فِي ٱلْأَبْغَالِ يَجْرِي
وَكَانَ ٱللهُ يُبْغِضُهُ قَدِيمًا   عَلَى مَا كَانَ مِنْ جُبْنٍ وَمَكْرٍ

فبيناهم كذلك قدم عكرمة أَبْيَنَ ☆ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن سهل عن القسم وموسى بن ٱلْغُصْنِ عن ابى مُحَيْرِيزٍ قالا خرج عكرمة من مَهْرَةَ سايرا نحو يَمَنٍ حتى ورد أَبْيَنَ ومعه بشر كثير من مهرة وسعد بن زيد والازد وَنَاجِيَةَ وعبد القيس وَحَدَثَانَ من بنى مالك بن كِنَانَةَ وعمرو بن حَزْبٍ من العنبر فجمع ٱلنَّخَعَ بعد ما اصاب من مُدَبِّرِيهِمْ فقال لهم كيف كنتم فى هذا الامر فقالوا له كُنَّا فى الجاهلية اهل دين لا نتعاطى ما تتعاطى العرب بعضها من بعض فكيف بنا اذا صرنا آخاء دين عرفنا فضله ودخلنا حُبُّهُ فقل عنهم فاذا الامر كما قالوا ثبت عوامّهم وهرب من كان فارق من خاصّتهم واستبرى ٱلنَّخَعَ وَحِمْيَرَ واقام لاجتماعهم وَأَرَزَ قيس بن عبد يغوث لهبوط عكرمة الى عمرو بن معدى كرب فلما ضامّه وقع بينهما تِبَاعٌ فتعايرا فقال عمرو بن معدى كرب يُعَيِّرُ قيسا غدره بالابناء وَقَتْلَهُ دَاذَوَيْهِ وَفَرَقَهُ من فيروز

غَدَرْتَ وَلَمْ تُحْسِنْ وَفَاءً وَلَمْ يَكُنْ   لِيَحْتَمِلَ ٱلْأَسْبَابَ إِلَّا ٱلْمُعَوَّدُ
وَكَيْفَ لِقَيْسٍ أَنْ يُنَوِّطَ نَفْسَهُ   إِذَا مَا جَرَى وَٱلْمُضْرَحِيُّ ٱلْمُسَوَّدُ

وقال قيس

وَفَيْتُ لِقَوْمِي وَٱحْتَشَرْتُ لِمَعْشَرٍ   أَصَابُوا عَلَى ٱلْأَحْيَاءِ عَمْرًا وَمَرْثَدَا
وَكُنْتُ لَدَى ٱلْأَبْنَاءِ لَمَّا لَقِيتُهُمْ   كَأَصْيَدَ يَسْمُو بِٱلْعَزَازَةِ أَصْيَدَا

وقال عمرو بن مَعْدِى كَرِبَ

فَمَا إِنْ دَاذَوَيْ لَكُمْ بِفَخْرٍ   وَلَكِنْ دَاذَوَيْ فَضَحَ ٱلذِّمَارَا
وَفَيْرُوزٌ غَدَاةَ أَصَابَ مِنْكُمْ   وَأَضْرَبَ فِي جُمُوعِكُمُ ٱسْتِجَارَا

1. Ad me perlata sunt quaedam Abu thauri dicta,
Qui olim quidem inter mulos discurrebat;
2. Oderat eum vero Deus olim
Propter perfidiam atque astutiam.

Quae quum illi gererent, Ikrima ad Abjan perrexit. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui tradita fuerant a Seif, qui ea compererat ex Sahl, cui ab El kâssem tradita fuerant, atque ex Mûssa ben el gosn, cui ab El mohairis tradita fuerant. Qui dixerunt: itaque Ikrima ex Mehra El jemenam versus profectus ad Abjan pervenit, eoque multos homines secum adduxit ex Mehritis; et tribu Saad ben seid, et Esditis Nâdschijitisque, et tribu Abd el kais, et Hadathânitis, qui e tribu Mâlek ben kenâna erant, et tribu Amr ben harb, quae ex Abiritis erat. Nochaïtas, quum ab eorum ducibus illa passus esset, convocavit, iisque dixit: „quomodo in hac re vos gessistis?“ Cui illi: „jam tempore paganismi homines religiosi fuimus, neque nos iis, quibus caeteri Arabes inter se indulgebant, rebus indulsimus. Quid igitur nobis gerendum erat, posteaquam religionem amplexi eramus, cujus praestantiam cognitam habebamus, cujusque amore flagrabamus?“ Tum Ikrima: „sinite eos; res enim, ut dicunt, sic se habet. Constantes se praestiterunt plebeji, aufugeruntque qui defecerunt principes.“ Exploravit deinde Nochaïtarum Himjaritarumque consilia, eorumque conventum coercuit. Kais ben abd jagûth vero, ubi advenit Ikrima, ad Amrum ben maadi karib se recepit. Quem quum convenisset, simultate inter eos exorta, contumeliis invicem se prosequuti sunt. Dixitque Amr ben maadi karib, Kaisso exprobrans perfidiam, qua Ebnaïtas circumvenerat, et interfectionem Daduweihi, ac derelictionem Feirûsi:

1. Vafer es, neque fidem praestitisti; neque idoneus est
Ad portandam supellectilem nisi camelna condocefactus.
2. Quomodo autem fit Kaisso, ut onus ipsi imponatur,
Quum currit, atque accipitri nigranti?

Dixitque Kais:

1. Fidelis fui meis, meque junxi genti,
Quae inter tribus obtinuit Amrum et Marthadum;
2. Fuique apud Ebnâïtas, quum in eos invaderem,
Tanquam superbus, qui superbum gloria superat.

Dixitque Amr ben maadi karib:

1. Dâduweih haudquaquam gloria vos decorat;
Quin Dâduweih potius laedit famam.
2. Itemque Feirûs, quum a vobis illa pateretur,
Et in coetu vestro versaretur, imploravit fidem.

ذِكْرُ خَبَرِ طَاهِرٍ حِينَ شَخَصَ مَدَدًا لِفَيْرُوزٍ ✿ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ ٱلطَّبَرِىُّ رَحْمَةُ ٱللّٰهِ عَلَيْهِ وقد كان ابو بكر رحمه الله كتب الى طاهر بن ابى هالة بالنزول الى صَنْعَآء واعانة الابناء والى مسروق فخرجا حتى اذا أَتَيَا صَنْعَآء وكتب الى عبد الله بن ثور بن أَصْغَرَ بِأَنْ يجمع اليه العرب ومن استجاب له من اهل تِهَامَةَ ثم يقيم مكانه حتى ياتيه امره فَكَانَ أَوَّلُ رِدَّةِ عَمْرِو بن معدى كرب انه كان مع خالد بن سعيد فخالفه واستجاب ٱلْأَسْوَدَ فسار اليه خالد بن سعيد حتى لَقِيَهُ فاختلفا ضربتين فَضَرَبَهُ خالد على عَاتِقِهِ فقطع حمالة سيفه فوقع ووصلت الضربة الى عاتقه وَضَرَبَهُ عمرو فلم يصنع شيا فلما راى خالد ذلك اراد ان يَثْنِىَ عليه ونزل فتوقّل فى الجبل وسلبه فرسه وسيفه ٱلصِّمْصَامَةَ وَلَحِجَ عمرو فيمن لَحِجَ وصارت الى سعيد بن العاص الاكبر فَلَمَّا وَلِىَ ٱلْكُوفَةَ عَرَضَ عليه عمرو ابنته فلم يقبلها واتاه فى داره بعدّة سيوف وكان اصابها باليمن فقال أَيُّهَا ٱلصِّمْصَامَةُ قال هذا قال خُذْهُ فهو لك فاخذه ثم ٱلْكَفَ بَغْلًا له فضرب ٱلْإِكَافَ فقطعه وَٱلْبَرْذَعَةَ واسرع فى البغل ثم رَدَّهُ على سعيد وقال لو زُرْتَنِى فى بيتى وهو لى لَوَهَبْتُهُ لك فما كنت لِأَقْبَلَهُ اذ وقع ✿ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سيف عن المستنير بن يزيد عن عروة بن غَزِيَّةَ وموسى عن ابى زُرْعَةَ الشيبانىّ قالا وَلَمَّا فَصَلَ ٱلْمُهَاجِرُ بْنُ أَبِى أُمَيَّةَ من عند ابى بكر وكان فى آخِرِ مَنْ فَصَلَ ٱتَّخَذَ طريقا فمرّ بها وَٱتَّبَعَهُ خالد بن أَسِيدٍ وَمَرَّ بالطايف فَٱتَّبَعَهُ عبد الرحمن بن ابى العاص ثم مضى حتى اذا حاذى جرير بن عبد الله ضَمَّهُ الى نفسه وَضَمَّ اليه عبد الله بن ثور حين حاذى به ثم قَدِمَ على اهل نجران فَٱنْضَمَّ اليه فَرْوَةُ بن مُسَيْكٍ وطارق عمرو بن معدى كرب قَيْسًا واقبل مستجيبا حتى دخل على المهاجر على غير أَمَانٍ فاوثقه المهاجر واوثق قيسا وكتب بحالهما الى ابى بكر وبعث بهما اليه فلما سار المهاجر من نجران الى ٱللَّحْجِيَّةِ

Exponitur expeditio, quam ad adjuvandum Feirûsum suscepit Táher. Dicit Abu dschafer Taberistanensis, quem misericordia amplectatur Deus: Abu bekr, cujus misereatur Deus, Tâhero ben abi hâle scripserat, ut ad Sanaam pergeret, suppetiasque ferret Ebnâïtis; quod idem quoquo scripsit Mesrûko. Profecti itaque hi ad Sanaam contenderunt. Porro Abu bekr scripsit Abd allao ben thaur ben assar, ut ad se convocaret Arabes, et qui sibi obtemperarent Tohâmenses, atque deinde loco suo se teneret, quoad Abu bekri mandata significarentur. Defectio Amri ben maadi karib autem inde initium duxit, quod primo quidem apud Châledum ben said commorabatur illo, deinde vero a Châledo descivit, atque ad El aswadum transiit. Quam ob rem Châled ben saîd ad Amrum contendit; ad quem quum pervenisset, ictu gemino inter eos dimicatum est. Ita illius cervicem percussit Châled, ut ex dissecto balteo decideret gladius, ipsamque cervicem laederet ictus. Tum illum icit Amr; sed nihil effecit. Quo cognito Amrum iterum icere voluit Châled; sed descendit ille, et in montem se recepit. Equum gladiumque Essimssâmam ei ademit Châled. Deinde Amr cum hominibus caeteris perfugium quaesivit; Essimssâmam vero nactus est Said ben el âss major. Qui quum postea El knfao praeesset, filiam suam ei obtulit Amr; quam quidem ille non accepit, sed Amro, quum in aedibus suis adesset, aliquot gladios, quos in provincia Jemenensi nactus erat, exhibuit, et: „quinam eorum, inquit, Essimssâma?" Respondit ille: „hicce quidem." Tum Châled: „accipe eum; tuus est." Cepit cum Amr, clitellisque in mulum impositis, gladio icit clitellas, easque et stratum suppositum dissecuit; quo peracto, mulo vectus aufugit. Sed mox gladium reddidit Saido, et: „quodsi tu in aedibus meis me visitasses, inquit, gladiusque meus fuisset, tibi eum dedissem. Is vero non sum, ut eum accipiam, quum deciderit." Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui tradita fuerant a Seifo, qui ex El mostenir ben jesid ea compererat, cui tradita fuerant ab Urwa ben gasijje et Mûssa, qui ex Abu sora Scheibânita ea audiverat. Quorum uterque dixit: quum El mohâdscher ben abi omajja, qui ex iis erat, qui profecti sunt postremi, ab Abu bekro discessisset, viam quandam ingressus est, qua mox eum subsequutus est Châled ben assid. Deinde, quum ad Ettâïf pervenisset, eum subsequutus est Abd errachmân ben abil âss. Inde iter continuans ubi ad Dscherirum ben abd alla pervenit, hunc quoque ad se junxit, moxque etiam Abd allam ben thaur, simul atque in ejus regionem devenit. Denique ad Nedschrânenses perrexit, ex quibus ad eum accessit Farwa ben mosseik. Tum in Kaissum irruit Amr ben maadi karib, ipseque in deditionem venit; quin El mohâdscherum adiit, nulla fide postulata. Itaque eum Kaissumque in vincula conjecit El mohâdscher, et Abu bekrum de eorum deditione certiorem fecit; deinde ipsos ei transmisit. El mohâdscher quum Nedschrâna profectus in Lachdschenses devenisset, et equitatus in dispersos illos homines invasisset, se in illius fidem commiserunt. Sed in fidem eos recipere noluit. Quam ob rem in agmina dua discesserunt; quorum alterum

والتفت الخيول على تلك الفالّة استامنوا فأبَى أَنْ يُؤمِنَهُمْ فافترقوا فرقتين فَلَقِيَ المهاجر احدهما بعجيب فاتى عليهم ولقيت خيوله الاخرى بطريق الاخابث فاتوا عليهم وعلى الخيول عبد الله وقتل ٱلشُّرَدَآءِ بكلّ سبيل فقدم بقيس وعمرو على ابى بكر فقال يَا قَيْسُ أَعَدَوْتَ على عباد الله تقتلهم وَتَتَّخِذُ المرتدّين والمشركين وَتَّجَهُ من دون المومنين وَهَمَّ بقتله لو وجد امرا جَلِيًّا وَٱنْتَفَى قيس من ان يكون قَارَفَ من امر دادويه شيا وكان ذلك عَمَلًا عُمِلَ فِي سِرٍّ لَمْ يَكُنْ بِهِ بَيِّنَةٌ فتجافى له عن دمه وقال لعمرو بن معدى كرب أَمَا تَخْزَى انك كل يوم مهزوم او ماسور لَوْ نَصَرْتَ هَذَا ٱلدِّينَ لَرَفَعَكَ ٱللّٰهُ ثم خلّا سبيله وَرَدَّهُمَا الى عشايرهما وقال عمرو لا جَرَمَ لَأُقْبِلَنَّ وَلَا أَعُودُ ۞ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن المستنير وموسى قالا سار المهاجر من عجيب حتى ينزل صَنْعَآءَ وامر ان يَتَّبِعُوا شُذَّاذَ القبايل الذين هربوا فقتلوا مَنْ قُدِرَ عليهم عنهم كُلَّ قَتْلَةٍ ولم يُعْفِ متمرّدا وَقَبِلَ توبة من اناب من غير المتمرّدة وعملوا فى ذلك على قدر ما رَأَوْا من اثارهم ورجوا عندهم وكتب الى ابى بكر بدخوله صَنْعَآءَ وبالذى يَتَّبِعُ من ذلك

deinde in loco Adschib constitutum invenit atque adortus est El mohâdscher, alterum vero in Achabethorum via offendit et adortus est equitatus, cui praeerat Abd alla. Tum ubicunque fuerunt fugitivi illi concisi sunt. Kais et Amr quum ad Abu bekrum deducti essent: „o Kais, inquit Abu bekr, an Dei servos male habuisti, eosque obtruncasti? apostatas vero et polytheïstas ad te junxisti, repudiatis Moslemis?" Constituerat enim Abu bekr, ut illum interficeret, si modo culpam in eo reperiret evidentem. Sed negavit Kais, Dâduweihi interfectionis participem se fuisse; nam clam illud facinus perpetraverat, neque certo indicio convinci poterat. Itaque illius sanguini pepercit Abu bekr. Amro ben maadi karib vero dixit: „nonne te pudet, quotidie aut in fugam, aut in vincula te conjici? Quodsi hanc religionem tuitus esses, honore te auxisset Deus." Deinde eum missum fecit, atque ad suam utrumque tribum remisit. Tum Amr: „prorsus jam eam amplectar, neque ab ea desciscam." Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui tradita fuerant a Seifo, qui ex El mostenir et Mûssa ea compererat. Quorum uterque dixit: El mohâdscher ex Adschibo profectus ad Sanaam perrexit, extorresque tribuum turbas, quae aufugerant, persequi suos jussit. Conciderunt itaque quoscunque ceperunt, neque ulli pertinaci ille pepercit; qui vero pertinacia desistentes poenitentiam prae se ferebant, eos in gratiam recepit. In quibus rebus moderandis eorum rationem habuerunt, quae ab illis hominibus facta esse viderent, eorumque quae ab iis ipsi sperarent. Quibus confectis Abu bekrum de recuperata Sanaa rebusque postea gestis certiorem fecit El mohâdscher.

ذِكْرُ خَبَرِ حَضْرَمَوْتَ فِي رِدَّتِهِمْ ✫ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عَنْ شُعَيْبٍ عن سيف عن سهل بن يوسف عن ٱلصَّلْتِ عَنْ كَثِيرِ بْنِ ٱلصَّلْتِ قال مات رسول الله صلى الله عليه وسلم وَعُمَّالُهُ على بلاد حَضْرَمَوْتَ زِيَادُ بْنُ لَبِيدٍ ٱلْبَيَاضِيُّ على حضرموت وَعُكَّاشَةُ بْنُ مِحْصَنٍ عَلَى ٱلسَّكَاسِكِ وَٱلسَّكُونِ والمهاجر على كِنْدَةَ وكان بالمدينة لم يكن خرج حتى تُوُفِّيَ النبيّ صلى الله عليه وسلم فبعثه ابو بكر الى قتال من باليمن وَٱلْمُضِيِّ بَعْدُ إِلَى عَمَلِهِ ✫ وَكَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن ابى السايب عَطَآء بن فلان المخزوميّ عن ابيه عن أُمِّ سَلَمَةَ والمهاجر بن ابى اميّة انه يَتَخَلَّفُ عَنْ تَبُوكَ فرجع رسول الله صلى الله عليه وسلم وهو عليه عاتب فبينا أُمُّ سَلَمَةَ تغسل راس النبيّ صلى الله عليه وقالت كيف ينفعنى شى وانت عاتب على اخى فَرَأَتْ مِنْهُ رِقَّةً وَأَوْمَتْ الى خادمها فدعته فلم يزل بالنبيّ صلى الله عليه وسلم ينشر عُذْرَهُ حتى عَذَرَهُ ورضى عنه وَأَمَّرَهُ على كِنْدَةَ فاشتكى ولم يُطِقِ الذهاب فكتب الى زياد ليقوم على عمله وَبَرَأَ بَعْدُ فَأَتَمَّ له ابو بكر إِمْرَتَهُ وَأَمَّرَهُ بقتال من بين نجران الى أَقْصَى اليمن ولذلك أَبْطَأَ زياد وعكاشة عن مناجزة كِنْدَةَ انتظارا له

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن سهل بن يوسف عن القسم بن محمد قال كَانَ سَبَبُ رِدَّةِ كِنْدَةَ إِجَابَتُهُمُ ٱلْأَسْوَدَ ٱلْعَنْسِيَّ حتى لعن النبى صلى الله عليه وسلم الملوك الاربعة

Caput tertium decimum.

Reprimuntur apostatae Hadramautenses.

Exponitur defectio Hadramautensium. Dicit Abu dschafer: haec ad me scripsit Essurri qui a Schoaibo ea cognoverat, cui tradita fuerant a Seifo, qui ex Sahl ben jussuf ea audiverat, cui tradita fuerant ab Essalt, qui a Kethir ben essalt ea acceperat. Qui dixit: legatus Dei, cui bene dicat Deus faveatque, quum mortem obiret, praefecti quos constituerat provinciae Hadramautensis hi fuerunt: Sijâd ben lebid Bejâdita ipsi terrae Hadramaut praeerat, Sekâsikitis et Sekûnitis Okkâscha ben michsan, Kinditis El mohâdscher. Sed hic El medinae commorabatur, neque ante quam propheta, cui bene dicat Deus faveatque, mortuus est, inde abiit; postea vero Abu bekr ad debellandos Jemenenses, provinciamque suam occupandam eum emisit. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui tradita fuerant a Seifo, qui ex Abu sâjib athâ ben fulân Machsûmita ea compererat, cui a patre tradita fuerant, qui ex Omm salama et El mohâdscher ben abi omajja ea audiverat. Tebûkam non profectus erat El mohâdscher; quam ob rem redux inde legatus Dei, cui bene dicat Deus faveatque, illi succensebat. Tum aliquando quum Omm salama prophetae, cui bene dicat Deus, caput ablueret, eique diceret: „quid ulla mihi proderit res dum fratri meo succensebis?" jam illum molliri intellexit. Nutavit itaque servo, fratremque advocari jussit. Qui quum apud prophetam, cui bene dicat Deus faveatque, sedulo se excusasset, tandem ille excusatum eum habuit, et in gratiam recepit. Kinditis deinde El mohâdscherum praefecit; qui vero de morbo conquestus provinciam adire non potuit, sed Sijâdo scripsit, ut provinciam sibi delatam administraret. Postea quum convaluerit El mohâdscher, praefecturam ei prorogavit Abu bekr, eumque in apostatas inter Nedschrânam et extremam El jemenae partem constitutos invadere jussit. Quam ob rem Sijâd et Okkâscha Kinditas aggredi cunctati sunt exspectantes El mohâdscherum.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui tradita fuerant a Seifo, qui ex Sahl ben jussuf ea compererat, cui tradita fuerant ab El kâssem ben mohammed. Qui dixit: initium defectionis Kinditarum inde profectum est, quod El aswado Anssitae morem gesserunt, quoad propheta, cui bene dicat Deus faveatque, quattuor illis regibus mala imprecatus est.

وانهم قبل ردّتهم حين اسلموا واسلم اهل بلاد حضرموت كلّهم امر رسول
الله صلى الله عليه بما يُوضَعُ من الصدقات أَنْ يُوضَعَ صدقة بعض حضرموت فى
كندة ووضع صدقة كِنْدَةَ فى بعض حضرموت وبعض حضرموت فى ٱلسَّكُونِ وَٱلسَّكُونِ
فى بعض حضرموت فقال نَفَرٌ من بنى وَلِيعَةَ يا رسول الله إِنَّا لَسْنَا بِأَصْحَابِ إِبِلٍ فان
رايت ان تبعثوا الينا بذلك على ظَهْرٍ فقال ان رايتم قالوا فَإِنَّا ننظر فان لم
يكن لهم ظَهْرٌ فَعَلْنَا فلما توفى النبى صلى الله عليه وسلم وجاء ذلك ٱلْأَمَانُ دعا
زياد الى ذلك فحضروه فقالت بنو وَلِيعَةَ أَبْلِغُونَا كما وعدتم رسول الله صلى
الله عليه وسلم فقالوا إِنَّ لكم ظَهْرًا فَهَلُمُّوا فاحتملوا وَلَاحُوهُمْ حتى لَاحُوا
زيادا وقالوا له انت معهم علينا فأَبَى الحضرميون وَلَجَّ الكنديون فرجعوا الى دارهم
وَقَدَّمُوا رِجْلًا وَأَخَّرُوا أُخْرَى وامسك عنهم زياد انتظارا للمهاجر فلما قَدِمَ المهاجر
صنعاء كتب الى ابى بكر بكلّ الذى صنع واقام حتى قَدِمَ عليه جواب كتابه مِنْ
قِبَلِ ابى بكر فكتب اليه ابو بكر والى عكرمة أَنْ يسيرا حتى يقدما حضرموت
وَأَقِرَّ زيادا على عمله وَأْذَنْ لمن مَعَكَ من بين مكة واليمن فى ٱلْقَفْلِ إِلَّا أَنْ يُؤْثِرَ قَوْمٌ
ٱلْجِهَادَ وَأَمِدَّهُ بعبيدة بن سعد ففعل فسار المهاجر من صنعاء يريد حضرموت وسار
عكرمة من أَبْيَنَ يريد حضرموت فالتقيا بِمَأْرِبَ ثم فَوَّزَا من صَيْهَدَ حتى اقتحما
حضرموت فنزل احدهما على ٱلْأَسْوَدِ والاخر على وَايِلٍ ✿ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن
شعيب عن سيف عن سهل بن يوسف عن ابيه عن كثير بن ٱلصَّلْتِ قال وكان
زياد بن لبيد حين رجع الكنديون وَلَجُّوا وَلَجَّ الحضرميون وَلِيَ صَدَقَاتِ بنى
عمرو بن معوية بنفسه فقَدِمَ عليهم وهم بِٱلرِّيَاضِ فَصَدَّقَ أَوَّلَ من انتهى اليه
منهم وهو غلام يقال له شَيْطَانُ بْنُ حُجْرٍ فاعجبته بَكْرَةٌ من الصدقة ودعا
بنار فوضع عليها ٱلْمِيسَمَ فاذا الناقة لاخى الشيطان ٱلْعَدَّاءِ بْنِ حُجْرٍ وليست عليه
صدقة وكان اخوه قد أَوْهَمَ حين اخرجها وَظَنَّهَا غيرها فقال ٱلْعَدَّاءُ هذه شَذْرَةُ
باسمها فقال الشيطان صَدَقَ اخى فانى لم أُعْطِكُمُوهَا إِلَّا وانا اراها غيرها فَأَطْلِقْ

Ante rebellionem factam autem, quum Kinditae cum caeteris provinciae Hadramautensis incolis omnibus islamismum amplexi essent, legatus Dei, cui Deus bene dicat, de piis donis deponendis hoc praeceperat, ut pars quaedam piorum donorum Hadramautensium apud Kinditas deponeretur, Kinditarum pia dona vero apud quosdam Hadramautenses, et alia donorum Hadramautensium pars apud Sekûnitas deponerentur, ac Sekûnitarum dona apud quosdam Hadramautenses. Tum aliquot homines Weliitae: „o legate Dei! camelos non habemus. Si censeres, ut ad nos illa adveheretis jumentis!" Dixit propheta: „si vos quoque haec censeatis." Responditque altera pars: „id deinde videbimus; quodsi jumenta illis non erunt, faciemus." Paulo post quum mortem obiisset propheta, cui bene dicat Deus faveatque, et tempus constitutum adesset, rem jam effici jussit Sijâd. Convenerunt eum igitur homines, dixeruntque Weliitae: „ad nos ea transmittite, quemadmodum legato Dei polliciti estis, cui bene dicat Deus faveatque." Sed altera pars: „sunt vobis jumenta, inquit; agite dum, ipsi ea asportate!" Institerunt quidem illis Weliitae, ipsique Sijâdo; cui dicebant: „tu cum illis contra nos facis." Sed recusarunt rem Hadramautenses, litigantesque domum redierunt Kinditae. Qui etsi mox alterum pedem protulerunt, alterum vero retraxerunt, iis tamen abstinuit Sijâd, exspectans El mohâdscherum. Sanaam autem ubi pervenit El mohâdscher, quae gesserat omnia scripsit Abu bekro, illoque loco mansit, quoad responsum Abu bekri redditum est. Rescripsit ei et Ikrimae Abu bekr, ut iter continuarent, quoad in provinciam Hadramautensem pervenissent. Sijâdo praefecturam prorogavit, iisque hominibus, qui ex provinciis inter Mekkam et El jemenam sitis remoti fuerant, redeundi potestatem fecit ea lege, ut caeteris praeferrentur milites; suppetias quoque illi misit Oboidam ben saad. Quae mandata ille exsequutus est. El mohâdscher vero Sanaa profectus in Hadramantam contendit, simulque Ikrima, Abjana relicta, in Hadramantam perrexit. Ad Maribam agmina junxerunt, ac deinde ex Saihad prodeuntes in Hadramantam irruperunt; El aswado occucurrit alter, alterque Wâjelitis. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui tradita fuerant a Seifo, qui ex Sahl ben jussuf ea compererat, cui a patre tradita fuerant, qui a Kethîr ben essalt ea acceperat. Qui dixit: posteaquam Kinditae propter litem inter eos et Hadramautenses exortam retro reversi sunt, pia dona ex tribu Amr ben moâwijo colligenda ipse Sijâd ben lobid suscepit. Adiit igitur eos tunc in Errijâd commorantes, atque a primo sibi occurrente pium donum sumsit, qui juvenis quidam fuit, cui nomen Scheitân ben hodschr. Placuit ei camela quaedam juvenca, quae ex dono illo erat; quam ob rem ignem afferri jussit, et stigma ei impressit. Sed haec juvenca ex camelis fratris Esscheitâni erat, El addâi ben hodschr, qui donum non debebat, neque nisi errore captus eam eduxerat Esscheitân; quippe aliam eam esse putaverat. Dixit itaque El addâ: „haec ea est, cui nomen Schedsrae." Atque Esscheitân: „vero hoc ait frater, inquit; neque vobis eam dedi, nisi quoniam aliam eam esse putabam. Missam

شَذْرَةَ وَخُذْ غيرها فانها غير متروكة فَرَأَى زِيَادٌ ذلك منه اعتلالا وَٱتَّهَمَهُ بالكفر ومباعدة الاسلام وَتَحَرِّى ٱلشَّرِّ فحمى وحمى الرجلان فقال زياد لا ولا يُنْعَمْ وى لك لقد وقع عليها ميسم الصدقة وصارت فى حَقِّ الله ولا سبيل الى رَدِّهَا ولا تَكُونَنَّ شَذْرَةُ عليكم كَٱلْبَسُوسِ ونادى ٱلْعَدَّآءُ يَآلَ عَمْرٍو بِٱلرِّيَاضِ أُضَامُ وَأُضْطَهَدُ إِنَّ ٱلذَّلِيلَ مَنْ أُكِلَ فِي دَارِهِ ونادى يَآبَا ٱلسُّمَيْطِ فاقبل أَبُو ٱلسُّمَيْطِ حَارِثَةُ بْنُ سُرَاقَةَ بن معدى كرب فقصد لزياد بن لبيد وهو واقف فقال أَطْلِقْ لِهَذَا ٱلْفَتَى بَكْرَتَهُ وخذ بعيرا مكانها فَإِنَّمَا بَعِيرٌ مَكَانَ بَعِيرٍ فقال ما الى ذلك سبيل فقال ذاك ان كنت يهوديا وعاج اليها فَأَطْلَقَ عقالها ثم ضرب الى جنبها فبعثها وقام دونها وهو يقول

يَمْنَعُهَا شَيْخٌ بِخَدَّيْهِ ٱلشَّيْبُ   مُلَمَّعٌ يُشْبِهُ تَلْمِيعَ ٱلثَّوْبِ

وَأَمَرَ بِهِ شَبَابًا من حضرموت والسكون فمغثوه وَتَوَطَّئُوهُ وكتفوه وكتفوا اصحابه فَٱرْتَهَنُوهُمْ واخذوا البكرة فعقلوها كما كانت وقال زياد بن لبيد فى ذلك

لَمْ يَمْنَعِ ٱلشَّذْرَةَ أَرْكُوبُ   وَٱلشَّيْخُ قَدْ يَثْنِيهِ أُرْجُوبُ

وَتَصَايَحَ اهل الرياض وتنادوا وغضب بنوا معوية لِحَارِثَةَ واظهروا امرهم وغضب ٱلسَّكُونُ لزياد وغضب له حضرموت واقاموا جميعا دونه وتوافى عسكران عظيمان من هولاء وهولاء لا تحدث بنوا معوية لمكان أُسَرَآئِهِمْ شيا ولا تَجِدُ اصحاب زياد على بنى معوية سبيلا يتعلقون به عليهم فَأَرْسَلَ اليهم زياد إِمَّا أَنْ تَضَعُوا ٱلسِّلَاحَ وَإِمَّا أَنْ تُؤْذِنُوا ٱلْحَرْبَ فقالوا لا نَضَعُ ٱلسِّلَاحَ أَبَدًا حتى ترسلوا اصحابنا فقال زياد لا يرسلوا حتى تَرْفَضُّوا وانتم صَغَرَةٌ قَمَأَةٌ يا اخابث الناس أَلَسْتُمْ سُكَّانَ حضرموت وجيران ٱلسَّكُونِ فما عسيتم ان تكونوا وتصنعوا فى دار حضرموت وفى جُنُوبِ مواليكم وقالت له السكون نَاهِدِ ٱلْقَوْمَ فانه لا يَفْطِمُهُمْ الا ذلك فنهد اليهم ليلا فقتل منهم وطاروا عَبَادِيدَ وَتَمَثَّلَ زياد حين اصبح فى عسكرهم

fac igitur Schedsram, aliamque cape. Derelicta enim ea non est." Sed Sijâd nonnisi in speciem veri haec dicta esse putavit, Esscheitânumque de impietate, et abjecto islamismo, rixaque de industria concitata suspectum habuit. Itaque efferbuit ipse, atque efferbuerunt etiam homines illi. Dixit Sijâd: „minime hoc! neque concedetur unquam. Tua fuit illa juvenca, jamque stigma, quo pia dona insigniuntur, ei impressi; nunc igitur Deo sacrata ea est, neque unquam potest reddi. Nolite committere, ut Schedsra vobis fiat Basûs." Quibus auditis, haec clamavit El addâ: „o Amritae! in ipsa Errijâd vim patior, injuriaque adficior. Vilis sane is est, qui in domo sua comeditur!" Addiditque: „o Abu someit!" Accessit itaque eo Abu someit hâretha ben soràke ben maadi karib, adiitque Sijâdum suo loco stantem, eique: „redde, inquit, huic juveni juvencam suam, camelumque pro ea cape! Camelus enim pro camelo datur." Respondit vero Sijâd: „id fieri nequit." Dixitque ille: „hoc quidem, si Judaeus es." Deinde ad juvencam rediit, et, vinculo soluto, ejus latus percussit, eamque abegit. Propter eam stans dixit haec:

Tuetur eam senex, in cujus genis canities exstat
Discolor, quae refert discolorem vestem.

Sed Sijâd contra Abu semeitum aliquot juvenes emisit Hadramautenses et Sekûnitas, qui prostratum illum conculcarunt vinculisque constrinxerunt; atque illius comites quoque constrinxerunt, tanquam obsides. Juvencam ceperunt, vinculumque, quo ligata fuerat, rursus ei indiderunt. In quas res haec dixit Sijâd ben lebid:

Eam haud tuita est turma,
Sanemque abigit articulus digiti.

Tum qui in Errijâd aderant homines, pace composita, conventum egerunt. Moâwijitae de vice Hârethae indignabantur, idque exposuerunt; Sekûnitae vero et Hadramautenses indignabantur de Sijâdo male habito. Seorsum ab eo secessit utraque pars, magnumque agmen coegit. Sed Moâwijitae suis, quos captivos illi abduxerant, metuentes nihil novi moliri ausi sunt; neque qui Sijâde favebant occasionem invenerunt, qua usi in Moâwijitas invaderent. Itaque Sijâd hunc illis nuntium fecit: „aut arma deponite, aut bellum indicite!" Illi vero: „arma prius non deponemus, quam amicos nostros ad nos remiseritis." Respondit Sijâd: „prius non remittentur, quam discesseritis. Viles vos estis et contemti, o scelestissimi hominum! Nonne terrae Hadramautensis incolae vos estis, et Sekûnitarum vicini? Sed fieri non potest, ut illum locum retineatis, et in territorio Hadramautensi vestrorumque amicorum confiniis etiam posthac mala moliamini." Sekûnitae vero Sijâde: „impetum in illos fac! nihil enim nisi hoc grave iis erit." Itaque impetum in eos fecit noctu, nonnullosque concidit; caeteri aufugerunt dispersi. Sijâd quum castra eorum intrasset, recitavit haec:

وَكُنْتُ آمْرَأً لَا أَبْعَثُ ٱلْحَرْبَ ظَالِمًا   فَلَمَّا أَبَوْا سَامَحْتُ فِي حَرْبِ حَاطِبِ

وَلَمَّا قَرَّبَ ٱلْقَوْمُ خلّى عن النفر الثلثة ورجع زياد الى منزله على الظفر ولما رجع ٱلْأُسَرَآءِ الى اصحابهم لَمَرُوهُمْ فَتَذَامَرُوا وقالوا لا تَصْلُحُ البلدة علينا وعلى هولاء حتى تَخْلُوَ لاحد الفريقين فَأَجْمَعُوا وعسكروا جميعا ونادوا بمنع الصدقة فتركهم زياد لم يخرج اليهم وتركوا المسير اليه وارسل اليهم الحصين بن نُمَيْر فما زال يسفر فيما بينهم وبين زياد وحضرموت والسكون حتى سكن بعضهم عن بعض وهذه ٱلنَّفْرَةُ الثانية وقال ٱلسَّكُونِيُّ فى ذلك

لَعَمْرِى وَمَا عَمْرِى بِعُرْضَةِ جَانِبٍ   لَتُجْلِيَنَّ مِنْهَا ٱلْبِرَارَ بَنُوا عَمْرِو
كَذَبْتُمْ وَبَيْتِ ٱللّٰهِ لَا تَمْنَعُونَهَا   زِيَادًا وَقَدْ جِئْنَا زِيَادًا عَلَى قَدْرِ

وَأَقَامُوا بعد ذلك يسيرا ثم إنّ بنى عمرو بن معوية خصوصا خرجوا الى ٱلْمَحَاجِرِ الى أَحْمَآءِ حَمَوْهَا فنزل جَمَدٌ مَحْجِرًا وَمِخْوَصٌ محجرا وَمِشْرَحٌ محجرا وَأَبْضَعَةُ محجرا واختلهم ٱلْعَمَرَّدَةُ محجرا وكانت بنوا عمرو بن معوية على هولاء الروساء ونزلت بنوا الحرث بن معوية محاجرها فنزل ٱلْأَشْعَثُ بن قيس محجرا وَٱلسُّمَيْطُ بن الاسود محجرا وطابقت معوية كلّها على مَنْعِ الصدقة واجمعوا على ٱلرِّدَّةِ إلّا ما كان من شرحبيل بن ٱلسِّمْطِ وابنه فانهما قاما فى بنى معوية فقالا والله إنّ هذا لَقَبِيحٌ بِأَقْوَامٍ أَحْرَارٍ ٱلتَّنَقُّلُ إنّ الكرام ليكونون على ٱلشُّبْهَةِ فيكرمون ان يتنقّلوا منها الى اوضح منها مخافة العار فكيف بالرجوع عن الجميل وعن الحقّ الى الباطل والقبيح ٱللّٰهُمَّ انّا لا نُمَالِئُ قومنا على هذا وانّا لنادمون على مجامعتهم الى يومنا هذا يعنى يوم ٱلْبَكْرَةِ ويوم ٱلنَّفْرَةِ وخرج شرحبيل بن ٱلسِّمْطِ وابنه ٱلسِّمْطُ حتى أَتَيَا زياد بن لبيد فَٱنْضَمَّا اليه وخرج ابن قيس وَٱمْرُؤُ ٱلْقَيْسِ بن عابس حتى أَتَيَا زيادا فقالا له بَيِّتِ ٱلْقَوْمَ فان اقواما من السكاسك قد ٱنْضَمُّوا اليهم وقد تسرع اليهم قوم من ٱلسَّكُونِ وَشُذَّاذٌ من حضرموت لعلّنا نوقع بهم وقعة تورث بيننا عداوة وتفرّق بيننا فان أَبَيْتَ خشينا ان يَرْفَضَّ الناس عنّا اليهم والقوم عازون لمكان من اتاهم راجون لمن بقى فقال شَأْنَكُمْ فجمعوا جمعهم

Is vir quidem sum, qui bellum non conciteat injuste;
Si pertinaces sint, miles tamen me praebeo in debellando debili.

Qui homines quum fuga salutem petiissent, tres illos viros dimisit Sijâd, victoriamque reportans domum rediit. Captivi vero, simul atque ad suos reversi sunt, in arma eos instigarunt. Mox itaque invicem se excitantes: „nos simul cum illis haec terra non feret; alterutri parti tota cedat oportet." Inter se consentientes igitur consociata castra posuerunt, et pia dona se non daturos esse proclamarunt. Sivit eos Sijâd, neque expeditionem contra eos suscepit, neque in ipsum illi invaserunt. Sed El hossainum ben nomeir ad eos misit, qui inter illos et Sijâdum et Hadramautenses Sekûnitasque usque adeo commeavit, donec utraque pars ad pacificationem inclinaret. Quae fuit conjuratio altera. Dixitque in has res Sekûnita:

1. Per vitam meam! neque vita mea expoulitur homini vili!
Exsulabitis ex ea hac quidem vice, o Amritae!
2. Mentiti estis, per domum Dei! Ab ea non prohibebitis
Sijâdum; accessimus jam ad Sijâdum potentes.

Sed non diu deinde illo loco se tenuerunt. Mox enim tribus Amr ben moâwije praesertim ad territoria sua contendit, id est praedia quaedam septa. Suo quisque in territorio consederunt Dschamad, Michwas, Mischrach, Abdaa eorumque soror El amarrada; his enim ducibus parebat tribus Amr ben moâwije. Atque tribus El hareth ben moâwije quoque ad territoria perrexit, et in suo uterque consederunt El aschath ben kais et Essomeit ben el aswad. Tota deinde Moâwijitarum gens inter se consensit pia dona non dare, et a religione desciscere. Solus Schorachbil ben essimt cum filio inter Moâwijitas exsurgens: „equidem turpis, per Deum, inquit, ingenuis hominibus est inconstantia. Quin generosi homines, etsi rem dubiam amplexi sint, ad clariorem transire tamen dedignantur pudore ducti. Quid igitur, si quis ab honesta re et vera ad vanam turpemque transire velit? Bone Deus! in hac quidem re nos gentem nostram non adjuvabimus, nosque poenitet quod cum illis fecerimus ad diem hunc;" id est diem juvencae, et diem conjurationis. Abierunt itaque inde Schorachbil ben essimt, ejusque filius Essimt, perrexeruntque ad Sijâdum ben lebid, ad cujus partem se junxerunt. Ebn kais vero et Emrul kais ben âbes Sijâdum convenientes: „noctu, inquiunt, in illos impetum fac. Jam enim homines Sekâsikitae ad eos accesserunt multi, properantque ad eos etiam nunc Sekûnitae extorresque Hadramautenses. Fieri quidem potest, ut jam cladem iis infligamus, quae inimicitiam inter nos pariat et discidium. Quod si facere nolis, ne nobis relictis ad illos transeant homines timemus. Fiducia illi augentur iis hominibus, qui eo jam accesserunt, bonamque spem de iis quoque habent, qui adhuc cunctati sunt." Quibus Sijâd: agitedum! Itaque copiis coactis in hostes illi invaserunt, in territoria irruentes noctu. Circa ignes considentes illos invenerunt, unde factum est, ut quos petere

فطرقوهم فى محاجرهم فوجدوهم حول نيرانهم جُلُوسًا فعرفوا من يريدون فاكبّوا على بنى عمرو بن معوية وهم عَدَدُ القوم وشوكتهم من خمسة أَوْجُهٍ فى خمسة فِرَقٍ فاصابوا مِشْرَحًا وَمِخْوَصًا وَجَمْدًا وَأَبْضَعَةَ وَأُخْتَهُمُ ٱلْعَمَرَّدَةَ ادركتهم اللعنة وقتلوا فاكثروا وهرب من اطاق الهرب وَوَهَنَ بنوا عمرو بن معوية فلم ياتوا بخير بعدها وَٱنْكَفَأَ زياد راجعا بِٱلسَّبْيِ والاموال وَأَخَذَ طريقا يُفْضِى بهم الى عسكر الاشعث وبنى الحرث بن معوية فلما مرّوا بهم فيه استغاث نِسْوَةٌ من بنى عمرو بن معوية ببنى الحرث وَنَادَيْنَهُ يا اشعث يا اشعث خالاتك خالاتك فثار فى بنى الحرث فَتَنَقَّذَهُمْ وهذه الثالثة وقال الاشعث

مَنَعْتُ بَنِى عَمْرٍو وَقَدْ جَآءَ جَمْعُهُمْ   بِأَمْعَرَ مِنْ يَوْمِ ٱلْبَصِيصِ وَأَصْبَرَ

وَعَلِمَ ٱلْأَشْعَثُ أَنَّ زِيَادًا وجنده اذا بلغهم ذلك لم يُقْلِعُوا عنه ولا عن بنى الحرث بن معوية فجمع اليه بنى الحرث بن معوية وبنى عمرو بن معوية ومن اطاعه من ٱلسَّكَاسِكِ فى الخصايص من قبايل ما حولهم وتباين لهذه الوقعة من بِحَضْرَمَوْتَ من القبايل فثبت اصحاب زياد على طاعة زياد وَلَجَّتْ كِنْدَةُ فلما تباينت القبايل كتب زياد الى المهاجر وكاتبه الناس فتلقاه بالكتاب وقد قطع صَيْهَدَ مَفَازَةً مَا بَيْنَ مَأْرِبَ وحضرموت واستخلف على الجيش عكرمة وتعجّل فى سَرَعَانِ الناس ثم سار حتى قدم على زياد فنهد الى كندة وعليهم الاشعث فالتقوا بِمَحْجَرِ ٱلزِّبْرِقَانِ فاقتتلوا به فهزمت كندة وقتلت وخرجوا هرّابا فَٱلْتَجَأُوا إِلَى ٱلنُّجَيْرِ وَقَدْ رَمُّوهُ وحصّنوه وقال فى يوم محجر الزبرقان المهاجر

كُنَّا بِزِبْرِقَانَ إِذْ يُشْرِدُكُمْ   بَحْرٌ يُزَجِّى فِى مَوْجِهِ ٱلْحَطَبَا
وَنَحْنُ قَتَلْنَاكُمْ بِمَحْجِرِكُمْ   حَتَّى رَكِبْتُمْ مِنْ خَوْفِنَا ٱلسَّبَبَا
إِلَى حِصَارٍ يَكُونُ أَعْوَنَهُ   سَبْىُ ٱلذَّرَارِى وَسَوْقُهَا خَبَبَا

وَسَارَ ٱلْمُهَاجِرُ فِى ٱلنَّاسِ من محجر الزبرقان حتى نزل على ٱلنُّجَيْرِ وقد اجتمعت اليه كندة فتحصّنوا فيه ومعهم من استغروا من السكاسك وَشُذَّاذٌ من السكون وحضرموت وَٱلنُّجَيْرُ على ثَلَثَةِ سُبُلٍ فنزل زياد على احدها ونزل المهاجر على الاخر

vellent dignoscere possent. In tribum Amr ben moâwije igitur, quae totius gentis robur erat et vis, ex quinque partibus cohortes quinque immiserunt, ceperuntque Mischrachum, Michwasum, Dschamadum, Abdaam, eorumque sororem El amarradam. Quos sic confecit imprecatio dira. Multos hostium ceciderunt, multamque praedam abstulerunt; aufugerunt quibus aufugiendi occasio data est. Qua clade accepta tribus Amr ben moâwije ita debilitata est, ut potentiam exinde non recuperaverit. Cum captivis et praeda reversus Sijâd viam quandam ingressus est, quae ad castra El aschathi et tribus El hâreth ben moâwije eos deduxit. Quos quum praeterirent, aliquot mulieres tribu Amr ben moâwije ortae implorarunt Hârethitas, alta voce clamantes: o Aschath! o Aschath! materterae tuae! materterae tuae! Quibus auditis cum Hârethitis prorupit El aschath, illosque liberavit. Quae conspiratio tertia fuit. Tum El aschath:

Vindicavi Amritas, quorum agmini ille intulerat
Diem, qui tristior erat quam dies ad El badid, et durior.

Intellexit vero El aschath, Sijâdum ejusque exercitum re illa comperta ab impugnando se non destituros esse, neque a tribu El hâreth ben moâwije. Quam ob rem tribum El hâreth ben moâwije et tribum Amr ben moâwije, et qui ipsi parebant Sekâsikitas cum vicinarum tribuum plebe ad se coegit. Inter tribus Hadramautenses vero proelium illud discidium peperit; qui Sijâdo favebant in fide perstiterunt; seditionem vero moverunt Kinditae. Quo discidio exorto Sijâd ad El mohâdscherum litteras dedit, ad quem etiam caeteri homines scripserunt. Obviam illi litteras misit Sijâd; jam enim El mohâdscher trajecerat Saihadam, regionem vastam quae inter Maribam et Hadramautum porrigitur. Exercitui praefecerat Ikrimam, ipseque cum velitibus praecedens ad Sijâdum properaverat. Ad quem quum pervenisset, Kinditas aggressus est. Incidit in eos apud Machdschir essibrikân, ubi proelium editum est. Fusi sunt Kinditae et caesi; qui fuga salutem petierunt, ad castellum Ennodscheir se receperunt, quod ipsi vallaverant et communiverant. In quod proelium ad Machdschir essibrikân commissum haec dixit El mohâdscher:

1. Adfuimus in Essibrikân, quum vos abriperet
Mare quoddam, quod fluctibus volvebat discrimen.
2. In territorio vestro ita concidimus vos,
Ut prae terrore in ipsis habenis equitantes
3. In obsidionem confugeretis, cujus levissima noxia erit,
Quod capientur mulieres, et abducentur gradu citato.

Ex Machdschir essibrikân cum exercitu profectus El mohâdscher prope castellum Ennodscheir castra posuit, obsessis viis tribus. Coiverant enim in eum locum Kinditae, munimentisque eum cinxerant; ad quos se junxerant etiam nonnulli Sekâsikitae ab illis excitati, extorresque varii Sekûnitae, Hadramautenses et Nedschilenses. Unam viam obsedit Sijâd, alteram El mohâdscher.

والثالث فهم يُؤْتَوْنَ فيه ويذهبون فيه الى ان قدم عكرمة وَفُرِّقَ فى الجيش فنزله على ذلك الطريق فقطع عليهم ٱلْمَوَادَّ وَرَدَّهُمْ وَفَرَّقَ فى كندة الخيول وامرهم ان يُوطِئُوهُمْ وفيمن بعث يزيد بن قَنَانَ من بنى مالك بن سعد فقتل مَنْ بِقُرَى بَنِى هِنْدٍ الى بَرَهُوتَ وبعث فيمن بعث الى الساحل خالد بن فلان المخزوميّ وربيعة الحضرميّ فقتلوا اهل محنا وَأَحْيَاءً أُخَرَ وبلغ كندة وهم فى الحصار ما لقى سَائِرُ قومهم فقالوا الموت خير مما انتم فيه جُزُّوا نَوَاصِيَكُمْ حَتَّى كَأَنَّكُمْ قَوْمٌ قد وهبتم الله انفسكم فانعم عليكم فَبُؤْتُمْ بِنِعَمِهِ لَعَلَّهُ أَنْ ينصركم على هولاء ٱلظَّلَمَةِ فجزّوا نواصيهم وتعاقدوا وتواثقوا أَلَّا يَفِرَّ بَعْضُهُمْ مِنْ بَعْضٍ وجعل راجزهم يرتجز فى جوف الليل فوق حِصْنِهِمْ

صَبَاحُ سَوْءٍ لِبَنِي قُتَيْرَهْ وَلِلْأَمِيرِ مِنْ بَنِي ٱلْمُغِيرَهْ

وجعل راجز المسلمين زياد بن دِينَارٍ يَرُدُّ عليهم

لَا تُوعِدُونَا وَٱصْبِرُوا حُصَيْرَهْ نَحْنُ خُيُولُ وَلَدِ ٱلْمُغِيرَهْ
وَفِي ٱلصَّبَاحِ تَظْهَرُ ٱلْعَشِيرَهْ

فَلَمَّا أَصْبَحُوا خَرَجُوا عَلَى ٱلنَّاسِ فَٱقْتَتَلُوا بِأَفْنِيَةِ ٱلنُّجَيْرِ حتى كثرت القتلى بحيال كلّ طريق من الطرق الثلثة وجعل عكرمة يرتجز يومئذ ويقول

أَطْعَنْتُمْ وَأَنَا عَلَى وَقَارِ تَعْنَنَا أَبُوِيَّةَ عَلَى مَجَارِ

ويقول

أُنْفِذُ قَوْلِي وَلَهُ نَفَاذُ إِنِّي وَمَنْ جَاوَرَنِي مَعَاذُ

فَهُزِمَتْ كِنْدَةُ وقد اكثروا فيهم القتل وقال هشام بن محمد ٱلْكَلْبِيُّ قدم عكرمة بن ابى جهل بعد ما فرغ المهاجر من امر القوم مَدَدًا له فقال زياد والمهاجر لمن معهما إِنَّ إِخْوَانَكُمْ قَدِمُوا مَدَدًا لكم وقد سبقتموهم بالفتح فَأَشْرِكُوهُمْ فى الغنيمة ففعلوا واشركوا من لحق بهم وتواصوا بذلك وبعثوا

Tertia vero et aditum ad urbem liberum, et exitum ex ea habuerunt homines, donec advenit Ikrima. Qui agmen suum ita disposuit, ut, hac quoque via obsessa, suppetias ab urbe intercluderet et repelleret. Deinde in terram Kinditarum equites emisit,' eosque hostem conterere jussit. Erat ex iis, quos emisit, Jesid ben kanân, ortus tribu Mâlek ben saad, qui oppidorum Hinditarum incolas concidit progressus usque Barahût. Ex iis, qui in littoralem regionem emissi sunt erant Châled ben fulân Machsûmita et Rebia Hadramautensis, qui incolas Miehnae, tribusque aliquot alias debellaverunt. Kinditae in castello inclusi quum de calamitate, quae in reliquos suos gentiles inciderat, certiores fierent: „mors sane, inquiunt, iis quae vos perpetimini praeferenda est. Igitur antias praecidite, ac si Deo vos devovissetis, beneficiaque ab eo jam accepissetis. Eo fortasse fiet, ut contra scelestos illos homines auxilium ipse vobis ferat." Quibus dictis antias' praeciderunt, omnesque una conjurarunt, ut nemo eorum fuga salutem peteret. Media nocte quidam eorum poëta ex pinna castelli haec canere coepit:

Aurora mala exoriatur tribui Katira,
Ei duci, qui ortus est tribu El mogira.

Moslemorum poeta vero, Sijâd ben dinâr, haec illis respondere coepit:

Minari nolita! sed pelimini anxii!
Nam milites nos sumus tribus El mogira,
Primaque aurora triumphabit haec gens.

Primo mane quum ex urbe in hostem irruissent, in pomoerio Enuodscheiri proelium commissum est, multique homines in trium viarum quaque caesi sunt. Tum Ikrima haec canere coepit:

Morem illis gessi, etsi festinabam,
Quum confoderem Abujam in transitu.

Idemque haec:

Emitto verba mea, eaque penetrant;
Ego, et qui mihi vicinus, asylum quasi sumus.

In fugam conjecti sunt Kinditae, multosque eorum ceciderunt Moslemi. Dicit Heschâm ben mohammed Kelbita: hostibus ab El mohâdschero fusis, cum in locum advenit etiam Ikrima ben abi dschehl, suppetias illi ferens. Quam ob rem Sijâd et El mohâdscher suis militibus: „advenerunt, inquiunt, fratres vestri suppetias vobis ferentes, quum jam victoriam praeripuissetis. At praedae tamen participes eos facite." Neque illi reluctati sunt; sed quicunque illorum ad ipsos accesserat, cum eo praedam participarunt, seque ad hoc faciendum cohortati sunt invicem.

بالاخماس والاسرا • وسار البشير فسبقهم وكانوا يبشرون القبايل ويقرّون عليهم الفتح ❁ وَكَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ قال كتب ابو بكر رحمة الله عليه ورضوانه الى المهاجر مع المغيرة بن شُعْبَة اذا جاءكم كتابى هذا ولم تظفروا فان ظفرتم بالقوم فَٱقْتُلُوا ٱلْمُقَاتِلَةَ واسبوا الذرّيّة ان اخذتموهم عنوة وانزلوا على حكمى فان جرى بينكم صلح قبل ذلك فَعَلَى أَنْ تخرجوهم من ديارهم فَإِنِّي أَكْرَهُ أَنْ أُقِرَّ اقواما فعلوا فعلهم فى منازلهم لِيَعْلَمُوا أَنْ قَدْ أَسَاؤُوا وليذوقوا وبال بعض الذى اتوا

قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وَلَمَّا رَأَى أَهْلُ ٱلنُّجَيْرِ ٱلْمَوَادَّ لا تنقطع عن المسلمين وايقنوا انهم غير منصرفين عنهم خشعت انفسهم ثم خافوا القتل وخاف الروساء على انفسهم ولو صبروا حتى يَجِيءَ المغيرة كانت لهم فى الثالثة على ٱلْخَيْلِ ❊ نَجَاةٌ فعجل الاشعث فخرج الى عكرمة بِأَمَانٍ وكان لا يَأْمَنُ من غيره وذلك انه كانت تحته أَسْمَآء ابنة النعمن بن ٱلْجَوْنِ وهو يومئذ بالخندق ينتظر المهاجر فاهداها اليه ابوها قبل ان تنادوا فابلغه عِكْرِمَةُ ٱلْمُهَاجِرَ واستامنه له على نفسه وَنَفَرٍ مَعَهُ تِسْعَةٍ على ان يومنهم واهليهم على ان يفتحوا لهم الباب فاجابه الى ذلك وقال ٱنْطَلِقْ فَٱسْتَوْثِقْ لِنَفْسِكَ ثُمَّ هَلُمَّ إِلَيَّ كِتَابَكَ أَخْتِمْهُ ❁ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن ابى اسحق الشيبانى عن سعيد بن ابى بُرْدَةَ عن عامر انه دخل عليه فاستامنه على اهله وماله وَتِسْعَةٍ مِمَّنْ أَحَبَّ وعلى ان يفتح لهم الباب فيدخلوا على قومه فقال له المهاجر اكتب ما شيت وَٱعْجَلْ فكتب أَمَانَهُ وَأَمَانَهُمْ وفيهم اخوه وبنوا عمّه واهلوهم ونسى نفسه عَجِلَ وَدَهِشَ ثم جاء بالكتاب يَخْتِمُهُ ورجع فسرّ بالذين فى الكتاب وَقَالَ ٱلْأَجْلَحُ وَٱلْمُجَالِدُ لَمَّا لَمْ يَبْقَ إِلَّا أَنْ يكتب نفسه وثب عليه جَحْدَمٌ بشفرة فقال نَفْسَكَ وتكتبنى فكتبه وترك نفسه قال ابو اسحق فلما فُتِحَ الباب اقتحمه المسلمون فلم يَدَعُوا فيه

Quintam partem vero et captivos Abu bekro transmiserunt. Ad quem nuntius quoque profectus est, exercitum praecedens. Ad singulas tribus laetum hunc nuntium reportarunt, victoriam se adeptos esse. Haec ad me scripsit Essurri: Abu bekr, quem misericordia Deus amplectatur et gratia, ad El mohâdscherum has litteras dedit, quas illi reddidit El mogira ben schoba: „si, his litteris tibi redditis, hostes nondum superaveritis, vide quid agas. Sin autem eos superaveritis, milites interficite, mulieresque captivas abducite, si quidem vi eos ceperitis, et consistite, mandata mea exspectantes. Si ante litteras redditas pacem cum iis composueritis, ratam eam habebo ea sub conditione ut territorio eos pellatis. Nam hominibus, qui quod commiserunt illi perpetrant, territoria sua reddere nolo, ut male se fecisse ipsi intelligant, et quid noxiae inferant ejusmodi scelera sentiant."

Dicit Abu dschafer: homines in castello Ennodscheir inclusi quum suppetias Moslemis venire continuas viderent, neque illos unquam a se destituros esse intelligerent, animum desponderunt; internecionem enim timebant, ipsique principes de sua vita metuebant. Quodsi exspectassent donec venisset El mogira, etiam ex tertia hac rebellione, etsi arroganter se gesserant, evasissent salvi. Sed festinantius egit El aschath, atque Ikrimam convenit, fide sibi data. Nam nemini nisi Ikrimae fidem ipse habebat; quod inde factum est, quod Ikrimae nupta erat Asma, filia Ennoomâni ben el dschaun. Apud fossam quippe tunc commorabatur Ikrima, El mohâdscherum exspectans, uxoremque ad eum deduxerat pater ante quam convenerant. Itaque El mohâdschero rem significavit Ikrima, et ab eo petiit, ut El aschatho novemque praeter eum viris fidem daret; et quidem ea sub conditione, ut eos eorumque domesticos securos praestaret, illi vero Moslemis portam castelli aperirent. Haec ille El aschatho concessit dixitque: „abi jam, ipseque pactionem conscribe; deinde libellum tuum huc adfer, ut sigillum ei imprimam." Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ab Abu ishak Scheibânita ea acceperat, cui tradita fuerant a Said ben abi bordo, qui ex Amero ea compererat. Convenit illum El aschath, atque ab eo petiit, ut fidem suis domesticis daret bonisque suis, et viris praeterea novem, qui ex suis amicis essent, et quidem ea sub conditione, ut portam ipse Moslemis ita aperiret, ut in ipsius gentem irrumpere possent. Cui El mohâdscher: „quid velis conscribe, citoque fac." Itaque libellum fidei sibi suisque conscripsit El aschath, in quo fratris et patruelum eorumque domesticorum nomina consignavit; sed sui ipsius oblitus est, festinantia lapsus. Deinde libellum illi obtulit obsignandum, et ad suos reversus cum iis, qui in libello consignati erant, sibi gavisus est. Sic vero narrant El achladsch et El modschâled: quum nihil jam superesset, nisi ut suum quoque nomen inscriberet El aschath, sicam vibrans in eum irruit Dschachdam, et ei: „per vitam tuam, inquit, me quoque inscribe!" Itaque illius nomen inscripsit, suum vero omisit. Dicit Abu ishak: porta postea quam aperta est, in castellum irruentes Moslemi

مقاتلا الا قتلوه ضربوا اعناقهم صَبْرًا وَأُحْصِيَ الف امراة ممن فى ٱلنُّجَيْرِ والخندق ووضع على السبى وَٱلْفَيْء الاحراس ✿ وَشَارَكَهُمْ كَثِيرٌ وَقَالَ كَثِيرُ بْنُ ٱلصَّلْتِ لما فُتِحَ الباب وَفُرِغَ ممن فى ٱلنُّجَيْرِ وَأُحْصِيَ مِمَّا آتَى الله عليهم دعا الاشعث باوليك النفر ودعا بكتابه فعرضهم فاجاز من فى الكتاب فاذا الاشعث ليس فيه فقال المهاجر الحمد لله الذى خَطَّأَكَ فَاكَ يا اشعث يا عَدُوَّ الله قد كنت اشتهى ان يجزيك الله فَشَدَّهُ وِثَاقًا وَهَمَّ بِقَتْلِهِ فقال له عكرمة أَخِّرْهُ وَأَبْلِغْهُ أَبَا بَكْرٍ فَهُوَ أَعْلَمُ بِٱلْحُكْمِ فى هذا وان كان رجل نسى اسمه ان يكتبه وَهُوَ وَلِيُّ ٱلْمُخَاطَبَةِ أَفَذَاكَ يُبْطِلُ ذَاكَ فقال المهاجر إِنَّ أَمْرَهُ لَبَيِّنٌ وَلٰكِنِّي أَتَّبِعُ ٱلْمَشُورَةَ وَأُوثِرُهَا واخّره وبعث به الى ابى بكر مع السبى فكان معهم يلعنه المسلمون ويلعنه سبايا قومه وسمّاه نساء قومه عُرْفَةَ ٱلنَّارِ كَلَامٌ يَمَانٍ يُسَمُّونَ به الغادر وقد كان المغيرة تحيّر ليله للذى اراد الله فجاء والقوم فى دمائهم والسبى على ظهر وسارت السبايا والاسرى فدعا بالاشعث فقال ٱسْتَنْزَلَكَ بَنُوا وَلِيعَةَ ولم يكن لِيَسْتَنْزِلُوهُمْ وَلَا يَرَوْنَكَ لذلك اهلا وهلكوا واهلكوك اما تخشى ان تكون دَعْوَةٌ لرسول الله قد وصل اليك منها طَرَفٌ ما تراني صانعا بك فقال إِنِّي لَا عِلْمَ لِى بِرَأْيِكَ وَأَنْتَ أَعْلَمُ بِرَأْيِكَ قال فانى ارى قتلك قال فانى انا الذى راوضت القوم فى عَشَرَةٍ فما يَحِلُّ دمى قال أَفَوَّضُوا إِلَيْكَ قال نعم قال ثم اتيتهم بما فَوَّضُوا اليك فختموه لك قال نعم قال فانما وجب الصلح بعد ختم الصحيفة على من فى الصحيفة وانما كنت قبل ذلك مُرَاوِضًا فلما خشى ان يقع به قال إِنْ تَحْتَسِبْ فِيَّ خَيْرًا فَتُطْلِقَ أَسَارِيْ وَتُقِيلَنِي عَثْرَتِي وتقبل اسلامى وتفعل بى مثل ما فعلته بامثالى وَتَرُدُّ عَلَيَّ زَوْجَتِي وقد كان خطب أُمَّ فَرْوَةَ بِنْتَ أَبِي قُحَافَةَ مَقْدَمَهُ على النبى صلى الله عليه فزوّجه واخّرها الى ان يقدم

milites omnes ibi obtruncarunt; colla iis secuerunt posteaquam eos ceperant. Mulieres dinumerarunt mille, quae in Ennodscheiro et intra fossam captae sunt, custodesque captivis praedaeque praefecerunt. Congrua cum illis tradit Kethir. Dicit enim Kethir ben essalt: posteaquam, adaperta porta, Nodscheirenses concisi erant, praedaque quam Moslemis concesserat Deus dinumerata erat, illos homines advocavit El aschath, libellumque fidei adferri jussit. Quos quum adduxisset, fidem iis, qui in libello consignati essent, dedit El mohâdscher; sed nomen El aschathi in libello repertum non est. Tum El mohâdscher: „laudo sane Deus celebrandus est, qui hoc effecit, ut ipsum tuum os erroris te coargueret. O Aschath, homo Deo inimice, jam pridem hoc fuit in votis, ut justa tibi rependeret Deus.“ Quibus dictis in vincula eum conjecit; quippe interficere eum cogitabat. Sed El mohâdschero Ikrima: „moram interpone, inquit, et ad Abu bekrum illum transmitte, qui quid in hac re statuendum sit melius scit, id est, si quis nomen suum adscribere oblitus sit, at facto colloquio tamen rem stipulatus sit, num illud irritum faciat hoc.“ Cui El mohâdscher: „etsi res illius hominis in aperto sint, tamen sententiae tuae morem geram, eamque meae praeferam.“ Itaque El aschatho moram fecit, et cum caeteris captivis ad Abu bekrum eum transmisit. Cui iter cum illis facienti non modo Moslemi male dicebant, sed et ipsius gentiles captivi; suae gentis mulieres enim ventum igniferum eum nuncupabant, quo vocabulo jemenico hominem perfidum adpellare solent. El mogira per totam noctem dubius fuerat, quid vellet Deus; ubi vero ad Móslemós pervenit, hostes jam in fidem receptos invenit, et captivos ad abeundum paratos. Mox igitur mulieres virique captivi ad Abu bekrum profecti sunt. Qui El aschathum ad se adduci jussit, eique: „ad rebellionem, inquit, te deduxerunt Weliitae, neque tu is fuisti, ut illos deduceres; tanta re enim te dignum non existimarunt. Perierunt itaque ipsi, teque perdiderunt. Nonne times, ne eam auctoritatem legatus Dei habeat, quae ad te quoque pertineat? Quid jam me tibi facturum esse putas?“ Cui El aschath: quae cogitas nescio; tu quae cogitas melius novisti. Atque Abu bekr: te interficere cogito. Tum El aschath: „equidem stipulatus eram ab gente vostra homines decem, quam ob rem me interficere non licet.“ Cui ille: num in eligendis arbitrium tibi fecerunt? Respondit: fecerunt sane. Et Abu bekr: „indicem deinde, inquit, in quo conscribendo arbitrium tibi fecerant, ad illos attulisti, sigilloque eum obsignarunt?“ Respondit: ita factum est. Tum Abu bekr: „itaque post obsignatum indicem nonnisi iis, qui in indice inscripti erant, data erat pax; tu antea modo stipulatus eras.“ Timens igitur El aschath, ne poena eum afficeret Abu bekr: „quodsi quid boni a me tibi pollicēberis, proptereaque captivos meos familiares dimittes, delicta mihi ignosces, et in islamismum me recipies, quae caeteris concessisti eadem mihi quoque tribuens, atque uxorem mihi reddes.“ In matrimonium enim ille expetiverat Omm farwam, filiam Abu kohâfae, quum prophetam convenisset, cui bene dicat Deus, eamque ei dederat quidem propheta, sed retinuerat, donec iterum ille

الثانية فمات النبى صلى الله عليه وسلم وفعل الاشعث ما فعل فخشى ألّا تُرَدَّ عليه تجدنى خيرَ أهلِ بلادى لِدينِ اللّٰه فتجافى له عن دمه وقبل منه وَرَدَّ عليه اهله وقال انْطَلِقْ فَلْيَبْلُغْنِى عَنْكَ ذَلِكَ وخلّى عن القوم فذهبوا وقسم ابو بكر فى الناس الخمس واقتسم الجيش الاربعة الاخماس ✿ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وَأَمَّا ٱبْنُ حُمَيْدٍ فانه قال حدّثنا سلمة عن ابن اسحق عن عبد الله بن ابى بكر أَنَّ ٱلْأَشْعَثَ لَمَّا قُدِمَ بِهِ على ابى بكر قال ماذا ترانى اصنع بك فانك قد فعلت ما علمت قال تَمُنُّ عَلَىَّ فَتَفُكُّنِى مِنَ ٱلْحَدِيدِ وتزوّجنى اختك فانى قد رَاجَعْتُ وأَسْلَمْتُ فقال ابو بكر قَدْ فَعَلْتُ فزوّجه أُمَّ فَرْوَةَ ٱبْنَةَ أَبِى قُحَافَةَ وكان بالمدينة حتى فتح العراق

رَجَعَ ٱلْحَدِيثُ الى حَدِيثِ سَيْف فَلَمَّا ٱسْتُخْلِفَ عُمَرُ رحمه الله قال إِنَّهُ لَيَقْبُحُ بِٱلْعَرَبِ ان يملك بعضهم بعضا وقد وَسَّعَ الله علينا وَفَتَحَ الاعاجم واستشار فى فِدَآءِ سبايا العرب فى الجاهلية والاسلام الا امراة قد ولدت لسيدها وجعل فِدَآءَ كل انسان سَبْعَةَ أَبْعِرَةٍ وَسِتَّةَ أَبْكُرٍ الا حَنِيفَةَ وَكِنْدَةَ فانه خَفَّفَ عنهم لقتل رجالهم او من لا يقدر على فِدَآءٍ لقيامهم واهل دَبَا فتتبعت رجالهم نساءهم بكل مكان فَوَجَدَ ٱلْأَشْعَثُ فى بنى نَهْدٍ وفى بنى غُطَيْفٍ امراتين وذلك انه قد وقف يَسْأَلُ عن غُرَابٍ وَعُقَابٍ فقيل ما تريد الى ذلك قال إِنَّ نِسَآءَنَا يَوْمَ ٱلنُّجَيْرِ خَطِفَهُنَّ ٱلْعِقْبَانُ وَٱلْغِرْبَانُ وَٱلذِّيَابُ وَٱلْكِلَابُ فقال بنو غُطَيْفٍ هذا غراب قال فما موضعه فيكم قالوا فى الضيافة قال فنعم وانصرف وقال عُمَرُ لَا مِلْكَ عَلَى عَرَبِىٍّ للذى اجمع عليه المسلمون معه ✿ قَالُوا وَنَقَمَ ٱلْمُهَاجِرُ فى امر المراة التى كان ابوها النعمن بن ٱلْجَوْنِ اهداها لرسول الله صلى الله عليه وسلم فوصفها انها لم تشتك قَطُّ فَرَدَّهَا وقال لا حاجة لنا بها بعد ان اجلسها بين يديه وقال لو كان لها عند الله خير لَٱشْتَكَتْ فقال لعكرمة متى تزوّجتها فقال وَأَنَا بِعَدَنَ

eo accederet. Mortuo vero deinde propheta, cui bene dicat Deus, res novas molitus erat El aschath; quam ob rem metuebat, ne non sibi redderetur uxor. „Tum, addidit, acerrimum inter gentiles meos religionis Dei propugnatorem me reperies." Quibus cognitis, illius sanguine sese abstinuit Abu bekr, ejusque excusationem accepit, uxoremque ei reddidit. „Abi jam, illi inquit, atque fac, ut, illa te praestitisse, mihi nuntietur." Mox caeteri quoque captivi ab Abu bekro dimissi ad suos redierunt. Quintam praedae partem civibus dispertivit Abu bekr; reliquas partes quattuor inter se partiti sunt milites. Dicit Abu dschafer: sic vero narrat Ebn homeid: haec nobis tradidit Salama, qui ab Ebn ishak ea cognoverat, cui ea tradiderat Abd alla ben abi bekr. El aschath quum ad Abu bekrum adductus esset: „quid me tibi facturum esse putas? inquit Abu bekr; commisisti enim, quae tibi satis cognita sunt." Cui ille: „clementer me tractabis; vinculis me solves, ac sororem tuam in matrimonium mihi dabis. Jam enim ad frugem redii, et islamismum amplexus sum." Atque Abu bekr: id equidem faciam. Dedit igitur illi in matrimonium Omm farwam, filiam Abu kohâfae, mansitque El aschath in urbe El medina quoad expugnata est Irâka.

Redit narratio ad ea quae tradidit Seif. Omar, cujus misereatur Deus, quum chalifatui praefectus esset: „gentiles suos pro mancipiis habere, inquit, Arabes quidem haud decet; nam benigno nobis fecit Deus, terrasque exteras nobis subjecit." De redimendis igitur Arabibus captivis, quum iis qui paganismi tempore, tum iis qui post islamismum institutum capti fuerant, consultavit, sed mulieribus iis tamen exceptis, quae dominis suis liberos jam peperissent. Pro hominibus singulis dandos esse constituit camelos septem juvencasque sex. Hanifitas vero et Kinditas, quoniam viros multos amiserant, de pretio solvendo exemit, aliosque, qui propter eam qua utebantur conditionem solvendo non essent, et incolas urbis Dabae. Undique itaque quum mulieres requirere coepissent viri, apud Hindenses et Gotaifenses mulieres duas repperit El aschath. Quod sic factum est. Subsistens ibi ille de corvo inquisivit et aquila. Cui illi: quidnam istos vis? Respondit: post proelium ad Ennodscheir editum feminas nostras rapuerunt aquilae et corvi, lupique canesque. Tum Gotaifenses: en corvum. Atque ille: quamnam apud vos obtinuit famam? Inquiunt: hospitalitatis. El aschath vero: bonum hoc; abiitque. Dixitque Omar: „nullus quidem Arabs propter suscepta ea, quae simul cum eo susceperunt Moslemi, servitutem serviat." Narrant illi porro haec: deinde El mohâdscher in mulierem illam inquisivit, quae a patre Ennoomâno ben el dschaun ad prophetam, cui bene dicat Deus faveatque, deducta fuerat, quamque nunquam aegrotasse praedicaverat pater. Sed posteaquam prophetam illa convenerat, patri eam reddiderat propheta: „hac puella, dicens, nobis opus non est;" addideratque: „quodsi gratum eam habuisset Deus, nonnunquam ea aegrotasset." Itaque Ikrimae El mohâdscher: quando, inquit, in matrimonium eam duxisti? Respondit: „quum in urbe Aden

